


36
12 B
19

237

Romæ Kal. Decembris. 1597

1

Joannis Bisolly Presbyteri Salocinus

Theoremata.

MARCI ANTONII ZIMARAE

SANCTIPETRINATIS, PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, ſeu memorabilium Propoſitionum limitationes: cum additionibus ab ipſo auctore poſt primam impreſsionem factis.

Mendis quàmplurimis repurgata, & ad normam prioris ac fidelioris impreſsionis diligentiſsimè reſtituta.

Repertorijs tum Theorematum, tum materierum ſcitu dignarum appoſitis.



VENETIIS APVD IVNCTAS, M D LXIII.

TIPOGRAPHUS LECTORI.

MENS fuerat humanissime Lector, hæc M. Antonij Zimaræ Theoremata iuxta librorum Aristotelis ordinem excudere, ne tibi oneri esset inter naturalia, supernaturalia petere, ac inter propositiones Metaphysicas, Logicas inuenire. Verum, quia grauissimorum hominum iudicio visum est, ut eo ipso ordine quo Autor iam excudenda curauit, à nobis impræssioni darentur; iccirco in Indice hoc, ordinem ipsum texuimus, ac seriem Librorum seruauimus, ita, vt quàm facile sit famosiores has in qua vis facultate propositiones requirere. Vale.

INDEX THEOREMATVM, SIVE PROPOSITIONVM, QVÆ PER ORDINEM LIBRORVM ARISTOT. HOC IN OPERE HABENTVR.

LOGICALIA.

EX PRÆDICAMENTIS.



EX I. POSTERIO.

PHYSICALIA

EX I. PHYSICORVM.

EX II. PHYSIC.

EX III. PHYSIC.

EX IIII. NVLLÆ PROPOsitiones habentur.

EX V. PHYSIC.

EX LIB. METEORORVM.

EX I.

EX II. ET III. NVLLÆ SVNT.

EX IIII.

EX LIB. DE SOM. ET VIG.

EX LIB. METAPHYSICO.

EX I. NVLLÆ SVNT.

EX II.

EX III.

EX IIII.

EX V.

EX VI.

EX VII.

PROPOSITIONES QVÆ IN HOC OPERE STVDIOSE LECTOR HABENTVR, VT

cognoſcere valeas, Titulos earum ſecundum alphabeticum ordinem appoſui, necnon, in qua facultate huiuſmodi propoſitiones, quoue Libro ſcribantur, adnotare perplacuit.

De Litera A.

De litera B.

De litera C.

De litera D.

De litera E.

de ſom. Eius eſt actus, cuius eſt potentia.
& vigi.

De litera F.

7. meta. FORMA eſt prior materia, & eadem ratione eſt prior, & magis ens compoſito ex vtriſq;. Propō 10

2. phyſi. Finis eſt cauſa cauſarum. 107

1. cœli. Forma eſt ſubiectum vĩtatis, & iſte eſt intellectus cuiuslibet formę. 11

1. cœli. Finitum eſt cui additio fieri pōt. 25

1. cœli. Früſtra eſt illa potentia quę non reducitur ad actum. 117

4. mete. Frigiditas non ingreditur opus naturæ. 73

De litera G.

1. mete. GRAVISSIMVM eſt omnium quod eſt in medio. Propoſitio 26

De litera I.

3. meta. IN mathematicis non eſt bonum neq; finis. Propoſitio 88

7. meta. In conceptis cum materia, aliud eſt quodquideſt ab eo cuius eſt quodquideſt. 39

7. meta. Idem eſt agens diſponens materiam, & inducens formam. 114

10. met. In omni genere eſt vnum primũ qđ eſt metrum, & menſura omniũ exiſtentium in illo genere. 13

li. deſtr. Impoſſibile eſt quod actio, & paſſio ab vna, & eadē natura procedant. 68

3. de aĩa In prima forma, eſſentia eſt quiditas eius, aliæ autem formæ diuerſantur in quiditate, & eſſentia quoquo modo. 40

3. de aĩa Intellectus omnia intelligit. 86

3. de aĩa Intelligere diuerſificatur ſm diuerſitatem rei intellectæ. 92

3. de aĩa Intellꝰs, & intelľum, & intellectio ſunt idem in abſtractis a materia. 127

3. de aĩa Intellectus abſtrahit a materia. 99

phyſi. In ſpecie atoma fit comparatio. 55

1. poſter. Infinitum ſecũdum quod infinitum eſt ignotum. 37

1. cœli. Intelligentia & orbis verius cōſtituũt vnum, quàm ſit compoſitũ ex materia & forma. 82

De litera L.

LOCVS totius, & locus partis idē eſt. Propoſitio 50 1. cœli.

De litera M.

MATERIA non eſt quid, nec quale, nec quantum. Propoſitio 15 7. meta.

Mathematicus non abſtrahit a materia intelligibili. 81 7. meta.

Multitudo aut eſt ex multitudine materierum, aut ex multitudine agentium, ſi fuerit poſſibile vt formę diuerſæ habeant eandem materiam, aut ex multitudine ſecundarum cauſarum. 44 8. meta.

Materia negatione cognoſcitur. 36 10. met

Motus cœli componitur ex duobus motoribus, quorum vnus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtēs in eo, alter ē infinitę motionis, & eſt potentia quæ non eſt in materia. 61 12. met.

Materia eſt cauſa pluralitatis ſeu numeralitatis apud philoſophos, & cauſa conuenientię in multitudine numerali eſt forma. 97 12. met.

Mathematicus ſolũ de cauſa formali conſiderat. 43 1. phyſi.

Motus ſpecificatur a terminis. 23 5. phyſi.

Medium eſt in quod prius mutās mutat, quā in extremum. 72 5. phyſi.

Motus qui eſt ab extrinſeco motore eſt violentus. 70 7. phyſi.

Mouens & motum ſunt ſimul. 120 7. phyſi.

Mouens corporeum non mouet niſi motum. 94 8. phyſi.

Motus vnus ab vna natura prouenit, & vna natura eſt principium vnius motus. 22 1. cœli.

Motus natus eſt ignire ligna, lapides, & ferrum. 45 2. cœli.

Motus mixti eſt ab elemento ſimplici dominante. 63 1. cœli.

Media

PROPOSITIONVM, SENTENTIARVM, quæ hoc in opere cognitu digniores visæ sunt, alphabeticus Index.

Lumen

Scibilia

Theori-

FINIS.

MARCIANTONII ZIMARAE

PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, limitationes propositionum famosarum, siue Theoremata.

PROPOSITIO I.

Actus est ratio intelligendi, & cognoscendi.

B



SVMITVR ista propositio ex 9. primæ philosophiæ, tex. com. 20. vbi incipit textus. Intelliguntur autẽ diagrammata actu. vbi aduerte quòd cum actus & potentia, vt dicit Commen. primo de anima. cõmen. 6. sint differentiæ entis valde oppositæ, & circuant omne genus. & quia oppositorum oppositæ sunt proprietates: sicut actus est ratio cognoscendi, sic potentia est ratio occultationis, ex quo infero, ꝙ intelligibilitas nõ est passio per se primo competens enti, sub ratione qua ens, sicut Scot⁹ quãdoq; opinatus est: sed est passio per se primo, competens enti in actu, quatenus est in actu: nam stat aliquid secundum se participare rationem entis: quod tamen secundũ se non participat rationem intelligibilitatis. qđ ostenditur de prima materia, quæ ſm se considerata est ens: vt clarissime deduci põt ex his quæ habet philosophus primo phy. tex. cõmen. 79. vbi ponit differentiam

C Contra Scotum.

inter essentiam materiæ secundum se, & ipsam priuationem: quã differentiã ignorauit Plato: & ex hoc nõ distinxit inter materiam, & priuationem: nam materia est ens, & est proprie substantia aliqualiter: sed priuatio est non ens per se. vnde Commen. ibi, in cõmen. inquit, ꝙ priuatio non est accidens, nedũ vt sit substantia. patet autem ꝙ ibi comparatur nuda essentia materiæ ad priuationem. Et confirmatur. quia Cõmen. in 1. cap. de substantia orbis, ponit differentiam inter materiam & potentiam materiæ, penes hoc ꝙ materia est de numero entiũ per se: sed potentia est de numero entium ad alterum, vbi nuda essentia materiæ cõparatur ad ipsam potentiam. Nec obstat, si dicatur ꝙ materia nõ est ens per se, sed per formam: quia licet materia non sit, nec esse possit naturaliter ĩ effectu seu in actu sine forma: quia, vt scribit Cõmen. in 2. physi. cõmen. 12. sequeretur ꝙ illud quod non est in actu, esset in actu: tamen entitas formæ non est causa entitatis materiæ, sed est diuersa ab illa mã: igitur per propriam rõnem includit rõnem entis: tñ per propriã rationẽ nõ est primo cognoscibilis, sicut colligitur de mẽte Philosophi 7. metaphy. tex. com. 35. vbi habet quòd materia secundum se est igno

E H F

G ta.& 1. physi.tex. com.69. subiecta, inquit, natura scibilis est per analogiam. vbi Cōm. reddit causam dicens. ista natura subiecta substātiæ, non potest intelligi per se, cū nō sit aliquid in actu habens quidditatē.

Ex quibus verbis elicitur primo, ꝙ non quilibet actus est ratio intelligendi: actus.n. subsistētiæ, siue hypostaticus, qui est ipsius singularis, nō est prima ratio intelligibilitatis: sicut opinati sunt noīales, qui posuerunt singulare eē primo cognitū ab intellectu: quod tamen in via Peri-

Cōtra nominales.

H pateticorum locum nō habet. nam vt recitat Commen. in. 3. de aīa. cō. 36. ex sententia Auempacis fuit magna difficultas, vtrum Itellectus intelligat singulare, & Aristot. in 3. de aīa. tex. c. 9. & expositores multū laborant in declarando modū, quo intellect⁹ intelligit singulare. Silr etiā actus entitatiuus, quē posuit Henricus de Gādauo, & Sco. post ipsum, non est prima rō intelligendi, si dabilis est talis actus: nā mā̄ ƒm ipsos p se ē in actu entitatiuo: & tñ nō est ƒm se intelligibilis. Similiter ēt in-

I telligibilitas non insequitur actum medium inter puram potentiam, & actum purum: nam orbis secundū Auer. in lib. de substantia orbis, est quędam natura media inter puram potentiam, & actum purum. & dicitur materia in actu, & subiectum: & tamen non est per se intelligibilis, nec habet de se rationem intellectam in actu, vt dicit Cōm. 1. cęli. cō. 95. Orbis.n. seclusa intelligentia non est natura composita ex materia & forma, nec de se est principiū alicuius operationis, qua mediante cognosci possit. Actus igitur, qui est forma, & quidditas, & est per se principium operationis, est rō per se prima intelligibilitatis. forma.n. vt inquit Cōm. primo cęli, est subiectum vītatis: & vīe ƒm Arist. 2. de anima, tex. com. 60. est obiectum intellīs, & singulare ipsius sensus: hoc etiā habet Auer. expresse in disput. 6. in lib. destruc. in solut. 6. dubij, & ideo forma à Philosopho nuncupatur rō, & quod quid erat esse rei. secundū igiƭ regulam Arist. in. 1. poster. analitic. in cap. de vīi. illa passio primo competit alicui quę ita se habet, ꝙ cuicunq; competit ratione eius ꝯpetit: & ipso primo posito ponitur, & ipso primo remoto primo remoueƭ. sed actus, qui est quidditas posita tōne eius immediate ponitur intelligibilitas, & remota tōne eius, qualibet alia ratione remanente remouetur. sicut patuit in exēplo de prima materia. quę cum non sit actus, qui est quidditas, licet ens sit: est tñ occulta ad formam, aut ad habēs formam: sicut scribit intellectui, & non potest cognosci nisi per analogiam ad formam, aut ad habens formam. sicut scribit Cōment. in lib. de subst. orb. & in. 12. metaphy in com. 14. quod quō sit intelligendum, infra declarabo, cum de materia loquar.

K

Tex. c. 11.

L

M

PROPOSITIO II.

Actus est qui separat, & distinguit.

Propositio est Philosophi in. 7. primæ philosophiæ. tex. cō. 49. verum est principaliter: nam etiam quandoq; aliqua distinguuntur nō solum per formas, verumetiam & per materias. & licet materia non sit prima ratio distinguendi, potest tamen esse, vt stat sub forma esse distinctiua. dantur.n. materiæ ppriæ sicut

A sicut,& formę proprię, vnde materia prima in se considerata non est distinctionis principium, in fundamento.n.naturę nihil est distinctũ. vt patet. 1.meta. ſm translationem arabicã, in tex.cõ,17.materia aut secunda potest esse distinctiua, & hoc trahit à forma si bene consideras.& pro hoc vide.8: meta.t.cõ.11. & 12. meta. tex. com. 27. Amplius autẽ propositio vera est in suppositis. talia.n.principaliter non distinguunt nisi per formas. Principia autem distinctiua non oportet, ꝙ per alios a-B ctus,aut formas distinguantur: tunc .n.esset processus in infinitũ in ipsis differentijs. Vnde regula est,ꝙ oĩs distinctio rerum differentium reducit ad aliqua primo diuersa. vnde ponentes materiam cęli,& istorum inferiorum esse diuersarum rationũ, habent dicere, ꝙ tales materię seipsis intrinsecè distinguuntur,licet diuersitas suarum formarum sit causa diuersitatis earũ in genere causę finalis: sic.n.sunt materię diuersæ, qa sunt ordinatę ad diuersas formas. materia.n.est propter formam,non C autem forma propter materiam. vt scribit Arist.2.phy.tex.com.91.

PROPOSITIO III.

Accidentia sunt entia,eo quia taliter entis.

ADDIT. Vide Boe. I pœ. arithmetricæ,vbi hẽt ꝙ qualitates, & quãtitates, & pportiões vere sunt, sed cõtractu corpo

PRopositio Philosophi est in.7. metaph.tex.com.2.satis famosa,& allegata,nõ intelligitur, ꝙ accidentia sint formaliter entia ratione habitudinis ad substantiam, ita ꝙ inhærẽtia sit de quidditate accidentis, vt quidam asseruerunt. & Ioan. de Ianduno, & sequaces eius sustinent hoc de intentione Aristot. & Auer. quod quidem stare non potest: subiectum enim, & habitudo D ad subiectum non est forma, neque quidditas accidentis. attributio. n. accidentium ad substantiam est in genere causæ materialis nõ formalis. glossa est expressa Auer.4.meta. in com.2.vbi istam propositionem septimi expresse declarat. nã Arist. ibi in tex. dixerat, ꝙ ens dicitur de entibus, sicut sanum de sanis. vbi Cõmen. ad literam hęc verba subnectit. similiter hoc nomen ens, licet dicatur multis modis, tamen in omnibus dicitur ens, quia attribuitur primo enti,scilicet substantiæ,& E istę attributiones in vnoquoq; eorũ sunt diuersę. ꝑdicta enim attribuuntur substantiæ,non quia est agens, aut finis eorum,sed quia cõstituuntur per illam,& subiectum est eorũ: & vniuersaliter non dicuntur entia nisi, quia sunt dispositiones entis,& multi homines negant ea esse. albedo enim nõ est,sed album. hęc Cõment.formaliter. vbi patet quod ipse interpretatur propositam propositionem septimi in tex.2.& rememorat dubitationem antiquorũ introductam in tex.3.ibidẽ. vbi Arist. F inqt. vnde & dubitauit aliquis vtrũ vadere. & sanare, & sedere sit ens, aut non ens.& sic intelligitur dictũ Cõmen.in com.2.septimi,in principio commenti. vbi inquit, ꝙ Aristo. intendit declarare ꝙ hoc nomẽ ens principaliter, & simpliciter significat prędicamentũ substantiæ,secundario, & determinate. s. relatiue ad subam,alia prędicamenta accidentium,quę non dñr esse,nisi quia accidunt enti quod est ens per se, scilicet substãtiæ, hoc enim si nobis fas est interpretari Auerroem per Auerroem. veritatem non habet nisi in

rum fiunt mutabiles Cõtra Io. & sequaces.

 genere

G genere causæ materialis. Huic etiã sententiæ astipulatur authoritas Aristo. in 9. primę philosophiæ. tex. cõ. 1. vbi rememorans quæ dixerat in » 7. & in 8. inquit. De primo quidem » igitur ente, & ad quod aliæ catego- » riæ entis referuntur dictum est. videlicet de substantia. Nam fm substãtiæ rationem alia dicunt entia quãtitas, qualitas, & alia sic dicta. oĩa nanq; habebunt rationem substantiæ, vt diximus in primis sermonib⁹. vbi Arist. seipsum declarat quõ accidentia dicuntur entia ratione substantiæ, quia videlicet diffiniuntur H per substantiam, & rationem substãtiæ recipiunt. Manifestum est autẽ ex his quę docuit in 7. primæ philosophiæ, ꝙ substantia in ratione accidentis non cadit tanq̃ forma, sed tãquam subiectum & materia, cadit .n. vt additum, & licet dicatur in eodem 7. tex. com. 35. ꝙ partes diffinitionis sunt formæ, intelligit de partibus, quæ sunt de quidditate, sicut est genus & differentia.

ADDI. Amplius Alex. in principio libri priorum dicit ꝙ modus abstrahendi mathematicus in aliquibus deseruit naturali, puta de forma, quæ est I separabilis a materia fm rationem, 2. physi. tex. com. 12. Et sicut ẽ de accidentibus, quę tñ licet sint in subiecto fm esse, sunt separabilia a subiecto fm ratione: quod non esset verum si inhærentia esset de quiditate accidẽtis. Amplius rationibus illud probari potest, non magis est de qdditate accidentis habitudo eius ad substantiã, q̃ sit habitudo primę materiæ ad formã, aut habitudo formę materialis ad materiam: sed habitudo primæ mã̃ę nõ est de prima nõtione materię, sicut pulchre declarauit lucidissimus Them. in 1. physi. K auscultationis in digressione de potentia, & priuatione materiæ, & etiã Com. 1. physi. in com. 70. & in libro de substantia orbis, & in sua media expositione super libro physico. vbi vult potentiam esse sicut proprietatem quandã materiæ, & ꝙ non sit vera differentia eius, & quandoquidem materia est ens absolutum, & potentia est ens ad alterum, & idem est iudicium de habitudine formæ materialis ad materiam propter eãdem causam. Et confirmatur similitudo: quia formæ eductę de potentia materiæ dicuntur constitutæ in L esse per subiectum, sicut accidentia dicuntur constitutæ in esse ꝑ substãtiam. nã ęque bene essentiali dependentia dependet forma materialis a mã, sicut accidens a subiecto.

ADDI. Vnde Arist. in prædicamẽto substantię inuestigans ꝓpria substãtię, asserit ꝙ non esse in subiecto est cõe omni substantiæ. tunc sic: sicut non esse in subiecto est ꝓprietas substantiæ, sic esse in subiecto est proprietas accidentis, vnde illud non potest esse ratio cõstitutiua substãtiæ: quia effectus positiuus dr̃ habere causam positiuam. sic per oppositum, esse in M subiecto est proprietas accidẽtis, qa diuersorum entium diuersę sunt ꝓprietates. Amplius Com. 1. meta. com. 31. mixtio intentionis vniuersalis substantialis, cum suis particularibus est fortior mixtione accñtiũ cum suis subiectis. Amplius Auic. in 2. suæ metaphy. expresse testatur ꝙ inhærere non constituit accidẽs, quẽadmodum nõ inhærere, nec posse inhærere nõ cõstituit substantiã. Amplius Arist. in 5. met. tex. cõ. 14. vbi prius diuiserat, ens in ens ꝑ se, &

in

A in ens per accidens; diuidit ens per se in decem prædicamenta.

ADDI. Et subdit. Cõm. ibidem. com. 14. quod hoc nomen ens, quod significat essentiam rei, est aliud ab ente quod significat verum, & ideo expositores diuersantur in quæsito simplici. s. dicere aliquid est in 2. topi. vtrum collocetur in quęstionib' generis, vel quæstionibus accñtis: qui .n. intelligit de ente, id quod est cõe decẽ pdicamẽtis, dicit q collocatẽ in qõnibusgñis, & q intelligit de ente id qđ dr̃ de vero, dicit q collocatẽ in quæstionibus de accidente, & 1. B phy. cõ. 27. inquit q dicere aliquid esse, non est pdicatio per acidens, sicut pdicatio albedinis. Et eandem diuisionem repetit in 6. primę phylosophię. tex. com. 4. vbi Com. in cõ. expresse testatur q. ens essentialiter est qđ diuiditur in decem pdicamenta. & ita ẽt dicit in 5. meta. q postq̃ Com, 14. Arist. diuisit modos entis per accñs, incepit declarare fm quot modos dicitur ens essentialiter. vbi expsse colligitur q accñtia formaliter p rõnẽ propriã includunt ens, & rõnẽ entis.

ADDIT. Amplius Arist. 1. phy. cõtra Parmenidem tex. com. 25. ostendẽs ra- C tionẽ eius esse malam de mã, vt exponit Com. inquit q vtebatur ente multipliciter dicto, ac si esset simpliciter dictum. vnde ppositio ista est falsa, quicquid est pręter ens, est non ens: si ens. n. significat substantiam tm̃, aut quantitatem tm̃, vt inquit Com. non sequitur q quicquid est pręter ens, quod est substãtia, aut quantitas, sit non ens. vbi colligitur ens formaliter dici de oĩbus decem prędicamentis. Amplius Arist. 12. meta. tex. 19. vbi mouetur illa quęstio. vtrum principia decem prędicamentorum sint eadem vel diuersa, D tandem per longum processum deciditur q sunt eadem proportione, & q principia proxima decem pdicamentorum sunt diuersa, licet remota sint eadem, vt patet tex. cõm. 20. 21. & 22. vsq; ad 26. & Com. in cõ. 19. vbi Arist. facit illam rationem, q si substantia esset elemẽtum omnium, omnia reliqua pdicamẽta essent substantiæ, & si prædicamentũ oĩum esset relatio, omnia pdicamẽta essent relationes. quia omne cui' elementum est substãtia, ipsum est substantia, & si relatio, oĩa essent relatiua. Cõm. ibi in calce cõmenti in E quit. cõtingeret vt aliqua hora dissolueret substantia in relationẽ, aut relatio in substantiam, & subdit, & hoc contingit in gñe, quod est mã, non in eo quod est forma. Nam cõsuetudo Auer. est respõdere ad quæstionem ante magistrũ. Et quia intentio Aristo inferius est ista, quòd substantia est principium, & elemẽtum, ad quod oĩa alia habent resolui, & hoc in genere causę materialis non formalis, vt diximus de mente eius in com. 2. 4. metaphy. & ex hoc potest bene patere error, tenentium F habitudinem accidentis ad substantiam esse causam formalem accidẽtis. cum Auer. vbiq; huic sententiæ aduersetur, & Aristo. expresse in prędicto loco, vbi ex intentione determinat accidentia ex proprijs constare principijs, ex quibus sua forma dependet, vt a causa proxima: licet dependeat a principiis substãtę, tanq̃ a causa remota. Amplius Arist. 1. topicorum. capit. 3. expresse vult q in omni genere est inuenire ppriã quidditatem. Amplius Arist. in 12. metaphysi. in tex. cõmen. 3. quod

Consuetudo Auer. ẽ rñdere ad q. ante magistrum.

G pulchre exposuit ibi Cōmen. determinat quō accidentia non sunt entia, nisi quia entis. volens. n. Aristo. aliā assignare causam, quare de substantia tantum si considerādum, in-
" quit. Et insuper nec entia, vt simpli
" citer est dicere, alia: sed qualitates &
" motus, aut & non album, & non re-
" ctum: dicimus. n. esse & hoc puta est
" non album. vbi Cōm. in cōmento
" inquit. Hæc est alia causa propter
" quam considerādum est de substan
" tia tantum. Nullum. n. aliorum in-
" uenitur simpliciter, sed in substan-
H tia, verbi gratia, qualitas nō dicitur
" ens simpliciter, neq; motus: sed dicit
" esse qualitas, & eē motus. Motus. n.
" est motus alicuius, & qualitas ē qua
" litas alicuius. Substantia vero nō est
" substantia alicuius. Ens igitur sim-
" pliciter, & principaliter est substan-
" tia. Et quia aliquis pōt dicere, quo-
" modo alia prędicamēta diminuun-
" tur tantum à substantia, & hoc no-
" mēs ens dicitur de omnibus? Dixit
" respondendo, similiter inuenitur nō
" album. i. & hoc nomen ens, quāuis
" dicatur de eis, tamē dicitur ꝙ hoc est
I album, & hoc est mobile, tamē hoc
" non dat vt perfecte habeant eē, quo
" niam hoc etiā dicitur ens in negan-
" do esse cum dixit, hoc est non albū, & non rectum. Vbi manifeste colligitur de mente Philosophi, & Cōm. ens formaliter dici de subā, & de accidentibus, licet simpliciter, & absolute dicatur, vt sic de substantia tm̄: quia accidentia nō habent esse simpliciter ita perfectū, sicut habet ipsa substantia, & ratio, vt inquit Aristo. & Cōm. in com. est, ꝗa sola substantia separabilis est, quia ipsa ꝑ se existit, aliorum autem nullum. vnde sola substantia, vt inquit ibi Cōmen. in commen. est constans per se: sed K alia sunt in substantia, & isto modo accidentia dicuntur non entia, quia non per se existunt sine substantia, non tn̄ quod nullum eē formale de se habeant, quia habent, licet nō ita perfectum sicut est esse substantiæ. Nam creaturæ etiam nō habent esse æque perfectū sicut habet Deus, propter hoc tn̄ non dicimus, neque negamus creaturā esse ens formaliter, nec dicimus creaturam formaliter esse ens per essentialē habitudinem, seu dependentiam, qua depen det à Deo. Nam vt scribit Aristo. 5. L metaph. tex. com. 23. hominis multæ sunt causæ, sed quare homo sit homo nulla est causa: secundum se .n. homo est homo, vnde non quia Deus ē Deus, ideo homo est homo, licet à Deo sit hō. Forte dices, quod impedit analogia entis ne accidens formaliter sit ens, quia analogice dicitur de substantia, & de accidente. Sed nec hoc stare poteſt. Nam subā etiam analogicè dicitur de materia, & de forma, & de subā composita ex materia, & forma. vt dicitur. 7. met. tex. com. 7. Attamen materia secun M dum se est substantia, sicut suo mō forma. Nam vt inquit Albertus cognomento magnus. 5. suę metaph. tract. 2 com. 4. in speciali digressione, quam facit declarando quomodo forma causa sit, quod materia sit
in actu, & quę sit causa vnitatis ma "
teriæ, inquit, forma secundum se "
actus est, sed forma non est causa, "
quare materia sit substantia, tamen "
forma est causa, quare materia est, "
seu sit in effectu, siue in actu, non "
tamen est causa, quare materia sit "
materia. Bene verum est, quòd for "
ma est quæ dat esse in actu ipsi ma- "
terię,

A teriæ,& non dat esse in actu inquantum est hæc forma, vel illa, sed inquantum forma,&c. Cōfirmatur, quia natura etiā analogicè dicitur de materia,& forma,& tamen materia est natura,& alia à natura formæ. Amplius, cum accidentia sint principium formale agendi,& in actione reali,sicut corpora cœlestia agunt mediante lumine, & motu, de quo Ari.dixit in principio.8.de physico auditu,quod est tanquam vita omnibus natura subsistētibus. & in principio lib.metheororum,inquit.
B oportet mundum inferiorem superioribus lationibus esse cōtinuum, vt omnis eius virtus inde gubernet. & in 2.de generatione & corrupt. & in 4.metheororum reducit oēm alterationem,& transmutationē substantialem ad quatuor primas qualitates,& virtutes elemētorum, quarum duę sunt actiuæ,& duæ passiuę, sunt ēt accñtia principium in actiōe spirituali iā sēsitiua,q̄a obiecta sensuum, aut sunt sensibilia ꝓpria,aut sūt sensibilia cōia,& talia sūt qualitates,& accñtia sicut patet. nā sensi-
C bilia propria sunt qualitates de tertia specie,quę dicuntur passiones, & passibiles qualitates,vt inquit Arist. in prędicamētis,eo quia passionem inferunt in sensu: sunt etiam principium agēdi in actione spirituali intellectus,quia primo de anima tex. commen. 11. accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendū quod quid est.Accidentia igitur formaliter sunt entia per propriam, & intrinsecā rōnem.non.n.quia suba est suba,ideo accidens est accidens.

Sūma ipsius limitationis. Propositio igitur famosa quæ dicit, accidentia sunt entia,quia entis,vera est in gn̄e causæ materialis, non formalis.nota.n.reduplicationis pōtest vnuniquodq; genus causę reduplicare. Tot enim modis dicitur ſm se,quot modis dicitur causa.5. met. tex.com.23.& sic intelligitur dictū
D Auer.in libro destruc.in disputat.6. in solutione sexti dubii,vbi inquit, radix nanq; accidentiū est,quòd ab aliis habeant sustētationē, & quidditatem. Similiter etiam quando dicitur,accidentia non esse entia simpliciter,intelligitur quia nō habent esse perfectum,sicut habēt substantiæ,quia eē simpliciter est per se existere,& p se constare,& tale esse sub-

Accidētia nō esse entia simpl'r quō intelligitur.

E stantiarum est,quia omnia accidentia fundantur in substantia, & nullum separari potest ab ipsa.ita g'ossat Commen. 12.metaph. com.3.

PROPOSITIO IIII.

Accidens vni non potest alteri esse substantia.

FAmosa est propositio,& elicitur ex dictis Philosophi primo physicę auscultationis. tex. com.27. & 30.vbi dicitur,quòd vere est,accidit nulli. Aduerte igitur, ꝙ accn̄s apud
F Philosophos sumitur quandoq; vt distinguitur contra substantiam: & qn̄q; sumitur ꝓ extraneo, ut distinguit cōtra id,quod est de rei quidditate, eo modo quo logici sumunt in fallacia accidentis,& diuini oē id q̄d nō est de quidditate rei accn̄s appellant. sic dicimus, ꝙ hō accidit animali, & vl'r omnia inferiora dicunt suis superioribus accidere.

ADDI. Sic etiam Aristo. in prædicamentis dicit,quòd homo est accidens domino, & in secundo de anima tex. cō.65. inquit, ꝙ accidit albo Diarij filius. vbi Themist. inquit, quòd in more Aristotelico est substantię.

G & subiecto nomẽ accidentis assistere. & Boethius in prędicamentis vbi supra dicit, ꝙ consuetudinis Aristotelicę est, quę secundo loco & extrinsecus prędicantur, dicere secundum accidens prędicari. Accidens igitur vt distinguitur contra substantiam respectu vnius, non potest esse substantia respectu alterius, in his quæ vniuoce participant rationem eius, sic damnatur Alex. ab Auer. 8. met. cõ. 25. qui posuit caliditatẽ esse formam substantialem in igne, cũ tamen sit qualitas in mixtis, & sit eiusdem rationis in vtroq;, nam sensus
H tactus, qui est verus iudex qualitatum tãgibilium, vniformiter immutatur à calore ignis, & à calore mixti sine aliquo discrimine. Scientia tamẽ in nobis est qualitas, vt patet ex sententia Philosophi 7. phy. tex. cõ. 26. vbi probat ꝙ ad primam speciẽ qualitatis non est per se motus, quia virtutes & scientię non acquirũtur per alterationem, & tamen scientia in Deo est substantia, & rõ est quia scientia non vniuoce, sed æquiuoce dicitur de scientia nostra, & de sciã Dei, sicut scribit Commen. 12. metaphys. tex. 51. & in libro destructio,
I in disputatione. 6. in solutione. 5. & 18. dub. accidens igitur non pro extraneo, sed vt distinguitur contra substantiam respectu vnius, non potest esse substãtia respectu alterius, si eadem ratione vtriq; conueniat.

Scia Dei et Comiaa.

PROPOSITIO V.

Accidentia solo numero differentia in eodem subiecto esse non possunt.

Colligitur propositio ista ex intẽtione Philosophi in. 5. primæ Philosophię, in cap. illo. [Eadem vero dicitur] & est in tex. com. vacantis, post tex. com. 15. vbi Arist. modos secundum quos aliqua diuersa dicuntur ponit quinque dicens, & quęcunq; in eadem substantia entia differentiam habent. Vera est propositio de accidentibus realibus eductis de potentia materiæ, per verum motum & trãsmutationẽ quæ fit, cum abiectione contrarii, nam actio est merito cõtrarietatis. ex primo de generat. & corrupt. tex. com. 50. ideo Arist. dixit in lib. de sensu, & sensato, ꝙ ignis non agit inquantum ignis, sed inquantum calidus,
L quia ratione qua calidus, contrarietatem habet. Ex primo etiam de generatione, & corru. tex. com. 55. habitibus pręsentibus in materia nondum generatur aliquid, sed iam est, propter hoc agens inueniens subiectum informatũ aliqua forma, nõ põt cõsimilem eiusdem rationis introducere per verum motum, & aliã rationem, quia nõ reperit illud sub forma contraria, talis aũt contrarietas est necessaria in tali actione. Fallit aũt de accidentibus non eductis per verã actionem, q̃ est merito contrarietatis, sicut probatur argumẽto sensato de duabus candelis, produ-
M centibus in eodem medio duo lumina. Nã si fuerint tres candelę accẽsæ in aliquo medio posita tabula perforata tribus foraminibus, causantur tres vmbræ, quod non esset nisi ibi essent tria lumina. Fallit etiã propositio in accidẽtibus spiritualibus, qa in eodem intellectu possunt esse plures cognitiones numero differentes, aut saltem in eadem virtute cogitatiua. vt inquit enim Philosophus ex pluribus sensibus fit memoria, & ex pluribus memorijs fit experimentũ

ex

A ex proemio metaph. Itē in eodē medio pñt esse duę spēs sensibiles eiusdem speciei. Item propositio vera ē in accñtibus absolutis, fallit fm aliquos in respectiuis, quia in eodem possunt esse plures paternitates. Ista aūt dicta vera sunt apud tenētes accidentia nō distingui primo per subiecta. sed qui tenent accidentia numero distingui ad distinctionem subiectorum, negant omnia prędicta, vnde Herueus in quolibetis, quol. 7. q. 9. tenet duo accidentia solo numero dña in eodē subiecto simul eē nō posse, & ratio sua est, quia vt inquit. in omni actione pter illud qd

Opi. Heruei naturalis in quoli. 7. q. 9.

B facit aliqd tale effectiue, oportet ponere aliquod intrinsecū, quo sit tale formaliter, ita etiam prę ter illud qd facit aliqua esse distincta effectiue, oportet dare ex parte facti aliqd intrinsecū, quo sint distincta formaliter. Vnde impoſſe est à quocūq; agente fieri duos hoīes specie differētes. quia nō hñt aliquid intrinsecū quo differant formaliter specie fm quod hoīes. Sed duę formę numero nō hñt aliquid intrinsecum quo sint duę: nisi vel quia sunt, vel quia natę sunt esse in diuersis subiectis;

C vel in diuersis tpibus in eodē successiue. ergo duę forę solo numero differentes nō possunt eē simul in eodē subiecto. Maior vr plana. s. quod oportet ex parte formę dare aliqua intrinseca quibus formaliter distinguant. Minorē probo, quia formæ non possent distingui, nisi vel p suas rōnes formales, vel per hoc ꝙ natæ sunt esse in diuersis subiectis vel diuersis tēporibus in eodem subiecto. Distinctio aūt formarum per suas rationes formales est distinctio specifica. ergo distinctio numeralis formarum non potest intelligi nisi per hoc ꝙ sunt, vel natæ sunt esse in diuersis subiectis, vel in eodē in diuersis temporibus, & tunc talis forma ex hoc solo ꝙ est talis, habet quandā latitudinē, non ad intensum & remissum, sed ad pluralitatem numeralem, excepta quātitate, quæ ex seipsa habet quandam latitudinē partium solo numero differentium. Et ita etiam tenet in quolib. 3. q. 9. qua quęrit vtrū in cōpositis ex materia, & forma materia sit principium indiuiduationis, artic. 3. vbi mouet in 4. dubio talem difficultatem, si vnūquodq; per essentiam numeraliter

D

E distinguitur ab alio, quare duo accidentia solo numero differentia non possunt concurrere in idem subiectum, recipiēdo suam distinctionē. Et ad hoc respondet ꝙ licet vnaquęque res non habeat distinctionē intrinsecā nisi suam essentiam: tamen istud principium in quibusdā non sufficit, saltē naturaliter sine aliis cōcurrentibus subiectiue, vel dispositiue. & ideo sicut impoſſe est sūbam habere partes integrales sine quantitate, ita vr ꝙ impoſſe est accidēs plurificari in eodē subiecto, quandiu à

F subiecto dependet, ppter hoc, ꝙ sibi deest illud qd natum est ipsum plurificare subiectiue. Et ista ēt est opinio beati Thomę in. 5. meta. lectione. 10. ad finem. Nobis aūt prima opinio rōnabilior apparet, nā vt inquit Cōm. in. 7. meta. cō. 2. indiuiduum sūbæ pcedit indiuidua aliorū pdicamentorū, & per pñs in vnoquoq; prædicamēto accñtium, possumus imaginari duas formas indiuiduales seipsis Itrinsecè differētes, nec est verū ꝙ oīs distinctio formarū sit distinctio specifica, sed uerum est

Opi. beati Tho. Cōprobatio primæ opinionis.

G est de formis q̃ sunt q̃dditates. nam nō est dubiū q̄ Sortes, & Plato differunt ab inuicē per suas formas indiuiduales, & tñ nō differūt specifice. Nec obstat quod dicit, q̄ distinctio accidentiū non pōt intelligi, nisi per hoc q̄ natæ sunt eē in diuersis subiectis, vel in eodē subiecto in diuersis tpibus successiue, quia hoc cōtingit intellectui q̃n à posterioribus, & extrinsecus venatur numerū, & distinctionem formarum, nā vt superius diximus, subiectū, & habitudo ad subiectū non est cā formalis entitatis
H ipsius accidētis, & vnitatis eius. Sed extrinseca, & subiectiua tantum.

PROPOSITIO VI.

Omnium natura constantium terminus est, et ratio magnitunis, & augmenti.

ADDIT. No tamē q̄ ista propositio etsi vsr attestari soleat in hoc intellectu, qd nulla I maximaq, & minimo constāt, tamē hoc ē extra mentē Philosophi, quia arguit de motu augmēti aiatorum, & vt. d. Cō. in cō. arguit in. 2. figura, vt patet.

PHilosophi est propō in propria forma in. 2. de aīa. in tex. cō. 41. vbi argumentať cōtra Empedoc. ad probandum motū augmenti in corporibus non puenire principaliter ab igne, sed ab ipsa anima. Ignis aūt concurrit, vt concausa, & instrm animæ, cum aūt instrumentum nō moueat nisi motū à principali agente, agit secundum, q̄ est regulatū à forma cuius est instrm, terminatio aūt rebus à forma proficiscitur, nō à materia, nec ab instrumento principaliter. Non intelligitur tñ propositio quod natura constantia sint terminata per formā ad certam mensuram quantitatis, aut qualitatis, punctualem. Sed cum certa latitudine, q̃ inter duo extrema vagatur, sicut dicit optimē Princeps de cōplexione humana. Nam experimento sensato cernimus nō omnia indiuidua eiusdem speciei esse eiusdem præcise quātitatis, nec eiusdem complexionis. dedit. n. Deus, & natura vnicuiq; indiuiduo propriam complexionē, in qua aliud indiuiduū cōicare est impossibile, & imaginari debes, q̄ K est aliqua, tam magna quantitas vltra quam species humana nō potest saluari, & alia tam parua vltra quam humanitas non cōstat. Et ita intelligas etiam de qualitatibus, & aliis dispositionibus. nam formę naturales pro se, & suis operationibus non solum prędicto modo limitant sibi certum terminū ex parte dimensionum: verum etiam ex parte aliarum qualitatiuarum dispositionū, L sicut testatur Cōm. in plerisq; locis in philosophia. Et pręsertim in lib. de substantia orbis, & in. 6. physi. in commen. 91. vbi scribit, omne generabile naturale habet aliquā quantitatem naturaliter in initio generationis & fine. Et ista quantitas habet extrema, & medium, verbi gratia, quoniam quantitates embryonum sunt terminatæ. s. minimi embryonis, & maximi embryonis. Vnde impossibile est augeri in infinitum, aut minui in infinitum. nam M si transient quātitatem naturalem in diminutione, & in additione, statim corrumpetur ens. Actio. n. cuiuslibet entis perficitur per quantitatem, & qualitatem terminatā: sicut est dispositio in entib' artificialibus. Et ideo dixit Cōmen. in 3. cęli, com. 6. & in tertio phy. com. 60. q̄ naturalis non conuenit cum geometra in hac propositione dicente. continuum est augmentabile in infinitū, quia ire ad augmentum est ire ad formam, attamen bene conuenit cū geometra in alia propositione dicēte, continuum est diuisibile in infinitum,

A nitum, quia diuisio conuenit in infinitum ipsi magnitudini in se, & etiã vt est in materia. Sed tunc in hac re est maxima difficultas. Nam ex auctoritate Cõmẽ. in. 3. cęli. augmentatio in infinitum prouenit à materia, vt declaratum est ĩ physicis, vt expresse dicit in com. 6. si igitur materia de se est causa augmenti in infinitũ, sicut de se ẽ causa diuisionis in infinitum: Igitur mathematicus, puta geometer, debet concordare in vtraq; illarum propositionum, videlicet, tam in illa quę dicit. continuũ

No. arduã difficultatem de naturali, & geometra

B est diuisibile in infinitum, quã etiã in ista quę dicit. cõtinuum est augmentabile in infinitum, quia continuum vt est in materia rõne materiæ, sicut est diuisibile in infinitum, sic etiam ratione eius est augmentabile in infinitum. Quod cõfirmatur ex pręfato tex. 1. de anima. vbi Aris. contra Empedoclem arguit, ꝙ si augumentatio in animatis proueniret ab igne iret in infinitum, manifestũ est autem ꝙ ignis in mixto animato concurrit, vt materia, & vt instrumẽtum, & vt imperfectius respectu

C animæ, respectus autẽ imperfectioris ad perfectius, & instrumenti ad agens est respectus materię ad formã. 2. de anima. tex. cõ. 24. & 3. de anima. com. 36. & in eodem tex. 41. Philosophus concludit, ꝙ augmentatio potius ẽ rationis, & formę quã materiæ. Habet igitur lucidissimè, ꝙ si augmentatio proueniret à materia qđ vbi desinat nõ habet. Ignis .n. apposito combustibili in infinitum crescit. Et est locus multũ perscrutabilis sicut vides. Et solutio ista Auer. in hoc non satisfacit, immo videtur sibimet contradicere si bene consideras. Dicamus igitur conse-

Solutio.

D quenter in doctrina eius, ꝙ augmentatio pt cõparari, tam ad mãm, quã etiam ad formam, tanquam ad duo principia diuersa. Et tunc certũ est, quòd augmentatio diuersis comparata principiis, diuersa contrahit, & opposita, diuersorum. n. diuersę sunt proprietates, vnde finitas ẽ à forma, & infinitas est à materia, sicut dicit Commen. 5. physi. com. 60. Et vniuersaliter aduerte, ꝙ omnes conditiones quæ sunt inuentæ in composito, si attestãtur imperfectioni proueniunt à materia, & cõpetunt composito propter materiã. Et illæ quæ

E attestantur perfectioni proueniũt à forma, & competũt composito propter formam. augmentatio igitur quantum est merito materiæ finem non habet, quia infinitas stat p materiam, & ideo in infinitum progrederetur merito ipsius propter naturam suæ potentialitatis inuẽtam in substantia eius, quæ est causa infinitudinis. Et ideo bene sequitur ratio Arist. ꝙ si augmẽtatio in viuentibus principaliter ꝓueniret à virtute elementali, tunc vbi desinat nõ habet,

F sed quia simpliciter augmẽtatio est de dispositionibus attestãtibus perfectioni, augmentatio. n. est motus de quantitate imperfecta ad quãtitatem perfectam, vt dicit in. 5. phys. tex. com. 18. ideo absolute attribuit formę, & hoc est quod dicit Cõm. ꝙ ire ad augmentum est ire ad formã, per oppositam rationem eius quod in diminutione cõtingit, quia ire ad diminutionẽ est ire ad nihil, & non esse, vt inqt, cuius causa est materia. Et pp hoc diminutio in infinitum simpliciter attribuit materiæ, quia attestatur ĩperfectioni, & corruptioni. Vnde naturaliter substantię compositæ

G positæ resistunt diuidētibus causis. Et ideo Philosophus in.2.de anima, in tex.allegato, simpliciter augmentationē attribuit aīæ, quę concurrit sicut forma,& non igni qui concurrit,vt materia, & instrm.vt inquit, hęc autem aīę sunt, sed non ignis & rationis magis quā materię. A fine .n.denomiuare vnumquodq; fas ē, vt scribit in,2.de anima, tex.cō.49. quia igitur ire ad augmētum est ire ad esse,& ad formā,inde physice loquendo simpliciter,& absolute pp prędictas rōnes ascribitur formę,& qa denoīationes fiunt à talibus sim

H pliciter absolute loquendo,inde est quod in ista propositione geometra nō dicitur concordare.videlicet,continuū est augmentabile in infinitū, quia vt dicit in com.6. tertij de cęlo

„ Auer.cū considerauerit mathemati
„ cus in continuo fm additionē non
„ erit impoſe augmētare corpus ī infi
„ nitum,cū consideret in eo inquan-
„ tum est abstractum à corpore nāli.
„ Naturalis aūt dicit hoc eē impoſe,
„ quoniam inquantū est vltimum ter
„ minās,corpus nāle est quasi forma.
„ forma aūt inquantū forma impoſe
„ est augeri in infinitū. Augmentatio

I .n.in infinitū est ex mā non ex for-
„ ma,vt determinatū est, in physicis.
„ Et ideo dicit Aris. φ geometer debet
„ ponere quod magnitudines augent
„ in infinitum,sed potest ponere magnitudines in quacunq, quantitate voluerit &c. Cū igitur augmentatio simpliciter reducatur ad formā, & non ad materiam, nisi fm quid, & denoīationes fiūt ab eo qd est simpliciter,non ab eo, quod est fm qd, nam homo mortuus nō est homo, & continuum,vt respicit augmentū habet rationem finis,& perfecti,& à fine vnumquodq; denominare iustum est,& absolute augmentatio, vt dicitur in primo de generatione, & corrupt. fit per formam, non per materiam principaliter,vt bene declarat Commen.in primo de generatione,& corruptione,in tex. com. 38.hinc est quòd naturalis non cōcordat cum geometra in illa, continuum est augmentabile in infinitum, secus autem est de illa,continuum est diuisibile in infinitum, quia diuisio in infinitum attestatur imperfectioni,& ire in diuisione est ire ad non esse,& est ire ad nihil. vt dicit. 3.phy.com.60.& talis dispositio simpliciter reducit ad materiā: nam forma per se indiuisibilis est,& si diuiditur hoc est per accidēs,& secundū qd,& ideo in ista simpliciter & absolute geometer concordat cū naturali. vterq; igitur sermo verus est fm diuersos respectus,nā si augmentatio comparetur materiæ, & formę,à materia habet interminationem,à forma vero finem, & terminum.sed si absolutę augmentatio & simpliciter consideratur,vt est motus,qui à fine denominationem sumit,sic simpliciter ē ipsius formæ non materiæ, & hoc expresse dicit Aristo. quòd hæc animæ est,& non ignis,& rationis magis quàm materiæ,vt Commen. ibi in commento inquit,& dixit hoc, quia apparet. φ actio augmenti est composita ex actione ignis,& ex aliqua intentione in igne,alterare enim quod est ī eo „
debet attribui igni,& quia est termi „
natum debet attribui virtuti cōiun- „
ctę cum igne,& dat exēplum de ar- „
te,quod vide si placet.

K L M

In tex. cō. 4. 3.d aīa in fine.

Pro-

A PROPOSITIO VII.

Priora secũdum naturã sunt quæcunq; possunt esse sine alijs, et alia non sine ipsis.

PRopositio est Arist. in 5. primæ philosophiæ in cap. de priori, & etiam in prædicamentis. non intelligitur ista propositio quo ad separationem in esse reali; nam in hoc sensu vtebatur ea Plato, vt scribit Cõm. 12. metaph. com. 27. nam certum est quòd motus natura præcedit tẽpus, & tamen non põt esse sine tempore, & subiectum natura præcedit propriam passionem, sed nõ potest esse in re sine ipsa, & vniuersale est prius natura singulari, sed non põt eẽ sine singularibus. vnde Cõment. 12. metaph. com. prællegato declarans quomodo singulare est prius vniuersali ex mente Alex. inquit, ꝙ hic non est intelligendum secundũ esse, sed secundum intellectum, vlia .n. secundum intellectum sunt priora particularibus, quæ cum auferuntur, auferunt particularia, vnde existimãtur vniuersalia esse ratio substantiæ, quæ verba Cõmen. asseruit C propter opinionem Plato. qui vtebatur diffinitione prioris secundũ naturam, opinando, ꝙ quemadmodũ vniuersalia possunt intelligi per intellectum abstracta à singularibus; sic etiam in rerum natura subsistũt separata à singularibus, & sunt rerũ substantię, sed Aristot. opinio fuit ꝙ intellectus multa põt separare, quæ natura non potest, sicut scribit Commenta. 12. metaphys. com. 39. Et confirmatur, quia secundum omnẽ viam propositiones per se primi, & secundi modi sunt simpliciter necessariæ, nam dẽmõstrationes sunt ne-

Addit. Irẽ. 2. phy. c. 19. Manifestũ ẽ, ꝙ. 2. figura, vt patet. quicquid separatur in eẽ separatur rõne, & nõ cõuertitẽ. B

D cessariorum, & impossibilium aliter se habere. si igitur prius secundum naturam posset esse secundum rem sine posteriori, tunc sequeret ꝙ conclusio demonstrationis, in qua concluditur propria passio de subiecto, nõ esset simpliciter necessaria, quandoquidem subiectum de quo demõstratur posset esse sine ipsa, cum sit natura prius, & ita demonstratio esset de contingentibus, & vniuersaliter de his quę sic & aliter se habere possunt, & ita etiam contingeret de propositionibus per se primi modi. nam partes diffinitionis etiam natura pręcedũt diffinitum. vnde Cõm. 2. physi. & Arist. cum eo tex. cõ. 19. inferunt contra Plat. ꝙ formę naturales secundum rationem deberent esse separatę à materia sensibili, qa ipse posuit, ꝙ sunt separatæ secundũ esse. nam vt deducit Commen. manifestum est quòd quicquid separatur secundum esse, separatur ratione, sed non conuertitur. Ecce igitur quòd ista separatio in diffinitione prioris secundum naturam, non est intelligenda secundum esse, sed secundum intellectum. Et mirum F profecto, mirum, quomodo Scotus vir sublimis ingenij, & in scientia diuina acutissimus, cum quo incedit Antonius Andr. & sequaces, quomodo ĩ hac propositione defecerit, qui in hoc sensu vtitur ea in secunda. q. quolib. art. primo, vbi probat ꝙ anima intellectiua prius natura ẽ hęc, quam vniatur materię, quia est prius natura terminus creationis ꝗ infundatur, quam propositionẽ isto modo probat, quia illud quod sine contradictione potest esse sine alio, & non econuerso, est prius naturaliter illo, hoc accipitur, vt inquit. ex quinto

Cõtra Scotum.

E

G quinto metaph. cap. de priori. aliqua, inquit, secundum naturam, & substantiam sunt priora quæcunq; contingunt esse sine aliis, & illa non sine illis, & in fine capi. ad istum modum reducit omnes modos prioris, & in. 7. met. tex. commen. 4. Esse inquit substantiæ est primum omniū, & hoc probat. aliorum enim nullū est separabile a substantia, id est potens esse sine substantia. hæc autem substantia potest esse sine aliis quantum est de se. concludit ergo fm philosophum separabilitas ista prioritatem secundum naturam: anima au-
H tem non solum fm substātiam & essentiam, sed fm existentiam, & vt terminus creationis diuinæ potest esse sine materia. ergo potest eē sine hoc ꝙ vniatur materiæ, nullo autē modo potest eē in materia, nec aliquo modo qualitercūq;, nisi ipsa sit hęc, propria singularitate. sequitur ergo ista propositio prima, quæ fuit hic probanda, vbi patet ꝙ vtitur illa propositione prioris fm naturam quo ad posse separari a posteriori fm eē quantum est merito sui. Sed si ita intelligat, sequitur cōtra ipsum, qa ipse tenet ꝙ propria passio est eadē
I realiter cum subiecto, sed cum subiectum possit esse quantum est merito sui sine propria passione, cum sit natura prius illa: ergo nō est idē realiter, illi per regulam positā, per ipsummet in 3. q. quolibetorum ar ti. 3. vbi habet, vl'r enim ꝙ conuenit alicui, sic ꝙ omnimoda contradictio sit illud esse sine hoc, hoc est idē realiter illi, & per oppositum, vbi nō est omnimoda contradictio non oportet idem esse omnino.

ADDI. Et mirum etiam de Ioan. de bac. ī quolibetis, quoli. prima quęstione qua quærit vtrum Aristot. & Com. K rationabiliter negauerunt creationem, vbi tenet contra Scotum, ꝙ esse, & non esse sunt extrema ordine naturæ, & non solum dependens, & independens ex malo intellu isti propositionis, vnde in æternis non pōt intelligi aliqđ signū in quo priuatio, aut non esse positiuē competere possit. vide. 1. cęli in com. 115. in calce com. contra Plato. Nec valet si pro Scoto dicatur ꝙ subiectū ad propriā passionem dupliciter cōparari potest. vno modo fm essentiā inquantum videlicet non dependet L ab alia. alio modo inquantū est cā necessaria respectu illius. primo quidem modo subiectum quantum est merito sui, pōt esse sine propria passione, sed non secundo modo, & est responsio eius. 7. meta. q. 1. Nam data ista responsione adhuc argumentum stat in suo vigore, quia non est omnimoda contradictio subiectum posse esse sine propria passione, sed solum ex parte qua est causa. Præterea. Retorqueo argumentū quo ad istam rationem, quia ēt subiectū fm, ꝙ est causa necessaria passionis, est natura prius ipsa passione, sed prius secundum naturam sub ratio M ne, qua est prius, potest esse sine posteriori. ergo subiectum & fm suam essentiam absolute consideratum, & etiam sub ratione qua cā pōt esse sine ꝓpria passione, & ita sequitur ꝙ demonstratio nō est simpliciter necessariorum, & impossibilium simpliciter aliter se habere contra Aristo. & veritatem. Sed illud qđ decepit ipsum si fas est ita loqui de tanto viro, fuit, quia non distinxit de separatione secundum esse qua vtebatur ea Plato, & de separatione secundum

Euasio Scoti. 7. meta.

Impugnatio.

A cundum intellectum, qua vtebatur ea Arist. Nec auctoritas Arist. mouet, quam allegat ex 7 meta. tex cō. 4. vbi probat substantiam esse priorem ratione, cognitione, tempore, & natura. Nam secundum expositionem diui Thomæ probatio illa, nul „ lum. n. aliorum quæ prædicantur se „ parabile est, sola autē substantia separabilis. adducitur ad probandam prioritatem temporis, & non prioritatem naturæ. & s̄m expositionem Auerr. illa probatio cōiter deseruit ad quamlibet primitatem, & Arist. secundum ipsum intellexit nullum accidentium esse separabile a substātia, quia vniuersalia accidentium diffiniuntur per esse in subiecto, & istamet est expositio Arist. 1. physi. tex. cō. 14. & ita ista separatio est quantū ad intellectum, dū dicitur in diffinitione prioris, ꝙ potest separari ab alio, & aliud non ab ipso. Et confirmatur quia Cōmen. 4. physi. cō. 97. „ contra Galen. inquit ꝙ quia tempus „ non imaginatur sine motu, & mo„ tus potest imaginari extra tēpus, significat hoc ꝙ motus præcedit tempus naturaľr, & ꝙ tēpus accidat motui, licet sint ꝯntia se complete, & dicit expresse ꝙ ista fuit opinio Arist. & non sicut intellexit Gal. & manifeste patet ex illo loco, ꝙ prioritas naturæ de motu respectu tēporis probatur. quia potest abstrahi ꝑ primā operationē intellectus, cū in diffōne motus non ponatur tps, sed in diffinitione temporis ponitur motus. nō autem intellexit Cōmen. motū posse imaginari esse sine tempore, nam 12. meta. cō. 29. expresse hēt ꝙ īpōle est imaginari motum sine tēpore.

Nullū accidentium eē separabile a substantia, qūo intelligitur.

B

C

A & continuum, est vnum per suam formam, & non per suam materiã, videlicet principaliter. Sed dices, & forma a quo habet in re ꝙ sit vna? Respondetur, ab agente effectiuè. a materia subiectiuè a se formaliter vnde. 3. physic. commen. 68. omnis res est vna per suam formam, & forma est indiuisibilis per se. vnde Cómenta. 1. metaphy. commen. 27. expresse dicit ꝙ vniuersale non habet esse, nisi fm ꝙ est scientia, idest secu dum ꝙ est in anima. &. 1. de anima commen. 18. intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus. Et secun-
B dum apposuit, fm philosophos propter formas abstractas a materia, in quibus non est nisi vnum suppositum in vna specie. tales enim ex sua intrinseca ratione habent, quod statim sint ens, & vnum ens numero, vt testatur expresse Aristo. in. 7. metaphysico. in text. commen. vltimi. Vnde male quidam opinati sunt, ꝙ abstracta ex hoc habent primo, ꝙ nõ sunt cõmunicabilia in plura numero differentia in eadem specie, quia carent materia, quia licet in eis sit carentia materiæ, tamen cum talis carentia sit pura priuatio, non po
C test esse ratio prima suæ vnitatis numeralis. effectus enim positiuus per se habet causam positiuam. & ideo bene dixit Aristote. vbi supra ꝙ simplicia se ipsis sunt ens & vnum. & per oppositum ratio propter quam forma communis materialis est, cõmmunicabilis ẽ ex sua ratione intrinseca principaliter, & non est primo ista communicabilitas in ea ex mã, quia mã non potest esse prima cã multitudinis in forma, in via Arist. sed ẽ causa secũdaria. vbiq; enim locorum Arist. dicit materiam esse ꝓpter formam, & diuersitatem in ma D teria prouenire ex diuersitate formæ, potius quàm econuerso. unde Commẽ. 1. de anima commen. 53. membra cerui non differunt a mẽbris leonis, nisi quia anima differt ab anima. &. 2. de ani. com. 60. melius existimare, ꝙ diuersitas formæ est causa diuersitatis materiæ, quàm econuerso. Vnde si forma asini est multiplicabilis: hoc est ex sua intrinseca natura pricipaliter, & est ex materia tanquam a causa secundaria, & quasi concomitanter. & per oppositum forma solis: si non multiplicatur in plura supposita, hoc nõ E est principaliter propter defectum materiæ, quia dato ꝙ forma solis ex sua ratione intrinseca est multiplicabilis in plures soles, & tamen quod non potest ista aptitudo reduci ad actum propter defectum materiæ, sequitur igitur quòd sit otiosa ĩ natura contra Philosophum primo cęli tex. commen. 32. vbi habet, quòd Deus & natura nihil frustra faciunt. Confirmatur, quia natura nunquã deficit in necessariis. vnde philosophus. 2. cęli, & mundi. tex. commen. 50. probat. quòd si natura dedisset astris potentiam, respectu motus ꝓ F gressiui. vtiq; tribuisset sibi organa necessaria. & eodem modo in proposito, si natura posuisset aptitudinem naturalem in forma solis, ad multiplicationem tribuisset vtique oportunitatem ex parte materierũ, & cum in ęternis non differat posse ab esse, de facto essent plures soles. Nec valet dicere, quòd ipsa bene est realiter muluplicabilis, sed impedimentum prouenit a materia, sic enim dicere nihil est dicere, quia eodem modo ratio Arist. solueretur.

Amplius

G Dubitatio. Amplius quicquid est possibile ex parte formæ, est possibile ex parte materię, & econtra. potentia enim passiua diffinitur per actiuam & ecõtra, vt patet 9. meta. tex. commẽ. 2.

Solutio. Sed dices, quare ergo Arist. 1. cœli & mundi tex. com. 93. isto modo soluit quæstionem ibi inductam, inquiens quod mundus, quia constat ex tota sua materia, ideo vnus est?

Respõdetur, ꝙ Arist. & sui sequaces, videntes istam indiuiduorum multiplicationem non contingere, nisi in formis materialibus, in quibus tota speciei perfectio non poterat in vno saluari supposito, perpe- H tuo tempore, propter ꝙ solicitudo diuina misericta, dedit modum per quem possint saluari in specie, ideo dixerunt hanc multitudinem prouenire a materia. sed qui ĩ libro qui dr̃ Timæus, perscrutat⁹ fuerit, inueniet illud quod nos diximus sine dubio.

Sed dices Auer. & Arist. absolute videntur enuntiare quamlibet formam esse plurificabilem, quia Cõmen. dicit, & iste est intellectus cuiuslibet formæ. Respõdetur ꝙ Auer. glossat Arist. debet sua glossa ire iuxta textum. manifestum est autem, I ꝙ tex. Arist. loquitur de formis existentibus in materia, siue sint naturales, siue artificiales. uel si vr̃ intelligatur. glosso sic (quia est mihi data glossandi licentia) ꝙ forma quælibet inquantũ forma, est multiplicabilis in plura supposita, sed ista ẽ potentia logica, non physica. Differentia autem magna valde est, inter vtranq; potentiam, vt alias declaraui. quia potentia logica. non dicit aliquid reale, sed dicit solam non repugnantiam, causatam ex rationibus terminorum inquantum non repugnant, & de tali potentia multæ propositiones verificantur in philosophia naturali, sicut illa in. 6. physic. tex. com. 15. de motu qui inquantũ motus velocitabilis in finitum. & illa. 5. phy. tex. com. 45. motus, quilibet inquantum motus potest esse irregularis. & illa Auer. 7. physi. com. 2. vbi habet ꝙ cœlum inquantum corpus, potest quiescere & mille cõsimiles, quæ tamen potentia physica, & reali non possunt verificari, alioquin aliquid reale frustraretur ĩ natura. vnde de tali potentia physica loquens Auer. 1. cœli. in. c. 20. inquit, ꝙ si aliqua materia fuerit, cui⁹ potentia nunquam exit ad actum, ista potẽtia eẽt ociosa, & superflua. sic igitur vulgata Aristo. propositio, & Commen. vr̃ intellecta, habet veritatem de potentia logica. vnde ibidem Comm. dicit, ꝙ ideo dicitur in diffinitione vr̃is quod est aptum dici de pluribus. forma enim est subiectum vr̃itatis. ecce quõ sm̃ logicam considerationem, habet veritatem allegata authoritas. Et ex hoc patet quomodo argumentum Scoti, in 2. sentẽtiarum. distin. 3. q. vlti. de multiplicatione angelorum in eadẽ specie, quod innititur huic propositioni videlicet, ꝙ omnis quiditas est de se multiplicabilis, non procedit. quia si propositio intelligat illam multiplicabilitatem esse ex natura rei, sic negatur a philosophis. Si autem intelligatur secundum logicam consideratione, tunc non habet intentũ suum ibi. Nota tamen ꝙ Com. 1. cęli & mundi. com. 96. inquit. demonstrationem illam qua Arist. demonstrauit mundum esse vnum, ex hoc quod constat ex tota sua materia, eẽ demonstrationem propter quid, & per

Formã inquãtũ formam esse multiplicabilẽ in plura supposita quõ glossari d3 bet.

De potentia logica, vide. j. i. p. põne. 41.

K L M

Frustra est põa q̃ nũquam exit ad actũ. & qua potẽtia intelligatur.

A per causam. Quare igitur si materia est causa multiplicationis indiuiduorum in eadem specie. Auer. dixit formam esse subiectum vniuersalitatis,& dixit istum esse intellectũ cuiuslibet formæ, nisi esset ꝙ comparando in istis, quæ multiplicantur, in eadem specie formam,& materiam, forma veriori modo est cã communicabilitatis. communitas enim, quæ est ex materia, est secundum ꝙ intelligitur, & est in anima tantum, quia non intelligitur nisi ꝑ priuationem omnium formarum, materia enim negatione cognoscit.
B 10. meta. tex. commen. 24. sed communitas ipsius formæ vniuersalis, ẽ extra animam in potentia. Ampliꝰ autem vt inquit Commen. materia non habet aliquam intentionem, intellectam in actu de se, sm quam eẽ possit prædicabile,& vniuersale aliquod. Vnde Alexan. scripsit demonstratiuę, ꝙ materia non est genus. materia etiam est causa multiplicationis merito dimensionum, a quibus recipit diuisionem in suis partibus, vt dicit Commen. in lib. de substantia orbis. & ideo demonstratio illa est a priori,& per causam. Sed
C aduerte,& considera ꝙ ratio prima ex forma mundi proficiscitur, & sic sunt vna causa completa, ne videatur tibi mirum hic. nam vide in tex. commen. 100. in eodem. 1. de cœlo in simili. vbi Arist. facit demonstrationem propter quid, respectu ęternitatis motus. Commen. dicit in cõmen. ꝙ illa demonstratio non est ꝑ causam completam, sed solum procedit secundum necessitatem materiæ istius corporis, quia natura eius non est innata moueri violẽter, nec naturaliter, tamen causa completa, & principalis, est natura intelligentiæ, quæ est abstracta a materia, & non cadit labor, aut fatigatio in ea. D

Sed quod decipit multos in hoc, ẽ dictum vulgatum apud Peripateticos, qui consueuerunt dicere frequẽter multiplicationem indiuiduorũ in eadem specie, a materia prouenire. Vnde Commen. in. 7. meta. com. 28 multiplicatio indiuiduorum in eadem specie, ab vno generante: prouenit propter multitudinem materierum in quas agit. idem in lib. destruct. in dispu. 1. in solutione. 7. dubii. inquit. ꝙ ponere plures animas E separatas numero a materia, est opinio non concessa ab omnibus philosophis. Causa enim pluralitatis, siue numeralitatis, est materia apud philosophos. Et causa conuenientię in multitudine numerali, ẽ forma. hoc idẽ asseuerat lucidissimus Themi. in plerisq; locis, vt. 1. de ani. ca. 24. & in. 3. de anima. cap. 32. & Alexan. & plures alii, sed hoc ideo cõtingit, quia vt supra dictum est huiusmodi multiplicatio non inuenitur nisi in formis existentibus in materia. & sic per oppositum dixerunt talem conuenientiam eorũ, quæ sunt F in eadem specie, esse a forma iuxta illud Porphyrii, participatione speciei plures homines sunt vnus homo, sicut in simili dixerunt sensibilitatem prouenire a materia, & intelligibilitatem a forma, quia solum res in materia existentes, sunt sensibiles. & quia materia propinqua, est per se sensibilis, sed forma nõ est sensibilis nisi mediante sua operatione, & dixerunt ꝙ illa comprehenditur ab intellectu, vt dicit Comm. in. 12. meta. in com. 14. sic pariformiter, quia multiplicatio in eadem specie

In cap. de specie.

G non prouenit, nec inuenitur fm Philosophos, nisi in rebus mãlibus, non aũt in rebus abstractis a mã, quia nihil nã superfluum operatur, ideo dixerunt, cõiter multiplicationẽ rerũ numero differentium, prouenire a mã. Sed cum Peripatetici interrogati fuerint de forma, & mã in istis materialib⁹, vtrum quia mã est primo cõicabilis, ideo forma est cõicabilis, an quia primo forma est cõicabilis, ideo fuit materia cõicabilis? Respondebunt sine dubio in hoc, ꝙ potius cõicabilitas formæ coegit multiplicari mãm, quàm econtra. In hoc n.
H vt inquit Com. in. 2. physi. auscul. in. com. 87. Arist. resistit, & aduersatur antiquis. Nã ipsi opinabant̃, ꝙ formæ sequuntur de necessitate naturam materiæ. & quod diuersitas earum, est ex diuersitate materiæ. Et ipse intendit destruere hoc, qm̃ ipse opinatur econtrario. s. ꝙ materia sequitur formam. vnde Arist. ibidem in tex. com. 91. inquit. & vtraq; quidem physico dicẽdæ sunt causæ, ma
„ gis aũt ea cuius gratia. cã. n. hęc ma-
„ teriæ est, sed non hæc, ipsius finis.
„ Et. 7. meta. tex. com. 39. non solũ
ADDI. enim de materia oportet scire phy-
I sicum, sed & de ea, quæ fm rõnem, & magis, vbi Com. naturalis non dẽt perscrutari de substantia, quæ ẽ materia, quia materia est propria entibus naturalibus, sed & de substantia, quę est forma, sed tamen ad terminum notum, & perscrutatur de hac substantia magis, quàm de substantia, quæ est per materiã, & hoc declaratum est, in. 2. phy. videlicet. t. c. 91. Et in primo de physico auditu. tex. commen. 55. vbi adducit discordiã
„ inter Platonem, & alios antiquio-
„ res, quia illi ponebant duo ex parte formæ, & vnum ex parte materiæ. K
Plato autem opinabatur econtrario ꝙ duo erant ex parte materiæ. s. magnum, & paruum, & vnum ex parte formæ, quæ erat idea fm ipsum. Aristo. autem in tex. com. 56. videt̃ magis fauere prioribus in hoc, & discrepat a Platone, quia ad patiendũ inquit, sufficit vnum, & ita Arist. opinatur, ꝙ in rebus habentibus multitudinem, non est prima ratio multitudinis à principio passiuo, sed potius à forma, licet materia sit causa secunda, comparata ad formam, & ista non possunt (per vitam meam) L
negari ab homine exercitato in via Peripateticorum. & pauci peruenerunt ad hoc.

PROPOSITIO XII.

Ab uno agente, inquantum unũ, immediate non prouenit nisi unum.

FAmosa nimis est propositio, & colligi potest ex dictis Philosophi. in. 2. de generatio. & corrupt. in. tex. commẽ. 56. & habetur ab Auer. contra Auic. in. 12. meta. in cõ. 44. & in lib. destructio destru. in dispu. M
3. in solu. 25. dubii. inquit magnus Alber. in cõ. sup lib. de causis. ꝙ ista, propõ ab oĩbus fuit concessa philosophis, excepto Auicebron, qui negat eam in lib. fontis vitæ. Ista propositio male intellecta deduxit plures sapientes præcipites in graues errores. Et Auic. est vnus de illis, qui fundans suã intentionẽ super hoc, l. 9. suæ primæ philoso. ca. 4. de productione intelligẽtiarũ, posuit ꝓuentũ, & cõsequutionem, quia prima intelligẽtia, cũ sit maxime vna, & maxime simplex, immediate solũ vnũ producit,

Alber. magnus.

Opinio Auic. suæ met. ca. 4.

A producit, & erat essentia secundę intelligentiæ, quæ est primũ cãtũ primæ, & est deficiẽs a simplicitate, & vnitate primæ. vnde in natura eius est multitudo. vnde si ab vno simplici, immediate possent plura prouenire, tunc nõ esset aliqua ratio distinctionis in eis. si enim cã est vna, oĩbus modis respectu eorum, tũc illa essent eadem. oĩs. n. distinctio, q̃ est in cãtis, debet reduci ad aliquam distinctionem ĩ cã. Sed in prima cã, nulla prorsus est distinctio, quia est in fine vnitatis, & simplicitatis, vt testantur omnes. oportet igitur, ꝙ vnum immediate a prima cã proueniat, & tale non potest esse aliquod materiale, quia tunc aliqua multitudo, & compositio, & nouitas esset in prima cã igitur est abstracta sub̃a, & ita dixit secundã producere tertiam & sic deinceps. Sed ista opinio est imaginaria, & falsa. vt inquit Com. in locis prædictis, quia tunc esset aliqua pluralitas sine cã, quia Auic. in illa secunda intelligẽtia, quæ est primum cãtũ, posuit aliquam multitudinem. & sic videbatur Auic. dicere duo repugnantia. Nã si ab vno non prouenit nisi vnũ, & in. 2. dicto asserebat Auic. ꝙ ĩ tali vno erat aliqua pluralitas, ergo illa est sine causa.

B

Impugnatio.

C

Opinio Sco. 4 sen tẽtiarũ di stin. 1. q. 1.

Subtilis ẽt doctor in hac materia vr̃ defecisse. Nã in. 4. sñiaꝝ distin. 1. q. 1. in rñsione ad rõnes Auic. inquit, ꝙ si illa ꝓpõ ab vno inquantũ vnũ, intelligat de oĩno uno in re, qđ non possunt immediate plura prouenire falsa est. Sufficit. n. in agente per intellectum, & voluntatem, distinctio cognitorum, siue distincta cognitio plurium, ad hoc ꝙ plura immediate proueniant. Et vr̃ prima facie ista esse rñsio Auer. 12. met. in Com. 44 vbi inquit, ꝙ non est impoẽ, vt illud quod est per se intelligentia, & intellectus, sit cã pluriũ entiũ, ẜm ꝙ ex eo intelliguntur multi modi.

D

Impugnatio.

Sed ista positio non potest stare in uia Peripateticorum, nec est de mẽte Auer. quia ipsi ponunt, ꝙ prima intelligentia non solum in re est oĩbus modis vna, & simplex: verũetiã & in cognitione. etiam volunt ꝙ vnum solum distincte intelligit & est sua essentia. nõ enim intelligit aliud extra se, quia oĩs intelligentia intelligens alind, est causata ẜm ipsos. vt dicit Com. in lib. destru. in dispu. 3. in solu. 18. dub. & ista est põ eorum in. 12. meta. in tex. com. 51. Ioãnes Baccho etiam in hoc vr̃ defecisse. nã in. 2. sñiarum distin. 2. q. 1. arti. 2. dicit de mente Arist. & Com. ꝙ Deus inquantum intelligit seipsum in rõne finis diuersimode immutabilem siue attingibilem ab aliis intelligentiis, quæ ab ipso dependent, vt a fine per viam resultationis deriuatur illa multitudo in ipsis, & non per viã efficientiæ. Et ita etiã posuit Grego. Arimin. in eodem loco quasi, ꝙ nõ inconuenit vnum esse finem pluriũ immediate, licet inconueniat de efficiente.

E

Opinio Bac. in. 2. sententiarum dist. 2. q. 1. arti. 2. Et Greg. Arimin.

F

Impugnatio.

Sed ista opinio stare nõ potest in via istorũ, quia cognitio Dei est absoluta, & non relatiua. In hoc enim Com. arguit Themi. in. 12. meta. quia dicebat ꝙ Deus cognoscit entia inquantum cognoscit se esse causa, omnium entium. Amplius, finis significat agens significatione necessaria, aut dicit Commentato. in libro de substantia orbis. capitulo secundo. Si igitur aliquid immediate non potest terminare depẽdentiam plurium in ratione efficientis, nõ poterit ẽt terminare ĩmdeiate in rõne

 finis

G finis,quia finis est propter quē agēs agit. Dicamus igitur prædistinguentes multiplicitatem propositi Theorematis. Nam vt inquit Arist. in. 1. cœli,& mundi.in tex.com. 110. vbi est multiplicitas,& æquiuocatio,semper est confusio apud intellectum. Aduerte igitur,vt inquit Auer. in libro destruct.in dispu. 3. in solution. 1. dub. Agentia sunt duobus modis, immo tribus modis. Primus modus agentium est eorum, quorum sua actio est vna tantum per se,sicut calor agit calorem tantum per se,& frigiditas frigiditatem,& talia agentia vocantur naturalia. Secundus vero modus est, quando aliquod agens quandam interdum agit actionem & interdum eius contrarium, & talia agentia a philosophis vocantur volentia,& eligentia, & quodcunq; agens fuerit huiusmodi agit sine dubio,cum deliberatione,& meditatione. Et subdit tertium modum agentium,dum inquit, vnde primum agens benedictū nequid aliquo istorum modorum denominari agere, eo modo quo generabile, & corruptibile agere denominantur. Nā vt ipse scribit in. 11. dispu.in solutione 1. dub. dicunt Peripatetici loquentes sm veritatem, ꝙ entia procedunt ab eo modo altiori,quā sit natura, & quàm humana voluntas, & iste modus clare non potest comprehendi nisi ab ipso. Si igitur loquamur de agente naturali,dicendum est, ꝙ ab vno per se(vt glossat Auer.) non potest prouenire nisi vnum, quia, per accidens possunt plura prouenire Nam calidum per se calefacit,sed per accidens infrigidat,& sic frigidū per se infrigidat, & per accidens calefacit. ꝓpter ꝙ ventres hyeme,& vere calidissimi sunt natura, vt dixit Hippo.in prima particula separatorum sermonum. In talibus etiam requiritur, ꝙ sit agens eodem modo dispositum,& ꝙ sit idem finis,& intentio agendi,& modus agendi consimilis, & ꝙ actio naturalis agentis sit respectu eiusdem passi. propter primum dicimus,ꝙ idem sol per diuersas sui dispositiones accessus & elongationis operatur contraria. videlicet,generationem,& corruptionem. & nauta per præsentiam est causa salutis nauis, & per absentiam submersionis. sic enim idem erit cā contrariorum. 2. phy. tex. com. 30. Similiter quando aliquid agit, vt instrumentum aliud agit, quam dum operatur, vt agens principale, vt dicam in ꝓpria propositione de hoc. Similiter idem aer in sphæra ignis existens descendit, in sphæra autem aquæ ascendit, propter diuersos fines,& intētiones,quia quod est graue respectu alicuius in simplicibus, debet esse sub illo,& ꝙ est leue respectu alicuius debet esse supra illud. Similiter tepidum infrigidat calidū & tamen frigidum calefacit ꝓpter diuersitatem passorum,& quia comparatione calidioris tepidū est frigidum, respectu vero frigidioris est calidū. Et similiter ignis liquefacit ceram,& lutum condensat. Similiter ab eo eodem agente naturaliter possunt prouenire diuersi modi agēdi, quorum vnus est realis, alter intentionalis, vt clarum est.

Proposi- tio ꝓpria.

H

I

K

L

M

ADDI. In agentibus etiam naturalibus ab eodē agente sm diuersas mensuras possunt in idem passum plura ꝓduci, vt calor ignis per calorem excedentem, vel conuertit in salsum saporem, ꝑ ampliorē adhuc in amarum

A rum, sed vltimate adhuc intensus calor generat in ipsum acutum saporem, vt dicit Isaach in diætis particularibus cap. 14. in agentibus etiã naturalibus diuersimode dispositis ex materia vna habente etiam in se diuersas dispositiones, possunt plura prouenire, vt idem calor naturalis secundum medicos, secundum diuersas mensuras ex eodem chylo, qui tamẽ vniformis apparet ex natura rei, tamen est difformis, generat quatuor humores. nam calor naturalis si sit remissus generat phlegma, si tẽperatus generat sanguinem, si exce-

B dens choleram, si adurens melãcholiam. ita chylus habet diuersas substantias, videlicet, aquã ex qua phlegma. vnctuosũ ex qua sanguis, subtilẽ ex qua cholera, grossum ex qua melancholia. Sed est dubium de motu cordis, qui est dilatationis, & constrictionis. Nam talis motus nõ videtur esse motus insequens cognitionem animæ, neq; electionem voluntatis, quia istæ semper est in nobis, & si est a virtute naturali, quomodo ab agẽte naturali proueniũt motus contrarii? Forte propter

Difficultas de motu cordis.

Opinio Arist. in li. de morte & vita.

C hoc Arist in libro de morte, & vita huiusmodi motum attribuit quantum ad dilatationem spirituificationi sanguinis, quæ fit a calore naturali ipsius cordis, & ideo in tali spirituificatione intumescit, & rarefit, ad magnam extensionem, & sic contingit fieri eleuationem in ipso corde. Constrictio autem fit ab alia natura, scilicet a grauitate propria membri vim passi, & concurrit cum hoc frigiditas aeris occurrẽs, qui per anhelitum attrahitur per pulmonem, & ita motus isti contrarii sm philosophum non ab vna, & eadem natu

D ra proficiscũtur, sed a duabus distinctis. Verum ista positio Arist. non placuit posteriorib⁹. & Auer. in hoc discrepat, in. 2. Collig. Et bea. Tho. in speciali opusculo de motu cordis. & omnes medici tenentes huiusmodi motus a virtute procedere, & in hac via oportet dicere ꝙ proueniũt a virtute animæ sine cognitione operante, & non inconuenit ꝙ oppositi motus proueniant ab eadem virtute, quæ ad instar naturalis agentis operatur propter diuersos fines, & necessitates, maxime, quia nõ simul immediate ambo producuntur, cũ

Opinio medicorũ Auer. & beati Tho. in opu. suis.

E inter eos mediat quies. ꝓbatum est enim in. 8. physi. ꝙ duo motus oppositi insimul continuari non possunt, vt patet tex. com. 61. & sic intelligis quomodo propositio ꝓcedat de agẽte naturaliter. Sed tunc iterum est vna difficultas de virtute in formatiua existente in semine, quæ est naturaliter agens, & tamen ab ipsa plura procedunt. Nisi esset ꝙ talẽ diuersitatem ipsa non operatur, nisi inquantum rememoratur a superioribus causis, & ab ipsa intelligentia. opus enim naturæ est opus intelligentiæ non errantis, vt. d. Com. 12

Dubium de virtute in formatiua.

Solutio.

F met. in com. 18. vnde cum duo sint principia agentia, natura, videlicet, & intellectus, nec plura, natura autem sit ad vnum, relinquitur ꝙ omnis diuersitas sit ab intellectu, nec ab alio potest esse principio, & ita virt⁹ informatiua non ratione, qua forma est, aut natura, sed inquantum est exemplar, vel instrumentum intelligẽtię plura operat᷑. Ita notabilr̃ scribit Alber. magnus in lib. de causis. trac. 2. ca. vlti. In agẽtibus autẽ cũ cognitione, & electione locũ nõ hẽt ꝓposita enũtiatio, q̃a a talibus possunt

Quomodo in agẽtib⁹ cum cognitione &, electione l o cum non habeat ꝓpõ ista.

G possunt prouenire oppositi effect⁹. Nam vt scribit Philosoph⁹ in.9.primæ philosophiæ.tex.com. 10.sunt oppositorum. vnde Scotus in.1.sententiarum.distin.39.q.1.inquit, voluntas inquantum est actus primus
„ libera est ad oppositos actus contra
B riè, vt velle,& nolle, vel amare, & o-
„ dire,& ad oppositos actus contradi-
„ ctoriè, vt velle,& non velle, & mediantibus illis actibus oppositis libera, est ad opposita obiecta ad quæ tẽdit. Et ista est glossa etiam Auer. in dispu.3.in lib.destru.in solut.1.dubii. Fallit etiam illa propositio vni-
H uersaliter in animalibus, quæ sunt hic in quibus proueniũt plures motus, licet illud sit per accidens, vt de-
„ clarat Commen.in.8.physi. in com
„ men.51.vbi inquit. non est opinan
„ dum, ꝙ primus motor in illis mouet pluribus motibus ex se. vnus.n. motor non mouet essentialiter nisi vno motu. Et hoc quod inuenitur in istis motis, scilicet habentibus animas, ꝙ vnus motor in istis mouet pluribus motibus est per accidens,& parũ infra subdit, ab vno enim motore essentialiter non prouenit nisi
I vnum motum, sed multa intrant ip
„ sum per accidens. Pro quo debes sci
„ re ꝙ isti motores sunt moti. Nam anima talium mouetur ab appetibili, quod concurrit, vt primus motor in motu animalium, & ideo videmus animalia plures motus exercere, vt declarat Philosophus, & Commen.in.8.physico.in text com. 20. & in.3.de anima. Radicalis autem, & præcipua causa huius est compositio inuenta in eis, quia sunt formę in materia, sicut per oppositum causa vnitatis, & simplicitatis motus ꝓuenientis in abstractis est simplicitas sua, sicut declarat Com. & Arist. K in.8.phy.tex.com. 53. & etiã Auer. in libro de subst.or. Sed videam⁹ in tertio modo agentium, quæ vide licet non agunt naturaliter, neq; agunt voluntate noua, sicut est in nobis. vtrum in talibus ab eodem plura possunt prouenire. Et sm qđ recitat Auer. ista propositio sm Algazelem,& Auicẽ. ab vno non prouenit nisi vnum, non habet veritatem in formis materialibus, sed in formis abstractis a materia, vt est videre in 3.disputa.in solutione dubii.20. vnde super hac propositione Auicen. fundauit suam positionem de pro-
uentu intelligentiarum, & consecu- L
tione earum, sicut supra diximus.

Quomodo locum habeat ꝓpositio in intelligẽtijs.

Sed ista opinio non est vera. nam vt inquit Com.in.12.meta.com.44 in intelligentiis non est actio ꝓprie loquendo, neq; consecutio, ita ꝙ vnum concomitetur vnum. sed tantum est illic causa,& causatum, secũdum ꝙ intellectum est cã intelligẽtis. vbi patet ꝙ in actione spirituali, quæ non est verus motus, nisi ęquiuoce, vt dicit Com.in.8.phy.in commen.40. qualis est intellectio, & vo-
litio. intelligentiæ.n. de virtutib. ani M
mæ non habent nisi intellectum,& virtutem desideratiuam per q̃ mouent in loco, vt dicit Com.in.12.meta.in com.36. vnde non inconuenit in tali actione idem intelligibile, & idem appetibile immediate mouere plures intelligentes, & plures appetentes sicut manifeste videmus in cognitione sensitiua, quæ est vilior intellectiua, vbi idem obiectum sensibile potest immediate mouere plura media,& plures sentientes. Et hoc est, quod dicit pulchre Commen. ꝙ non est inconueniens, ꝙ illud quod

A est per se intelligentia, & intellectũ sit causa plurium fm ꝙ de eo intelliguntur multi modi, quod non est intelligendum,ꝙ primus intellect⁹, ex hoc,ꝙ plures modos intelligendi,aut quia plura distincte intelligit producat plura, sed est pro quanto ipse causat diuersas intellectiones in diuersis,& sunt ipsę essentiæ intelligentiarum.& hoc est,quod dicit Cõ
„ men.ibi in com.illud.n. quod intel-
„ ligit motor corporis cœlestis, de primo motore,& est causa in anima cęli est aliud quod intelligit ab eo motor Saturni. Et animaduerte ꝙ A-
B uer.ĩ hoc loco videtur sentire ꝙ duplex est actio, vera & metaphorica. vera est quando per actionem agentis res extrahitur de potentia ad actũ & de tali,vera est propositio, ꝙ vna actio sequitur unũ agens, vnde dicit ꝙ ista propositio ẽ imaginabilis. vnde dicit ꝙ ibi non est agens, neq; ꝓuentus,neq; consecutio. & parũ infra dicit,ꝙ mos modernorũ in dicẽ
„ do, ꝙ a tali motore prouenit talis
„ motor,aut consequitur, aut præce-
„ dit,aut talia verba non vere intelli-
„ guntur de istis principiis abstractis,
„ omnia enim ista sunt dispositiones
„ agentium superficietenus. nam ve-
C re ab agente non prouenit nisi ex-
„ trahere rem de potentia ad actũ. vnde in tali actione est vnum agens,& vna materia,& vna forma respectu vnius. Vnde.12.meta.tex.com. 27. aliud est mouens,& materia tua, & mea,& species tua,& mea , est etiam alia productio per viã causæ,& causati fm ꝙ intellectũ est causa intelligentis,& in tali vnum potest esse cã plurium,fm ꝙ de eo intelliguntur multi modi & hoc habet ipse in simili in tertia disputa.in solu. 18.dubij. vbi habet ꝙ in talibus ab vno potest prouenire pluralitas in exemplo pulcherrimo, in quo comparat vniuersum animali,quod teste Philosopho in.8.physi.tex.com. 17.dicitur Microcosmos,vnde quemadmodum in vno animali est vna aĩa a qua prouenit motus localis, qui assimilatur motui cœli,& motus aliorum orbium sub orbe stellato assimilantur particularibus motib⁹ existentibus in cæteris membris: & in tali animali est vna virtus,a qua ꝓueniunt omnes virtutes,quæ coadunatæ tendunt ad vnum finem, qui ẽ conseruatio ipsius animalis: multo magis oportet ĩmaginari hoc eẽ in animali maiori.videlicet in vniuerso,vnde concludit ꝙ est vna virtus spiritualis,quæ connectit omnes virtutes spirituales,& corporeas, & est vnigenea in toto orbe,& in toto vniuerso,& non sequitur ex extensione vnius virtutis in pluribus rebus, qđ sit in ipsa virtute pluralitas, & concludit.patet igitur ex istis, ꝙ pluralitas potest prouenire ab vno. vbi patet fm mentem Auer.in tali agente quod non agit,sicut agens naturale extrahendo rem de potentia ad actum.Sed agit altiori modo quã natura,& humana voluntas, ꝙ & si sit in summa simplicitate,& vnitate qđ ab eo possunt plura pronenire,& cãri. Nec valet si dicatur,ꝙ hoc habet veritatem in genere causæ finalis. Nam Commen.infra parum ibidẽ loquens qualiter entia intellectualia sint a primo principio, inquit hæc verba formaliter. Amplius declaratum est a philosophis, quod id quod dat entium separatorum a materia finem , est illud, quod dat „ eis esse. forma enim, & finis sunt „

D E E In fine.13 dubii.

G idem in hac specie entium. ergo illud, quod dat finem huic esse est agens. apparet idcirco, ꝙ primũ principium est omnium istorum principium. s. agens & forma, & finis. Ex quibus verbis bene patet quantum deuiauerit Gregor. Ariminensis, & alii in via Auer. ibi etiam ponit modum tactum in. 12. meta. in comm. 44. ꝙ in eis solum est causa, & causatum secundum ꝙ intellectum est cã intelligentis. Nam. 3. de anima. text. com. 54. obiectum mouet intelligẽtem, & est causa eius efficiens sub ratione, qua est intelligens. Vnde Cõmen. 5. metaph. dicit, ꝙ intelligens constituitur per intellectum & non econtra, vt patet commen. 20. & inquit, rursus ex aliorum principiorũ separatorum eẽ cõstat, in eo ꝙ imaginantur de primo principio, & nõ est impossibile ꝙ ab vna, & eadẽ resumantur diuersæ imaginationes, sicut non est impossibile. ꝙ ex aliqua pluralitate sumatur vna imaginatio. iam igitur inuenimus viã, qũo intelligentiæ sunt a prima, & est qa intellectus diuinus est obiectum in

Cõtra Gregoriũ de Arimino.

H

I telligibile a quo producuntur multæ intellectiones in diuersis intelligẽtibus fm suæ naturę capacitatem. vnde cum intellectio, & scientia Dei, & res intellecta sint omnib⁹ modis eadem, & sciẽtia Dei est causa entium: sic dicimus ꝙ sicut intellectum mouet plures intelligentes, sic scientia Dei est causa omnium. talis igitur pluralitas per viam intelligibilis potest prouenire ab vno sine aliquo inconuenienti, sicut ab vna, & eadẽ re sumuntur diuersæ imaginationes. Et aduerte ꝙ non est opinãdum, ꝙ intellectus intelligentiarũ præsupponatur huic actioni, immo

K talis actio est ipsa productio qua ꝑducuntur, & conseruanrur perpetuo ab ipso primo triplici causalitate. Et animaduerte bene, & considera, quód licet a tali agente plura immediate procedant, non tamẽ ęquali processione proueniunt. nam entia sunt sicut numeri, vnde quemad modum omnes numeri proueniũt ab vnitate simplici ordine quodam seruato, nam vnitas geminata constituit binarium, & eadem triplicata ternarium, & eadem quater sumpta quaternariũ, ita ꝙ omnis multitudo numerorum causatur in virtute vnitatis inferentis modo prædi L cto. & si bene, & subtiliter contemplatus fueris, inuenies, ꝙ numerus prior secundum propriam formam non est causa posterioris, quia ẽ ibi prioritas naturæ, sine causalitate. nã vt scribit Aristo. 5. metaph. tex. com men. 19. substantia cuiuslibet quod semel, vt ipsorum sex non quæ bis, aut ter sunt, sed quæ semel, sex enim semel sunt sex, & Auicen. dixit in tertio tracta. suæ metaph. commen. 5. ꝙ decem non sunt nouem, & vnum aut quinque, & quinq;. apparet igitᵉ M ꝙ multitudo in numeris est in virtute vnitatis inferentis, non in virtute numeri sub propria forma, qa licet Euclides dicat in. 4 elẽntorum, in. 7. conclusione, ꝙ omnis numerus minor est pars maioris, hoc locum habet quo ad materiale. Nam vnus numerus secundum propriam formam non est pars, neq; causa alterius. Ita pariformiter imaginare ĩ entibus, ꝙ a prima entitate, & vnitate oĩs numerus, & pluralitas entiũ immediate procedit tanquã a cã efficiente finali, & formali, sed nõ ęquali processione, sed secundũ ordinem inuen-

Omnis numerus minorẽ pars maioris, in quibus habet locum.

A inuentum in eis, ex suis rationibus formalibus. Non. n. oĩa entia æqua liter possunt participare esse diuinũ, & hoc est quod clarissime enũtiauit solertissimus naturę & Dei rimator Arist. in 1. cœli & mundi, ꝙ à primo cõicatum est esse, & viuere omnibus, tis quidem clari⁹, iis vero obscurius, vt patet text. cõ. 100. sic intelligas ꝙ omnes intelligentiæ dependent ĩme diate quantũ ad rationẽ triplicis cau salitatis, a prima quæ simpliciter est in causata, & licet hmõi intelligentiæ ab eadem causa procedant, non tamẽ æquali processione, quia vna

Oẽs intelligẽtias dependere immediate a p̃ria quo intelligat.

B plus appropinquat in participando perfectiones primi quã altera, sicut vnus numerus plus appropinquat vnitati, q̃ alius numerus. distantię. n. entium in hoc sunt ualde diuersæ, & sicut in numeris inter se comparatis erat ordo prioris, & posterioris p accessum, & recessum ad vnum. sine tamen causalitate prioris ad posterius in propria forma, & omnis pluralitas inuenta in numeris erat a vir tute vnitatis inferentis, pariformiter crede ꝙ in intelligẽtiis est ordo prioris, & posterioris ſm perfectionẽ in

C intelligendo primum, & in participando perfectionem primi. Et hoc pulchre declarat Auer. in tertia disputatione, in lib. destructionum in solutione. 18. dubij. vbi inquit, amplius ꝙ dictæ intelligentiæ inter se differunt in nobilitate ſm statũ quẽ hñt de primo principio, in propinquitate, & longitudine, vnde primus intellectus, non intelligit nisi seipsũ, & intelligens seipsum oĩa entia intel ligit, sed in nobiliori esse, & ordine qui esse potest, substantia tamen dicti intellectus primi posterioris, est id quod intelligit de formis, & ordinibus in primo intellectu existentibus, & dictæ separatæ intelligentiæ abinuicem differunt in hoc pũcto. vnde sequitur in hoc ꝙ nullus infimorũ intelligit de nobiliori illo, q̃d ille nobilior intelligit de seipso, neq; conuerso. f ꝙ q̃libet intelligentiarũ entia intelligit in vno & eodem gradu: si. n. ita esset, sequeretur quod eẽnt vnum & idẽ, & nõ differrẽt in nume ro. Et hoc dixit ẽt in. 12. meta. in cõ. 44. & aliud est quod intelligit de pri mo motore, motor Saturni, & cætera, quæ sequunt, sicut ẽt in numeris, numerus prior nõ est cã in propria forma posterioris, sic prima intelli-

D

E gẽtia causata nõ est cã sequẽtis, & posterioris in perfectione. oẽs. n. sunt a prima tanquã a cã, nõ tãquã ab agẽ te causante per verã actionẽ q̃ fit extrahẽdo aliquid de põa ad actũ, quia hæc actio est agẽtiũ superficierum⁹, i. agentiũ corporaliũ, q̃ agunt p contactũ, sed talis actio est ĩmaterialis, & est eo modo quo intellectũ est cã intelligẽtis. & iste fuit error Auic. quia credidit intelligentiã primę in nobilitate propinquiorẽ esse cãm posterioris, & nõ vidit ꝙ oẽs sunt ĩmediate a prima tanquã a cã, licet nõ inæ-

F quali pfectione causant. & hoc voluit Auer. iudicio meo occulte dicere in eadẽ dispu. 3. in solo. 25. dubij. vbi final'r cõcludit ꝙ si vera est propositio dicẽs, ꝙ ab vno nõ prouenit nisi vnũ, ẽt erit vera propõ dicens, ꝙ ab vno pcedit pluralitas. nam dicit hoc declaratũ fuisse in fine 11. met. & est locus allegatus in 11. Auer. sup 12. Arist. ĩ tex. cõ. 44. & aĩaduerte ꝙ cã intrinseca illi⁹ multitudinis inuẽtæ in intelligentiis, est ex suis rõnib⁹ intrinsecis. & pp naturã põæ inuẽtę i eis, vt dicit Cõ. in 3. de aĩa in cõ. 5. in solutione

G solutione tertiæ.q. & in cō. 14. licet causa efficiens, & finalis sit primum principiū. & ita cessat ratio Aui.dicē tis, ꝙ si oēs immediate procederent a prima, tunc cum illa sit vna simpliciter, nulla esset rō distinctionis ī eis, īmo ratio distinctionis in eis est ex rōnibus intrinsecis earū. quia.n.intelligentia Saturni est talis, & intelligētia Iouis talis, ideo hæc nō est illa, licet oīum eadē sit causa. & pōt dari exēplum in re difficili de sole. sol.n. est lucidus per essentiam. & illuminat oīa in instanti.2.de aīa.tex.cōm.

H 70.tam cœlestia corpora q̄ elēnta, tñ lux ista non æqualiter participatur ab istis, & a sole: quia sol ex se lucet, & differēter ēt est in stellis, & in ipsis elemētis, quia nobiliori mō sunt lucidæ stellæ q̄ sint elemēta, quia sunt nobilioris naturæ, & differenter lux ista reperitur in elemētis, quia nobiliori modo participatur ab igne, qui est formalissimū inter omnia, licet non luceat nobis in propria sphæra propter suam maximā raritatem, vt dicit Cōmen.in 4. cœli & mundi in cō.32.& nobiliori modo est in aere, q̄ in aqua, & in aqua q̄ in terra, pro-

I pter eandem rationem. vnde sic considera de sole intelligibili, qui Deus est, ꝙ illæ est qui omnem lucē producit intelligentiarū ſm ꝙ natura earū requirit. & sic dici pōt, ꝙ licet de⁹ in se cōsiderat⁹ sit maxime simplex, & maxime vnus, tñ in virtute est plures, quia pōt plura producere. Vnde ſm istum intellectum dixit Cōmē. in lib. destruct.in disp.3.in solo.17. dubij, quod potest dici ꝙ nō est summe vnus nisi alio modo probetur. & Alber. magnus in coæuis coæuo. 4. q.qua quærit an angeli distinguant numero vel spe inquit, ꝙ licet Deus in se sit simpliciter vnus, tñ inquan- K tum creans est quodammodo plures inquantum habet in se, & præbet multas ideatorum ideas. nā alia ratione conditus est homo. & alia ratione cōditus est equ⁹, vt inquit beatus Aug.in lib.83. qōnum. q. 46 & tunc proposita propositio aliā glossam recipit, sicut vides ꝙ a simpliciter vno quo ad essentiam, & quo ad virtutem non potest nisi vnum prouenire, sed ab vno simpliciter quantum ad essentiam, multiplici autem quo ad potentiam, & virtutem, possunt immediate plura prouenire. L

PROPOSITIO XIIII.

In omni genere est unum primum quod est metrum, & mensura omnium existētiū in illo genere.

PRopositio vulgata & ab oībus passim allegata extrahit̄ ex mente Philosophi.in.10.meta.in tex.cō. 7. vbi datur exemplum ī coloribus, ex quo ēt colligitur ex mente Philosophi, ꝙ in genere entium est inuenire vnum primum, penes quod tanquam penes mēsuram oīa entia possunt mensurari in entitate, & perfe- M ctione, & illud est primum principiū quod est forma liberata ab oī materia, & ab omni imperfectione, sicut bene notat ibi Cō.in cō. Ex hoc colligē ꝙ prima mensura ad cognoscendum perfectiones rerum est per cōparationem ad summum, vnde male opinati sunt, rerum perfectionem attēdi penes multitudinem, aut paucitatem. Vnde lucidissimus Themist. Themist. inquit in 3. de aīa, perfectio rerum non numero aut multitudine corrogatur, sed pondere. vbi etiā dicit capite

A pite. 45. ꝙ qui non plura intelligit pluris est, sed qui meliora, & nobiliora. Vnde intellectus agens non intelligit, vt inquit, priuationes, nec aliquid eorum quæ sunt hic, vt asserit etiam Cõmen. 3. de aīa. cõ. 19. & tñ est longe præstantior intellectu possibili agens n. semper existimabitur nobilius passo, vt ait Aristo. ibidem. Amplius sm Philosophum intellectus primi principij tñ vnum intelligit, tñ in nobilitate, & pfectione excedit oēm intellectũ, cum sit ens simpliciter perfectũ 5. meta. cõ. 21. Nõ etiam attēditur rerũ perfectio prin-
B cipaliter penes duratione, alioquin elmta, & mineralia essent perfectiora plantis, & animalibus, contra Philosophum in 1. de generatione animalium cap. 1. & contra beatum Aug. in. 1. de trinitate, viuentia non viuētibus, intelligentia non intelligentibus, beata miseris præferenda iudicamus. tunc etiam materia esset perfectior forma, quia illa est permanentior cum sit æterna. Forma autē corruptibilis est, cuius tñ oppositũ hēt Aris. 7. & 8 primæ philosophiæ vtrobiq;. tex. cõ. 7. licet. n. perfectum ratione, natura, & tempore sit prius im
C perfecto, & incorruptibile corruptibili, vt asserit Arist. in. 8. physicæ auscultationis tex. cõ. 75. non tñ quodlibet æternum perfectius est ipso corruptibili. hoc. n. fuit causa erroris antiquorum in opinando materiã esse solam substantiam, & naturã, vt habetur in secundo de physico auditu. in tex. cõ. 10. & in. 8. primæ philosophiæ. in tex. cõ. 8. contingeret etiam hominem non esse perfectissimum animalium cõtra sniam Arist. in. 2. lib. de part. anim. c. 10. vbi hēt, ꝙ solus hõ ex aīalibus nobis cognitis diuinitatis particeps est, aut oīum maxime, nã vita hoīs naturalis non est nisi vsq; ad. 70. annos, si vera est opinio medicorum, ꝙ tempus iuuentutis sit vsq; ad 35. annos, & tps, profectus, & iuuentutis est equale tempori D
defectus & senii, & magister dixit (videlicet Arist.) ꝙ vita est media inter 70. annos, & 90. vt recitat Cõ. in. 2. de gener. & corrup. in tex. cõ. 58. attamen elephas, vt scribit Aris. in lib. 8. de nã anim. cõ. 8. sm aliquos 200. annos, sm vero alios 300, viuere perhibetur. Nec perfectio entium attēditur circa multitudinē indiuiduorũ in eadē specie. nam ĩ mineralib⁹, & lapidibus videm⁹ plerũq; rariora E
esse in nobilioribus naturis quàm in vilioribus.

Et longe plres sunt fœminæ q̃ mares, vt d. Cõ. 7. met. cõ. 31. silr etiã in aīalibus, & plãtis: lõge plures. n. sunt lapilli ĩ littore maris, q̃ hyacinti, aut topazii. & lõge plures sunt ficus, aut nuces, q̃ pini cupress⁹, & palmę. Nec perfectio entium principaliter attenditur penes localem distantiam, nã licet verũ sit ꝙ nobiliori enti debetur nobilior locus. vnde Arist. 1. cœ. & mundi. tex. cõ. 22. inquit, omnes gentes, & græci, & barbari, eũ qui sursum est locus, Deo attribuũt, vtpote ĩmortale ĩmortali coaptatũ sit, ĩpossē enim, aliter. Tñ nõ est ista prima rõ, ex qua rerũ pfectio venat, alioquin pisces q deguntin aqua, & aues in aere, essent hoībus pfectiores. Amplius aũt contingeret terrã sursum locatã nobiliorē euadere igne deorsũ exñte. Vnde ēt beatus Dion. in lib. cœlestis hierarchiæ, & ēt in suis epistolis expresse testatur, ꝙ beatæ mētes in sua perfectione non mensurantur penes localem distãtiam. Si. n. angelus supremi

ADDI. F Dionysius de cœlesti hierar.

G premi ordinis locaretur in loco infimi ordinis, & angelus infimi in ordine supremo, adhuc angelus istę sic sursum locatus esset distãtior in perfectione. Et beatus Grego. inquit. ꝙ diabolus vbicunq; fuerit, sẽp in inferno est. vñ licet Cõmen. 12. meta. cõ. 44. contra Ptolemæũ ponat ordinẽ ĩ intelligentiis, & orbibus vniformiter attendi in nobilitate, & ignobilitate. ista tñ non est prima ratio, sed est a signo non per causam. non enim ignis est terra nobilior, quia locus ignis est nobilior loco terræ, sed quia ignis est terra nobilior. ideo
H natura tribuit ignem esse in nobiliori loco, quandoquidem natura rerũ nobiliorũ maiorem gerit solicitudinem. Non etiam eadem rõne perfectio rerũ principaliter ex operationibus potest venari, quia operationes sũt signa operãtiũ causarũ. Nec ex multitudine, aut paucitate actionũ simplr, & absolute vnũ ens alio perfectius iudicari põt, licet. n. in caducis, & mortalibus, ꝙ plres actiones hñt perfectius sit, & quod pauciores est imperfectius. Vnde testãtur hoc elementa q̃ sunt imperfectissima omniũ, & hñt pauciores actiones q̃ mi-
I neralia, & mineralia pauciora vegetantibus, & vegetantia pauciora brutis, & bruta hoĩbus. In æternis tñ fm mentem Auer. in. 2. cœli & mundi. in tex. cõ. 63. oppositũ cõtingit, hoc tñ in istis est signũ non causa, sicut intuenti patet. Dicamus igitur ꝙ prima mensura entium in entitate, & perfectione inquantum entia sunt, & inquantum perfecta sunt, est primum ĩ entitate, & perfectione quod est Deus gloriosus, qui est prima cã entitatis, & veritatis, & oĩs perfectionis 2. primæ philosophiæ. tex. cõ. 4.

Propõ ꝓpria.

vnũquodq; est maxime tale pp qđ K aliis inest vniuocatio, & ideo penes accessum, & recessum ad primum rerum perfectiones, a priori venantur. vnde. 4. primæ philosophiæ tex. cõ. 18. illud ẽ verius quod est primo vero propinquius. & 1. cę tex. cõ. 100. »
a primo quidem principio cõicatũ ẽ »
esse, & viuere oĩbus, iis quidem clarius, ijs vero obscurius. &. 2. cœli, sẽ »
per id melius quod est optimo propinquius. & Cõmẽt. in cõ. 64. inquit »
distantiæ entium sunt valde diuersę in hoc. & ꝓ hoc facit authoritas eiusdem. 12. meta. tex. cõ. 44. Amplius in prædicamentis docuit substantias L secundas, quæ sunt species, magis dici substãtias per appropinquare primis magis, quæ sunt maxime substãtiæ. Amplius. 10. ethico. c. 4 fm vnũquodq; optima est operatio optime dispositi, ad potentissimũ eorũ, quæ sunt sub ipsa, hoc est, circa optimum obiectũ talis operatiõis. Amplius. 1. posterio docuit p cõparationem ad prima principia, quæ sunt prima in certitudine, & cognitione venari ꝑstantiã demõnrõnũ in sciẽtiis. nã q̃ procedunt ex proximioribus primis prĩcipiis sunt maioris certitudinis, & nobilitatis. & 1. phy. auscul. tex. cõ. 54. M ꝓponit opĩonem antiquorũ qui posuerunt pro principio materiali aliquod medium, opinionibus illorũ qui posuerunt vnũ ex extremis elñtis: & opinionem eorũ qui posuerũt aerem, ꝓponit opinioni eorũ qui posuerunt aquam. & cã, vt inquit ibi Cõmen. non est nisi quia tales comparationes fiunt ad verum subiectũ, quod est prima materia, quæ oĩno latet pp eã esse ens in potentia. nam qualitates, & contrarietates sunt minus sensibiles in medijs, q̃ in extremis,

A mis,& qualitates aeris sunt min' sensibiles qualitatibus ipsius aquæ. Amplius in 6.ethi.cap.1.hoc præcipit.inquit.n.in oībus dictis habitibus quẽ
" admodū & in aliis est quoddam si-
" gnum ad quod inspiciens rationem
" habens intendit,& remittit.

ADDI. Amplius pro hoc facit authoritas Philosophi,& Auer.7.physi. tex. cō. 17.de pulchritudine & fortitudine. Amplius attestantur veritati propositæ propositionis oēs medici, qui ponunt corpus tēperatū esse metrū, & mēsurā respectu oīum aliorū. vñ Gale.in.2. paruæ artis asserit, ꝙ est sicut statua Polycleti. Aduerte tñ ꝙ B hoc intelligitur in bonis quod p accessum, ad summū dēt fieri cōparatio. Fallit autem in malis, quia non datur summū malū, sicut quidā opinati sunt, qui posuerunt vnum Deū boni,& aliū mali. non .n. datur malū simpl'r, vt probat Aris.in.4.meta, & Diony.in lib.de diuinis noībus in cap.4.sed in talibus magis, & minus attēdūtur penes distantiam a bono simpl'r, vt illud magis malū dicatur, ꝙ a summo bono magis remouet.

Nō datur malū simpliciter.

Aduerte tñ ꝙ cōparatio entiū in perfectiōe,& entitate dupl'r fieri potest. Vno mō sub rōnibus trāscendētibus, videlicet inquātum entia sūt, & inquantum substantię sunt,& isto modo fit per cōparationē,ad primū ens simpl'r, quod est primū in gñe entium inquantum entia, & tale est deus sublimis qui est prima forma, & primus finis entium inquantum entia,& hoc est ꝙ largitur nobis prima philosophia, & iste est finis vltimus quē promittit nobis illa scīa, vt asserit Cōmen.& Alex. in plerisq; locis.præsertim.12.met.cō.5.& 6.& ĩ suo prologo sup illo lib.& in 7.met. in cō.5.& 9. Alio mō cōparationes entium possunt attēdi fm speciales cōsiderationes, & tunc fiunt p cōparationē ad primum in tali gñe sic cōsideratorũ, & istę cōsiderationes spectant ad scīas speciales, & ad artifices speciales, & sic veritatem habet propositū Theorema, quod ĩ oī gñe est vnum primum quod est metrum,& mensura oīum in illo genere existētium. Et ex hoc patere pōt, quantum deuiauerint a veritate sophistæ, & calculatores volentes intēsionem, & remissionē in formis attēdi penes recessum a non gradu, & multa alia q̃ lōge intellectum impediunt,& a veritate diuertunt. Sed hic est vna difficultas pp quā quidā conati sunt negare propositā veritatē. nā inquiūt, cū Deus gloriosus sit infiniti vigoris,oēs igr creaturæ æquali distabūt distantia ab ipso, quia finiti ad infinitum nulla est proportio, sicut habet Aris.in 3.phy.&.1.cœli. vbi de infinito pertractar, & istud vr esse vnū de potissimis fundamentis asserentium perfectionē in entibus non attendi penes accessum ad summum, sed penes recessum a non gradu. Sed hoc argumentū nullius est roboris apud Philosophos antiquiores. nam vt scribit Cōmē.in plerisq; locis, finitas vigoris fm philosophos cōtingit formis inquantum foræ, licet finitas durationis cōpetat formis inquantū sunt in materia, vt patet.2.cœli in cō.38.& in cō.70.& in.3.cap.de substantia orbis, tñ ne videamur eorum captiones euitare,& subterfugere, cōcesso (sicut est rei veritas) ꝙ De' gloriosus sit infiniti vigoris, nō pp hoc tollitur quī eē possit metrū,& mēsura oīum entiū sub rōne assignata. Nā licet perfectio Dei in se considerata sit

C Comparatio entiū ĩ perfectiōe & entitate dupliciter fieri potest.

D Cōtra sophistas & calculatores.

E Difficultas.

F Solutio.

G sit formal'r infinita, tñ vt est imitabilis, & participabilis a creaturis nõ est infinita sub tali ratione, quia nulla creatura potest participare perfectionem infinitam sub ratione qua infinita est. sic autem est mensura creaturarum, vt imitabilis est a creaturis, vnde inquit beatus Augu. ꝙ alia ratione conditus est homo, & alia ratione conditus est equus, & ideo vt sic potest habere rationem mensurę omnia mensurantis penes accessum, & recessum ad ipsum, quia non omnia in æquali gradu entitatis, & perfectionis participant, & imitantur diuinam perfectionem sicut supra dictum est. H

Dictũ Aug.

PROPOSITIO XIIII.

Vniuersalia ordine doctrinæ præcedunt particularia.

ARistotelis est propositio, in. 1. physicæ auscultationis. in tex. cõ. 4. & passim allegatur ab omnibus Ordo doctrinæ non est aliquod genus demonstrationis, aut aliqua disciplinæ maneries, sicut quidam suspicantur. tunc. n. via doctrinæ non differret a doctrinæ ordine, contra omnes antiquos expositores, & contra Themistium, Alexan. & Auerr. I qui posuerũt inter illa. 8. capita quæ in principijs librorum apponi solẽt, aliud esse viam doctinæ in scientiis, aliud autem doctrinæ ordinẽ. Via. n. doctrinæ est triplex genus demonstrationis, videlicet demonstratio signi, demonstratio causæ tñ, & demõ causę, & esse. Sed ordo doctrinæ est dispositio illa, quæ est inter scibilia sciẽtia ẽm prius, & posteri⁹, quæ in considerandis attenditur, nã vt inquit Auer. in 5. meta. in cap. de priori, ordo est respectu primi positi, aut intellecti. vnde cũ oĩs scĩa rei habentis causas nõ potest haberi nisi cognitis causis, & proprietatibus cognoscendis per illas causas, cũ vnius, & eiusdem rei contingat plures causas esse, quarum quædã sunt vľiores, quædam minus vľes, quædam vero sunt particulares, & proxime, ita etiã contingit accidentia quædã esse cõmunia, & vniuersalia pluribus, quædam uero appropriata quibusdam. Merito igitur inter ista insurgit difficultas, an incipiendum sit in scientia ab inquisitione causarum remotarum, & maxime vľium in tali genere spectantium, an a cognitione, & inquisitione causarum particularium. & penes hoc attenditur ordo doctrinæ scientificus, & eodem modo est circa demonstranda accidentia de ipsis rebus, sicut in philosophia naturali pulchre dat exempla Auer. in suo prologo super lib. physicæ auscultationis. & Arist. vult in proposito Theoremate, ꝙ ab vľibus ad particularia sit procedendum, cuius tres causas adduxit Auerr. in suo prologo, & etiam 1. phy. tex. cõ. 57. tum quia vľia sunt notiora nobis: tum etiam ne cõtingat reiteratio in M scĩa, tum vt demõnes procedant ex primis, & ĩmediatis, quas etiam causas hinc inde colligit ex mente Arist. hic, & in 1. de partibus anim. & in posterioribus analiticis. Et pp hoc doctrina ordinata, vt inquit ipse 1. ph. cõ. 1. innata est incipere a cognitione causarum primarum rei cognoscendæ perfecte, deinde intendere in cognitionem aliarum causarum remotarum secundum ordinem, donec deueniamus ad causas propinquas existentes in re. Vbi patet ꝙ quantum

Quid sit uia doctrinæ.

Quid ordo doctrinæ.

G L

rum errauerit Conciliator in differentia octaua. & Vgo Senensis in 1. techni, & sequaces eorum volentes Auer. per hoc voluisse scientias ordinarias procedere per demonstrationem propter quid, quæ fit incipiẽdo, & demonstrãdo per causas remotiores, & demum per causas propinquas, non aĩaduertentes demonstrationem per causas remotas non esse de numero demonstrationum propter quid: immo sunt de numero signorum & demonstrationũ quia, vt notat expresse Arist. in 1. poster, quod non aduertit ille bonus Iacob. de Forliuio, dum asserit de mente plusquam Comment. demonstrationem propter quid in via resolutiua incepere, & fieri per causas remotas, cum falsò sibi illud imponat, vt manifestant exempla eius. Nec animaduerterũt Auer. authoritatem eandẽ esse, cum illa Aristo. in qua iubet ab vniuersalibus esse incipiendum, & proficiscendum ad particularia. vbi fm omnes expositores, illud de ordine doctrinę intelligitur fuisse dictũ. Manifestum est aũt ꝙ causæ primæ entium sensibilium in naturali philosophia non inuestigantur per demonstrationem propter quid, sed ꝑ demõstrationẽ signi, sicut est prima materia, & primus motor. Sed quod decepit ipsos fuit, quia non distinxerunt inter ordinem doctrinæ, & viã doctrinæ, vnde falsus est sermo eorum. Nam doctrinæ ordo non est nisi habitudo. & essentialis dependẽtia in scibilibus sciæ, fm prius & posterius, vt considerationi subiiciuntur, & talis est, vt a remotioribus, & vniuersalioribus procedamus, quod in plerisq; locis obseruat Arist. vnde in lib. phy. prius proponuntur considerãdę, & inuestigãdę causę & principia vniuersalium rerum sensibiliũ & cõia accñtia oĩbus, sicut tẽpus, motus, & locus, deinde in sequentibus libris descendi t naturalis, secũdum ordinem ad causas magis particulares. Proposita autem propositio ueritatem habet in vlibus per vniuocationem dictis, fallit aũt in cõibus cõitate analogiæ, quia in talibus ordo doctrinæ incipit a priori analogato sub illo, in quo simplr, & absolute saluatur natura eius: in alio autem fm quid, & secundum respectũ. Quo argumento est processus Aris. in scientia diuina, vbi posita diuisione entis in substantiam, & accidẽs, incipit in septimo metaph. pertractare prius de substantia in qua simpliciter, & absolute, & primo saluatur natura entis, & deinde de accidente in quo saluatur secundum quid, & secundum respectum. Et ita prius occurrit in ordine doctrinæ cognitio substãtiæ, quã cognitio entis, aut accidentis. vnde Arist. in 4. meta. text. cõ. 2. vbi dixerat, ꝙ ens dicitur de entibus, sicut sanũ de sanis, inquit, Palam ergo quia & entia vnius est scię speculari inquantum entia, vbiq; vero propriæ primi est scientia, & ex quo alia pendẽt, & ꝑꝑ quod dñr. ergo si hoc est substantia subarũ oportet principia, & causas habere Philosophũ. Et. 7. primæ philosophię vbi dixerat, ꝙ sũba ẽ simpliciter primũ ens ratione, cognitione, tpe & nã, respectu accñtium, concludit in text. cõ. 5. Quapropter nobis maxime, & primum, & solum, vt est dicere de sic ente speculandum. Et in principio 12. meta. hoc idem asseuerat vbi habet, ꝙ de substantia theoria est, quia substantiarũ principia, & causę quęruntur

Cõtra Cõciliatorẽ, & Vgonẽ Senẽsem, & Iac. de Forliuio.

cõtra Iac. de Forliu.

B

C

Causa erroris.

D

Coarctatio propositionis.

E

F

runtur. & probat ibi p rationes, quare de substantia dicitur esse conside ratio, vt poteris videre in tex. 2. & 3.

Etiam animaduerte, & cōsidera diligenter ꝙ nō inuenies in scīa diuina, quæ est de substātia, & ente Aris. prius determinasse de ente, & demōstrando proprietates de ipso in propria forma, & deinde de substantia, ita ꝙ ex entis cognitiōe deducat nos ad cognitionem substantiæ, sed potius econtra, quia natura entis salua tur in substantia principaliter, & ex eius cognitione deducitur intellect⁹ ad cognitionē entis, & accidentium,

H licet sm̄ rationē p asſiones illę cōpetant substantiæ ratione entis, & ista est opinio ponentium entis analogiam. Et Albertus magnus lōge ante nos istam limitationem posuit di cēs. ꝙ in multipliciter dictis incipiēdum est ab eo quod principalius est, quia cognito eo de quo per prius di citur, natura illius cōmunis redditur manifesta.

Albe. ma.

ADDI. Vide ēt cōtra Alber. Auer. 1. de aīa. cō. 7. & 1. cœli.

Licet Auer. in 2. phy. cō. 3. opposi tū teneat. inquit. n. ꝙ definitio naturæ nō dr̄ vniuoce, nec æquiuoce, sed sm̄ prius & posterius, & in talibus in cipiendū est a cōibus, & veniendum

I ad propria, sicut fecit in definitione motus, & loci. & ad instantiam Alberti, de ente secundum istam viā, dico ꝙ propter eius claritatem despicitur a scientia, & hoc potest esse, vt patet primō poste.

Aristo. de alæ. diffinitionibus.

Opinio ꝓpria.

Mihi tamen videtur ꝙ ista propo sitio famosa, sicut multæ aliæ istius generis veritatem habet vt in pluribus. Nam quandoq; inuenimus op positum obseruasse Aristo. nam. 1. cœli prius determinat ꝙ cœlum nō est generabile neq; corruptibile: deinde aūt gn̄aliter inquirit, vtrum oē ingenerabile sit incorruptibile, vt K manifeste fatet Ari. ibi in tex. com. 109. vbi habet ad quos naturalr̄ qui dē de cęlo dictū est, vl̄iter aūt de om nibus speculabilibus erit, & de hoc manifestum. vbi manifeste fatetur sæpius disputasse in particulari ɔtra Plato. argumēto cęli in particulari, quod non est gener. neq; corrupt. &. deinde I vniuersali. vbi probatur oē æternum a parte ante, esse æternum, a parte post, & econuerso.

ADDI. Et in 3. phy. tex. cō. 45. vsq; ad te. 48. prius. disputat in speciali, contra ponētes aliquod corpus sensibile infinitum extra mundū, & contra po- L nentes vnum ex elementis esse infinitum. deinde vero per rationes cōmunes vtriq; opinioni arguit generaliter, ꝙ vniuersaliter nullum corpus sensibile potest esse infinitum, sicut etiam testatur Arist. & Com. expresse in principio cō. 48. ibidem.

Cā diffic.

Et vt scias quid est quod facit difficultatem in hoc est, quia ordo doctrinæ in scientiis pręsertim, quæ nō procedunt ex notioribus naturæ, & nobis quales sunt mathematicæ, qn̄que attēditur sm̄ naturas scibilium, & qn̄que attenditur penes habiliorem tradendi modum, ut talis scien tia a nobis haberi potest. Et iō ordo scientiæ ex natura scibilium debet a prioribus, & cōmunioribus, & vniuersalioribus proficisci, sed non sem per sic procedit, qn̄ artifex tradēs illā respicit modum quo faciliori, & expeditiori potest tradi per doctrinā nobis. & hoc ego colligo de intētione Philosophi, & Com. Auer. in. 5. meta. tex. cō. 1. vbi inquit principiū doctrinæ nō est semper principium rei, sed vnde quis facillime addiscēs erit aliquando, vbi Commenta. in com.

M Ordo doctrinæ. dupl̄r.

A com. 5. habet ista verba, principiũ doctrinæ in scientiis, est aliud ab eo quod est in rei veritate principium, sicut fecit Arist. in multis libris. Et ex hoc patet quõ tot, & tantæ altercationes inchoatæ post Aris. in principio libri metheororum. Et motæ per Auic. in. 6. nãlium, & per Auer. in lib. metheorotorum. Et per latinos » nostros in lib. de anima, conciliari » possunt in se, licet nõ ad id quod de » facto obseruauit Arist. Auic. enim, & Auer. & Mag. Alb. & diuus Tho. ex latinis, in hoc sunt cõcordes, & multi alii, quod in ordine doctrinæ scīa

Cõciliatio oium opinionum.

B. de vegetabilibus, & plantis debet præordinari lib. de animalibus. Nã procedunt super proposito fundamẽto q̃ vniuersaliora fm ordinem doctrinæ præcedunt minus vniuersalia: anima autem vegetatiua communior est anima sensitiua, & natura prior in mortalibus. Et cum hoc met fundamento processit Arist. in secũdo de anima. 1 tex. com. 34. vbi » inquit, quare primo de alimento, & » generationẽ dicendum est. vegetatiua. n. aīa & aliis inest prima, & maxime communis potentia est animæ, secũdum quam inest viuere omni-

C bus. super q̃bus verbis notat Cõm. » hæc verba. Et innuit, q̃ propter ꝓ- » prietatem, & eius vniuersalitatem » oportet præponi in consideratione. vniuersale. n. est notius apud nos, q̃ proprium, vt dictum est alibi. Et tamen Arist. de facto in princ. lib. metheororum hunc ordinem penes huiusmodi fundamentum consideran do prætermittit. Nam vt inqt Alex. Aphrodiseus in commento illius libri Arist. in illo loco est tanquã arbitet, & tãquam in medio mari philosophiæ constitutus. Nam cum in

ADDI. Aiaduerte hic differentiam

præcedentibus libris de quorum ordine nullus vnquam adhuc dubitauit. s. in libro de principiis, & de motu. videlicet in libris. 8. phy & de cœlo & mũdo, & de generatione, & corruptione pertractauerit sufficiẽter. nũc meteorologica fm ordinem sciẽtiarũ aggreditur, & hic decernit quo velit dirigere intentionem suam, vt ad terminũ nauigationis attingat. Manifestãt autem verba eius quod ipse præordinat librum de animalibus libro de plantis. Inquit. n. pertranseuntes autem de his speculabimur, si quid possumus fm inductũ modum assignare de animalibus, & plãtis, & vniuersaliter, & sigillatim.

D

inter vſe, q. e totũ ptãtium & liter totum integrale, qa vt plurimũ ex toto vſi ad partes ꝓcedimus, sed de toto integra li secus ē, qa cognitio partiũ fm ordinẽ doctrinæ

E

præcedere dēt cognitionẽ totius: ita notabiliter. d. Boe in. 2. editiõe su pra. 1. Peri her. super. 1. cap. Est aũt simplex enunciatio.

Ad rationem aũt Alberti volẽtis scientiam de aīa præcedere scientiã animatorum, quia vnũquodq; cognoscitur per suam formam. respõdetur, verum ē à priori, sed ordo doctrinæ non semper est à priori, fm naturam, sed quandoq; quo ad nos, & composita quo ad nos sunt notiora suis causis, primo physi. tex. cõ. 3. vnde etiam in. 2. physi. tex. com. 80. vbi naturam agere propter formã probat, primo incœpit, ab animalibus, in quibus, vt dicit ē maxime manifestum, & demum à plantis ĩ quibus magis latet, vt ẽt fatetur Cõm. ibi. & hoc etiã fatetur Philosophus expresse ibidem, & Themist. in tex. com. 83. Et in principio libri de sensu, & sensato inquit. quoniam aũtẽ de anima fm seipsam determinatũ ē prius, & de virtute qualibet ex parte ipsius, consequẽs est facere cõsiderationem de aīalibus, & vitam hñtibus omnibus. Et in fine libri de causis lõgitudinis, & breuitatis vitæ expresse inquit. Sed de his, in his quæ de plantis determinabitur, nunc aũt

F

G de alijs aīalibus, dicta ē causa de ma
gnitudine vitæ, & breuitate vitæ, reli
» quum aūt nobis considerare de iu-
A D I. uentute, & senectute, & vita, & mor-
Vide pro te. his enim determinatis finē vtiq;
hoc quæ di habebit de animalibus methodus.
xi de lib. d vbi de facto Ari. vult librum de aīa-
aīa. in. 1. libus precedere librum de plantis.
de partib. aīa. ca. 10 Nam hic ordo doctrinæ attenditur
penes aliam cām, videlicet penes il-
lud, vnde quis facillime potest addi-
scere. Facilior aūt traditu est sciā de
aīalibus, quàm scientia de vegetabi-
libus, & plantis, tam quo ad organa,
q̄ etiam quo ad operationes, & pro-
H prietates, vnde Cōm. in. 2. de aīa in-
quit. & Arist in tex. com. 6. Organa
aūt & plantarum sunt partes, sed pe
nitus simplices, vt foliū fructiferi co-
operimentū, vbi Cōm. Et cum nar-
rauit, ꝙ oē corpus viuum est organi
» cū. & hoc fuit manifestū in anima-
libus, sed latuit in plātis: incepit de-
monstrare quod organa existant in
» plantis. operationes ēt & proprieta-
» tes aīalium sunt magis manifestæ,
» & sensatę, q̄ operationes, & proprie-
» tates plantarum, & plures sunt, quā
in plantis, quia sortita sunt nobilio-
rem formā. & vt inquit Cōmē. in. 2.
I cœli, & mundi in com 63. In rebus
mortalibus quanto aliquid nobili⁹
est, tanto pluribus actionibus conse-
» quitur finem suum, & suam perfe-
» ctionem, secus aūt est in rebus sepa-
» ratis à materia. Et sic etiam fecit in
2. de aīa. vbi de sensibus prius inci-
pit à visu, qui est posterior tactu ſm
naturam. Nā tactus est primus in-
ter oēs, & cōis omnibus aīalibus, sed
visus non est nisi in perfectis tm̄.

3 D I. In primo cœli locuturus de par-
tibus mundi incepit à nobiliori. vn-
de Cōm. 1. cœli, com. 3. idem in tra-
ctatu de infinito ibidē. com. 35. Vn- K
de etiam Io. Grā in. 2. poster. in prin
cipio quærit quare prius determina-
uit Philosophus de q̄onibus compo
sitis, quàm simplicibus. Respondet
ꝙ hoc ideo est, quia voluit respicere
ad nostram cognitionem, nam quo
ad nos composita sunt notiora sim-
plicioribus, & in. 2. de anima Arist.
Est tamen hic difficultas vtrum vni Vtrū vlia
uersalia sint priora natura singula- sint prio-
ribus, & videtur ꝙ non, quia primæ ra nā sin-
substantiæ sunt priores secundis, ꝙ gularib⁹.
sunt vniuersales. Ex aduerso autem
videtur oppositū, quia destructis se-
cundis primæ destruuntur, & nō e- L
contra. Boethius in prædicamentis
ita soluit, primo quidem, quia ī vna
prima substantia non tota nā sim-
pliciter cōtinetur, sed in oībus simul
iunctis. sed hoc non satisfacit, quia
vt dicit Porphyr. in cōmunitatibus,
genus est natura prius speciebus, nā
& si oēs species animalis destruātur,
tamen ratio animalis potest rema-
nere, ita à pari dicam, ꝙ & si omnes
primæ substantiæ auferantur, ta-
men ratio speciei potest intelligi.
secūda solutio eius est, ꝙ primę sub-
stantiæ sunt sensibus proximæ, ideo
sibi prius nomē subæ fuit impositū, M
sed hoc non soluit vtrū dicātur prio
res natura, an posteriores. Ideo ali- Sol. ꝓpria
ter soluo, & est solutio quę elicit' au
thoritate Alexandri, vt recitat Cōm.
12. met. com. 27. ꝙ vniuersalia quo-
ad intellectum sunt priora natura
singularibus, sed in esse singularia
sunt priora, & isto modo Ari. loqui-
tur in prędicamētis dum dixit, abla
tis primis substantiis impossibile est
aliquid aliorū remanere. & illo mo-
do animal vniuersale, aut nihil est,
aut posterius est, primo de anima. 8.

Non

A Non igitur ordo sciẽ semper à communioribus ad particularia proficiscitur, immo variat iste ordo, quãque respiciendo etiam capacitaté addiscentis, sm quẽ facillime potest addiscere. Auic. autem. in. 6. naturaliũ noluit respicere hoc, sed ordinem naturę scibilium, & ita prius incœpit à tactu, & vltimo deuenit ad visum, nã tactus est prior via generationis, & via vtilitatis, licet visus sit prior via perfectionis. Et mirum est de viris istis illustribus, quomodo tñ vim in illa quæstione faciant, fundãtes suas positiones super ppositiones, quæ vniB uersaliter verificari non possunt, vt quod communiora debẽt esse priora, & simpliciora compositis, & forma materia. & per vitam meã multoties viri magni decepti sũt ex hoc quia credunt famosas ppositiones in philosophia, & in scientia diuina semp veras eẽ, cum tñ plures sint veræ sicut frequenter. Nã sicut ea quę à natura sunt, quędam sunt semp, & quędam sunt frequenter: sic ppositiones naturalis, quædam sunt veræ semp, & quædam sunt frequẽter. nã sicut res se habet ad esse sic, & ad veritatem, ex eo. n. quod res est, vel nõ C est, redditur oratio vera, aut falsa. & si bene consideras longe plures sunt propositiones in sciẽtijs de rebus in materia variabili existentibus quæ sunt tales vt plurimum, q̃ illæ quæ sunt semper tales. Cuius argumentum potissimũ est, q demõnes simpliciter dantes cãm, & esse in talibus sunt rarissimę, & ita est de propositionibus medicinę, & in consimilibus sine dubio, & multi ex hoc sunt decepti. Dicamus igitur ad eorum concordiam, q si ordo doctrinæ attenditur penes scibilia, liber de plantis debet præcedere librum de animalibus, vt respexit Auic. quem oẽs ferè latini sequuntur, & Auer. in lib. metheor. Si vero consideretur quò ad faciliorem modum traditionis, oppositum contingit, & hoc obseruauit Aristo. ad hoc, & omnes græci expositores. Concludamus igitur, q ordo doctrinæ non semper à communioribus proficiscitur. & hoc cõsiderans Auic. dixit in principio lib. sexti naturaliũ, placet autem mihi ponere ipsum sextũ in ordine. Et q. voluerit aliter ponere, non prohibeo ipsum. D

Cã erroris multorũ in scijs.

In prædicamentis. in fi. cap. de suba. Cõciliatio oĩum illorum.

PROPOSITIO XV. E

Materia non est quid, nec quale, nec aliud aliorũ, quibus ens est determinatum.

PRopositio ista est Philosophi in septimo primę philosophiæ. in tex. com. 8. & volunt aliqui illã non esse de mente Arist. sed de mente antiquorum, quorum opinionem recitat ibi, volentium solam materiam esse substantiam, & hoc vidẽtur prima facie persuadere, ex epilogo Philosophi in illo tex. inquit enim. Ex his ergo speculantibus accidit substãtiam esse materiam, sed impossibile, etenim separabile, & hoc aliquid inesse videẽ maxime substantiæ, quapropter species, & quod ex ambob substantia videtur esse magis, q̃ materia. Sed ista positio stare non põt. Tũ quia antiqui cõtra quos arguit Philosophus, nõ loquebant de prima mã, quę vere est in potentia ad oĩa prædicamenta, quia illa nõ fuit cognita vsq; ad tempora Platonis, & Arist. vt dicit Cõm. in. 1. physic. immo solus Arist. potuit vere pertingere ad veram materię primæ notitiã, F

Sco. in. 7. suæ meta. q. 5. & Anto. And. q. 7.

Impugnatio.

D ij quia

G quia Plato non distinxit inter materiam & priuationē, vt patet. 1. physi. tex. com. 79. immo vt recitat Arist. ī princ. 2. libri de generatione, & corruptione. tex. com. 2. & patet etiam per longum processum in erroribus primi phy. quòd antiqui loquebant de principio materiali, quæ erat substantia quędam in actu, & erat corpus, licet in illa fuerint diuersificati, quia nonnulli dixerunt illud esse aquam, nonnulli aerem, & sic de alijs. Amplius tex. dicit. Dico autem materiam quæ secundum se nullatenus est, neq; quid, neq; quantitas.

H Consuetudo autem Arist. est vbi habet consimilem modum loquendi quod loquitur ex mente propria, sicut notant in simili expositores grę ci in libro priorum. vbi Arist. inquit. terminum autem voco in quem resoluitur propositio, & super librum de interpretatione de nomine, & de verbo infinito idem notant. Amplius Cōm. in com. dicit illā descriptionem esse de mente Philosophi. nam epilogando secundum expositionem suam Auer. illas rōnes antiquorum vna cum conclusione, quæ sequebatur ex illis. Dicit deinde incępit declarare qualis mā est ista, &

Cap. 1.

I dicit. Et dico materiam, id est intelligo materiam illud quod est exñs per se. i. ens absolutū, iste. n. est modus loquendi Auer. in primo cap. de substātia orbis. dum loquitur de prima materia ponēdo drīam inter ipsam, & suam potentiam. inquit. n. sed posse quo sustētatur hoc subiectum, differt etiam à natura subiecti quod substantiatur per hoc posse in hoc, quod posse dicitur respectu formæ. Hoc autem est subiectum elementum vnum ęternū existentium per se, quorum substantia est in posse. Vult dicere, ꝙ natura materiæ est vna substantia æterna, & per consequens est ens quoddam absolutum in quo fundatur potentia quæ ē relatio. Et breuiter Cōm. dicit. ꝙ materia non est substantia nec accidēs, sed est in potentia ad omnia decem prædicamenta, vt declaratum est in physicis, vbi patet ipsum velle illam declarationem esse de mente Arist. & ita sequitur etiam Albert. cognomento Magnus, & diuus Tho. Amplius Aristo. 10. meta. ex mente propria dixit materiā negatione cognosci, vt patet tex. com. 24. Alij autem

K

L qui volunt concordare illos, qui volunt esse discordes, dicunt, ꝙ ista propositio est de mente Arist. & est etiā de mente Platonis, & dicunt, ꝙ ens sumitur bifariàm. Vno modo vt distinguitur contra nihil. Alio modo pro ente ꝙ diuidit in decē pdicamenta. Et tunc dicunt Arist. dū dixit hic mām non esse quid, neq; quantum manifeste negat ipsā eē ens isto mō quo determinat per decē pdicamenta, vñ isto mō dr non ens, sed sumēdo nō ens, quod est idē quod nihil, sic mā dicitur ens, & isto modo dñt Platonem ēē dixisse materiā esse nō ens, vt distinguit nōn ens cōtra ens, ꝙ diuidit in decē prædicamenta, sed non est non ens, ꝙ est idem quod nihil, immo isto mō materia est ens.

Opin. mo der.

M Sed ista positio nullo pacto stare pt, quia certum est, ꝙ Arist. in. 7. meta. tex. com. 4. & in princ. septimi diuidit ens extra aīam, in decem pdicamenta, proposi. a autem multiplici, seu quadruplici acceptione substantiæ, sūba in quarta significatione diuisit in materiā, & formā, & in substātiam compositam ex materia, & forma,

Impugnatio.

A forma. Manifestum est aũt, q̃ substantia talis est sub ente, quod diuiditur in decem prędicamenta. vt arguatur sic. Materia est substantia, & substantia est ens. ergo materia est ens, per regulã maximam in logica, q̃n alterum dę altero prędicatur, q̃c quid prædicatur de prædicato, prædicutur, & de subiecto. vnde quęrendum est ab istis, an substantia quæ est vnũ de condiuidentibus ens prædicatur de materia, aut non. Si prędicatur, ergo quicquid prædicatur de prædicato, vt supra deducatur. Si di- In pñdis. cap. 3.
B cas non prædicatur talis substantia, sed est alia substantia quæ est inferior ad ens, quod distinguitur contra nihil, & ita oportet etiam dicere de accidente quod erit vnũ accidens quod condiuidit ens cũ tali substantia, quod diuiditur cõtra nihil, & ita erunt duæ diuisiones entis in substãtiam, & accidens. Et ita Arist. fuisset diminutus in prima philosophia. Amplius hoc est cõtra Arist. in principio. 2. de anima, qui diuidit ens in decem prędicamenta. & substantiã; deinde diuidit in materiam, formã; & in substantiam cõpositam ex ma-
C teria, & forma, & Commen. ibi. & lucidissimus Themist. fatentur hoc, & probant, q̃ tã forma, q̃ materia sunt substantiæ, quia substantia nõ fit ex non substantijs. Amplius Arist. 7. meta. tex. com. 8. volens probare diuersitatẽ materiæ ab alijs ostẽdit id per hoc, q̃d omnia alia prędicamenta accidentium dñr de substantia. Substantia aũt dicit de materia. igitur substantia quę est vnum de condiuidentibus ens prędicatur de mã. ergo & ens tale prędicatur. Præterea. Quærendũ est ab istis, cũ omne ens, aut sit reale, aut sit rationis. aut in anima, aut extra aĩam, istud ens, D quod distinguitur contra nihil, q̃d est, aut est extra animam, aut in anima, vel sub aliis verbis, ens reale, vel ens causatum ab opere animę. Si dicas quod ẽ ens reale, tunc sic, ens extra aĩam diuiditur per subam, & accidens, ergo materia isto modo erit ens extra aĩam, & continebitur sub ente quod diuiditur in decẽ prædicamenta. Si autem dicas, q̃ tale ens nõ est aliquid reale, sed rõnis, ergo materia est ens rationis. Et per ꝯsequẽs subiectum transmutationis substãtialis, & pars substantiæ compositæ realis est aliquid ens rationis. Prę- E terea. Arist. reprehendit Platonem in primo physicæ auscultationis. in tex. com. 79. quia non distinxit Plato inter materiam, & priuationem. Et ipse ostendit talem differentiam fm rationem, quia priuatio, vt inq̃t per se non est ens, sed materiam nõ esse secundum accidens. & materia est prope substãtiam aliqualiter priuatio aũt nullatenus. Tunc priuatio est per se non ens, materia non est p̃ se non ens. ergo priuatio distinguit à materia ratione. Tunc arguo sic. q̃n non ens per se dicitur de priuatione in quo sensu sumitur? aut p̃ F eo quod est nihil, aut p̃o eo quod diuiditur contra decem prædicamẽta. si primũ, tunc vera est maior, sed minor erit hoc modo falsa, quia materia non est p accidens non ens, quod distinguit contra nihil. quia est ens per se q̃d diuiditur contra nihil, modo in prędicatis quæ per se dicũtur, vel in primo modo, vel in secundo modo dicendi per se de aliquo, quia quæ per se insunt, necessario insunt opposita illorum prædicatorum nõ possunt inesse nec per se, nec per ac-

G cidēs, sicut si rationale per se dicitur de homine, irrationale nullo pacto, nec per se, nec per accidens dici pōt de illo. Si autem dicas priuationem esse per se nō ens quod distinguitur contra ens, quod diuiditur in decem pdicamenta, hoc est falsum, quia priuatio est non ens per se, vt est idem quod nihil, sed aliud est hoc nō ens, & illud secundum vos, quare. Praeterea. Dato φ maior illo modo vera sit, tunc minor secundum vos est falsa, quia sumendo nō ens, quod opponitur enti, quod diuiditur in decē praedicamenta, materia per se est nō

H ens illo modo, & non per accidens. si autem sumatur non ens alio modo in maiori, & alio mō in minori. tūc argumentū Philosophi erit in quatuor terminis. Amplius idem ē ens extra aīam quod diuiditur per substantiam, & accidēs, & quod diuiditur per potētiam & actum. Et quod diuiditur per vnū, & multa, vt dicit Cōm. in prologo paruo super. 7. primae philosophiae. sed Aris. 12. meta. volēs inuestigare cuiusmodi esse, sit esse materiae, ideo praeposuit diuisionem entis qua diuiditur per potentiam, & actum in omnibus praedica-

I mentis, & ista etiā est opinio Alexā. ibidem. vnde Arist. ibi in tex. cō. 8. proposita diuisione entis quam posuerat in nono de potentia, & actu, ostendit ibi quomodo materia comprehenditur sub altero mēbro illius diuisionis. videlicet, quod est ens in potentia. Sed tale ens, vt diximus diuisum per potentiam, & actum, est ens quod diuiditur per decem praedi

„ camenta, nam vt inquit Cōmen. pri

„ mo de anima. com. 6. actus & poten

„ tia sunt differentiae entis, valde oppo

„ sitae, & circuunt omne praedicamentum. Et confirmatur, quia Arist. K

12. metaph. inquirit per longū processum, an principia decem praedicamentorum sint eadem, vel diuersa? Et tandem concludit, φ sunt eadem proportione, quia actus & potentia sunt in vnoquoq; pdicamento proportionabiliter, & ostendit, φ principia proxima decem praedicamentorum sunt diuersa, principia autē remota sunt eadem, vt patet ibi i tex. com. 22. Talia autē sunt principia pdicamenti substantiae. s. potētia, & actus, sed potentia in praedicamento substātiae reducitur ad materiam, & actus ad formam, vt dicit Cōm. expresse in. 12. meta. in com. 26. igitur sub ente quod diuiditur in decē praedicamenta comprehēditur ipsa materia sm sententiam Aris. vnde non est credendum, de tanto philosopho φ in scientijs speculatiuis, quarum finis ē veritas aliud dixerit, & aliud senserit, quomodo. n. primo physic. tex. com. 79. inquit de Platone. Tan „

gentes igitur, & alij quidam fuerunt „

ipsam. sed non sufficienter. in quo e- „

nim, vel ad quid reprehendit Plato- „

nem, si illa met fuit eius opinio? Confirmatur quia Plotinus in tract quē facit de materia cap. 13. expresse testatur Arist. à Platone in hoc dissentire, & nititur soluere argumenta Aris. contra Platonem, ostendendo materiam nullo modo distingui à priuatione, qui tñ praecipuus fuit inter sectatores Platonis. Sed quid causae fuit, quòd aliqui decepti sunt? est qa cum Arist. fuerit discipulus Platonis, quem. 4. annos audierat, nō possunt suspicari illum potuisse secundum rem contradicere magistro. Et mirabile est de multis illustribus doctoribus, qui volunt cōcordare illos, qui

L (margin beside "actus ad formam") · M (margin beside "facit de materia") · Cā erroris (margin beside "fuit, quòd aliqui")

A qui volunt esse discordes, & Boethi? quandoq; promisit se facturũ hoc. Sed videant isti Ari. 3. cœli, tex. cõ. 101. vbi disputaturus contra Platonem, an mundus sit generatus prætermittit, quod disputatio debet esse remota ab amore, & odio, & Cõment. in com. reddit causam, quia maxima causa diuersitatis est amor, & odiũ, & 3. cœli. tex. com. 61. reddens causam ob quam in pluribus errauerit Plato ĩ naturalibus, inquit, hoc fuisse propter amorẽ magistri, & geometriæ, vnde plerunq; ipsum appellat iuniorem Socratem. Et primo ethi.

Boe. in. 2. editione ĩ lib. de interpretatione.

Solutio.

B ca. 7. inquit, de qõne illa de ideis, qđ illa qõ perardua est, ob amicos, qui ideas introduxerunt. Sed pro defensione veritatis, etiam propria impugnare oportere, præsertim Philosophos magis forsan existimandũ est. Nam cũ ambo sint amici, pium est veritatẽ in honore præferre, & hoc multũ accidit Conciliatori, & medicis, volentibus Arist. cũ Gal. concordare, cum tamen Gal. de composito contra Arist. in illis quęstionibus velit esse discors. Et non est mirum, si hac nostra tempestate sit multitudo errorum in oĩ sciẽtia, quia expo

Cã erroris Conciliatoris.

C sitores faciunt quandam confusionem ex diuersis scientijs, ex quibus non põt prouenire vnus actus, sic damnauit Auer. Auic. quia sermo eius semper inuenitur medius inter Peripateticos, & loquentes. Deus sit dator auxilij in tanta confusione. Reuertamur igitur ad propositũ Theorema, & dicamus materiam ſm se non esse quid. i. quidditatẽ in actu, nec quãtitatem, nec aliquod ex aliis accidentibus, per q̃ diuiditur ipsum ens. bone Deus, quõ hallucinantur ingenia in re notissima? vbi. n. locũ

Opi. propria.

D manifestum habemus, in ipsomet Arist. in quo seipsum declarat, manifestum est. n. de mẽte eius in 1. physicę auscultationis, soluens rõnes antiquorum, negãtium gñonem propter rationem illã, quę famosa erat apud eos quod si generatio eẽt, aut esset ex ente, aut ex non ente: non ex ente, quia ens nõ gñatur, neq; ex nõ ente, quia ex non ente nihil fit, posita prima sol. deinde ponit secũdam in tex. com. 78. inquiens: vnus quidẽ igitur modus hic est, alius aũt, quod contingit eadem dicere secũdũ potentiam & actum, hoc aũt determinatum est in alijs, cum diligẽtia magis, vbi patet quod vult mãm non

E esse ens in actu, quæ est subiectum generationis, nec esse nõ ens per se, & simpliciter, sed est ens mediũ inter actum & purum, nihil videlicet, est ens in potentia, & ideo quando Arist. dicit materiam non esse quid, non intelligitur quod nullo mõ sit substãtia, in quam diuisum est, ens, vna cum accidente, sed intellexit qđ non est substantia in actu, hoc autẽ non est inferre ipsam non ens esse, & negare entis rõnem, quod in decẽ prædicamẽtis determinatum est, sicut isti inferebant. Sed obiicies. nã

Mãm nõ esse quid quõ intelligitur.

F Commen. in primo meta. in cõ. 17. inquit, quod materia non habet aliquam dispositionem, neq; substantialem, neq; accidẽtalem, & per consequens videtur, quod non sit, neq; substantia, neq; accidens. Nisi esset, quod pro tanto dixit illud, quia nullã habet formam in actu de se sibi propriã, neq; etiã priuationem, vt dicit expresse Philosoph? in. 7. met. 1 tex. cõ. 8. quia vt inquit Cõm. si haberet aliquam sibi propriam, nõ esset igit in potentia ad omnẽ formam.

Obiectio.

Solutio.

G Vnde Psellus inquit, mā est res quędam,ac si aliquis dicat immaterialis, quæ non potest sensu, sed tm̄ consideratione,& intelligentia percipi despicatissima rerum,quoniam in formis est,atq; in ordinata essentia,non existens substantia, nō subsistēs,& si daretur à corporibus posse seiungi separariq; id qd est quantum,aut quale,aut respectus,aut habitus, aut regressiones motusve, aut alteratioues,atq; permutationes, oē aliud quodcunq; remaneret, plane posset dici materia. Item vt dicit in lib.de substantia orbis. nullam aliā

ADDI.

H posset recipere nisi illa corrupta, qa non pōt subiectum habere, nisi vnā formam,& ita si esset aliqua forma substantialis coæterna materiæ; oīs transmutatio esset in accidētibus, sicut deducit Commen. 1. physi. in cō men. 63.& 69. Et in lib. de substan. orbis. Sed adhuc remanet alia difficultas,quia si mā dr̄ ens in potentia,ita φ nullum habeat actum, tūc igitur materia nihil esset. Et confirmatur,nam Auer. 3. cęli & mundi, in com. 29. inquit. quod ens in potētia, fundatur in ente in actu. ergo materia prius est aliqua actualitas in se,

Difficultas.

I & deinde fundatur potētia in actualitate eius: Et confirmatur etiam per lucidiss. Themistiū, in 1. physicę auscultationis, vbi expresse testatur, φ materia in sua prima notione cōsiderata est quoddā ens actu. Confirmatur. quia certū est, φ si materia dicitur esse in potētia ad oīa, nō intelligitur quod sit in potentia ad seipsam. nihil.n. potest respectu suimet esse in potentia, vnde prius mā fm nām est actu materia, deinde ē potētia ad alia. Et cōfirmatur, quia certū est, φ mā cum sit ingenerabilis,& incorruptibilis, pręcedit via generationis oēm formam; quō igitur intelligunt Peripatetici dum dicunt mām non eē quid, nec quantū, aut quale, sed esse ens in potentia? Et ptērea in potentia, non est ens nisi fm quid, vt dr̄ in. 9. meta. tex. cō. 7. qā sunt entia in aīa, aut cogitatiua, aut appetitiua: sed ens in aīa est ens diminutū. 6. meta. tex. cō. vlti. & iō si materia est ens in potentia. ergo non est ens, aliter arguendo eēt fallacia fm qd, ad simpliciter,& ita rerum videtur sequi, φ mā sit nō ens. Forte propter ista motiua, Henricus

K

L de Gand.& Scotus, coacti sunt ponere actum entitatiuū, distinctum ab actu formali: vnde Scotus in. 7. met. q. 5.& in. 2. senten. dist. 12. q. 2.& an te ipsum Henr. de Gandauo in quolibetis. videlicet quol. 4. q. 16. in qua quærit vtrum angelus sit cōpositus ex materia & forā. in fine illius quęstionis, expresse habet ista verba. Et quod assumitur quod distinctio, siue differentia, est per actum, vel per formam, qualem non habet aliqua materia, de se. Dicendum, φ licet materia nō habeat de se actum formæ, habet tamen actum suæ essentiæ,& existentiæ. inquantum est ef-

Scot. in. 7. meta. q. 5. & i. 2. sen. d. 12 q. 2. Opi. Heri. quolib. 4. q. 16. & Grego. de Arimi.

M fectus Dei, non existens pure nihil.
» Sed aliquid in sua essentia, & inexi-
» stentia sua differēs à formę existen-
» tia,& ab eius essentia, licet incompo
» sito super actum suæ existentiæ na-
» ta sit recipere actum formę, inquan
» tum forma est actus cōpositi,& ma-
» teriæ in composito, hæc ille. Et Gre gor. de Arimin idem sequitur in secundo sentent. in pręallegata distin. 12. q 2. artic. 3. Dicimus nos, ne sint contentiones de nominibus, si per actum entitatiuum ipsi intelligant gradum

Propria opinio.

A gradum entitatis, vt idem sit dicere aliquid esse in actu entitatiuo, quod est participare entitatem, ita φ tale sit quędam entitas, aut natura. Tūc sine dubio non est negandum materiam esse actum entitatiuum. quia est quędam entitas, & alia entitas, & alia natura, & alia substantia quam forma aut substantia composita ex mā, & talis actus entitatiuus, specialiter dr materia. nam materia, actu est materia, non. n. materia dicitur esse in potentia ad omnia simpliciter, ita φ intelligamus ipsam esse in potentia ad seipsam, nam tunc om-

Distinctio de duplici actu entitatiuo.

B nino nihil eēt mā. igitur, ex sua intrinseca rōne, est mā. sicut forma est forma, & ideo mā non est forma.

ADDI. Hoc cōfirmatur auctoritate Comment. in. 3. de aīa, com. 5. in solutio. q. 3. vbi dicit φ propositio dicens recipiens debet esse denudatum à natura recepti, non intelligitur sic, φ recipiens oīno nihil sit actu, sed respectu eorum quæ recipit. & ita materia prima, ex quo recipit oēs formas, sequitur, φ nō habet de se aliquam primam, propter hoc tamen nō tollitur, quin ipsa materia aliquid sit actu, quia materia est actu materia, li

C cet sit potentia ad alia à se. Sed sic materia actu materia, ens; est in secunda sui notiōe potentia ad alia, puta ad omnem formā, tam substātialem, q̄ accidentalem, ita pulchre declarat lucidissimus Themist. in. 1. physicæ auscultationis, in digressione de potentia, & priuatione materiæ, quia inquit, φ materia in se cōsiderata, est quędam substantia absoluta, & est quoddam ens actu, non intelligas quod habet de se actum existendi, sed est quędam entitas, & quæ entitas materiæ. nam materia

Themist.

est substantia quędam quæ non est D forma, nec habens formam, & sic vt alias declaraui, ista consideratio ptinet ad primū Philosophum. in tali aūt substantia materiæ, insurgit potentia ad omnē formam, & hoc sibi contingit, dum consideratur in scda sui notione, quādo, videlicet comparatur ad alia, & sic intelligunt Peripatetici, dum dicunt materiam esse in potentia ad omnia, videlicet, quia est in potentia ad alia à se, non quia materia sit potentia materia, hoc. n. intellectus non capit, si bene cōsideras. Alius intellectus esse potest, φ per actum entitatiuum intelligam actum existendi, in quo sensu ipsi cā piunt, qa ponūt actū entitatiuū opponi potētiæ obiectiuę, & actū formalē opponi potētię obiectiuæ, nā istę potētię separantur. quia alicubi est potētia obiectiua, vbi non est potentia subiectiua, sicut ī creatione mundi, vbi ante sui creationē erat in potentia obiectiua, & nullū tamē erat subiectum, ex quo fieri posset. Sed quia erat in virtute actiua creatoris, inquātum poterat eē terminus creationis, sic erat in potentia obiectiua. Et etiam distinguuntur istę potētiæ alia ratione, quia potentia subiectiua non multiplicatur ad multiplicationem formarum, sicut obiectiua; F & etiam potentia obiectiua non est subiectum transmutationis, sed terminus, sed potentia subiectiua bene est subiectū transmutationis. & ita oē quod ē extra cām, & intellm, fm istos est in actu entitatiuo, ita qd est idem quod actus existentię, & ita ponunt triplicem actum entitatiuum in composito. videlicet vnum respectu materiæ, alium propriç formæ, alium respectu tertię entitatis, & ista est

Mām eē ī pōa ad omnia quō intellr.

Intells in quo Scot. E pōit actū entitatiuum.

Impugnatio potentiū actū entitatiuū vt Sco. posuit.

G est via istorū sine dubio. Dicamus nos, quod huiusmodi intell's non fuit de mente Peripateticorum, vt alias declaraui. Nam secūdum ipsos quicquid est possibile ex parte agētis, est possibile ex parte passi, vnde ipsi. 9. metaph. in tex. com. 2. diffiniunt potentiam passiuam per actiuam, & actiuam per passiuam, alterum enim sequeretur aliquam potentiam frustrari in natura, quod ipsi multum abhorrent. vnde Aristo. in 2. cœli & mundi. in tex. com. 50. inquit, quod si natura tribuisset astris virtutem respectu motus progressiui, vtique
H tribuisset sibi pedes & organa, quia Deus & natura, nihil frustra faciunt primo cęli & mundi. tex. com. 32. & ideo in quolibet subiecto transmutationis naturalis, est respectus, & ad subiectum, & ad ipsum agens. vnde omnes formæ sunt in potentia passiua materiæ. per respectum ad potentiam actiuā primi motoris. 12. met. com. 18. & secūdum ipsos actus existendi à forma est, quia forma est, per quam est hoc aliquid, & in actu, & quod vere est, actus est, ex. 2. de anima. tex. com. 7. sic itaque materia prima de se non existit, nec existere po-
I test sine forma, & isto modo nullū habet actum, vnde Cōm. 5. physic. com. 8. vbi Arist. ponit differentiam inter generationem, & motū penes subiecta, quia quod generatur non est, sed quod mouetur est. inquit, quod
" in esse primæ materiæ non admisce-
" tur actus omnino. & ideo impossibile est, vt moueatur. & hoc dicit diuinus Boet. in lib. de vnitate & vno, Suasio. quod oē esse ī rebus creatis est a forma, quod ēt Philosophi describentes dixeruntque quod esse est existētia formę in mā. Nec valet respōsio, & glossa istorū, quod intelligitur solū de esse specifico, imo loquitur vīr de actu, & esse existēdi, sicut patet inspicienti verba eius. vīi dicimus nos, quod Deus gloriosus cum sit actus purus, cui nulla est permixta potentia, ideo est per essentiam: vnde vt inquit etiam Damascenus, vē quidem principalius oīum, quę de Deo dn̄r nominum, esse qui est, totum. n. in se comprehen- "
K Impugnatio.
dit eē, velut quoddam pelagus substāntiæ infinitum, & interminatum, sic ēt per oppositam rōnem in nuda essentia materiæ, nulla est actio, vnde actum istum existendi, recipit ex præsentia formæ in ea, & sic intelligitur dictum Auer. in lib. de substā. orbis. vbi habet, quod natura materiæ substātiatur per posse, quia de se nullum habet existere in effectu, sed à forma. vnde licet forma non sit causa, quod materia sit materia, est tamen causa, quod materia sit in effectu. Nam vt inquit Aristo. in. 2. de anima. tex. com. 7. vnū. n. & esse cum multipliciter dicatur, quod proprie est, actus est, vnde Themist. ibidem, & Cōm. à forma est esse, & vnum esse. Amplius in via Peripateticorum non oportet multiplicare entia sine necessitate, si igitur possumus saluare materiam, & substātiam compositam, vnomet esse existētiæ existere, quod acquirūt à forma, cui per essentiam competit existere, materiæ autem, & compositæ substantiæ per participationē, ideo Philosophus bene dixit, quod illud quod vere est, actus est. vnde forma rectius dicitur existentia, quam existens, sicut albedo dicitur albedo, non alba per formam. igitur est in actu materia, & per formā est in actu cōpositum, & sic cōclusit Arist. 7. & 8. meta. vtrobique tex. com. 7. quod forma
L
M

A forma est magis ens, quàm materia, & quàm substantia composita, ex vtrisq;, & ideo non oportet addere aliud proprium existere materiæ ab illo quod habet a forma: Et confirmatur. quia Com. dicit in. 2. de anima com. 7. quod materia non differt a forma in composito, nisi potentia & cõpositũ non est in actu, nisi per formam, & tunc cõpositũ non dr̃ vnũ, nisi quia sua forma est vna, & ideo Com. animaduertẽs ad id quod modo dixi, quod actus existendi quilibet a forma est, intulit in. 2. phy. qđ si materia existeret sine omni for-
B ma, tunc quod non est in actu esset in actu. manifeste autem patet, quod nunquam ista consequentia potest deduci, nisi innitatur huic medio, videlicet quod omnis actus existendi a forma proficiscitur. Vnde mirum est, quomodo aliqui in via Peripateticorum, & præcipue in via Auer. nituntur tenere actũ existentiæ, non semp esse a forma, quia tribuunt primæ materiæ actum entitatiuum, in sensu quo illi Theologi attribuunt, cum hoc sit valde re-
C motum, in doctrina eius, & sui magistri, vnde Arist. 8. meta. tex. com. 15. nullam aliam assignat causam, quare ex materia & forma fiat per se vnum, nisi quia materia est potentia, & forma ẽ actus, & ideo inquit in. 2. de anima. quod non oportet quærere si vnum est anima & corpus, sicut neq; cera & figura, neq; omnino vniuscuiusq; materia, & id cuius est materia, vnum enim & esse, cum multipliciter dicatur, quod vere est, actus est. Et ibidem in principio diuisit substantiã, in materiam & formã, & in substantiã cõpositã, & describendo mãm, inquit. quod materia est quæ sm̃ se quidẽ, non est hoc aliquid: vbi Com. inquit. quod mã non est forma, nec aliquid per se in actu, vt dictum est in. 1. phy. & immorari amplius in hoc, ẽ superfluũ,

Contra ponentes actũ entitatiuũ I uia Aristot. & Com.

Ad auctoritatem igitur Com. in 3. cœli & mundi. in com. 29. dico quod noluit Com. dicere. quod ens in potentia, fundetur in ente in actu, per ens actu intelligẽs actum entitatiuum, eo modo quo ipse exponit videlicet in actu existentiæ, qui sit ipsius materiæ. Sed fundatur in ente in actu existentiæ, ipsius compositi, quia nõ potest materia esse, nisi in cõposito qđ existit per se, per formam, & ista est mens eius, dicit. n. ens in potentia nõ inuenitur nisi in ente in actu, & si separaretur, esset ens. Differentia inter non esse, & esse in potentia, est quia non esse non est in actu ens, neque in aliquo in actu, non distinctũ ab eo, & hoc intendimus, cũ dixim' I hoc loco qđ prima mã, qđ nõ est I actu, & ens est I ente in actu, nõ distincto ab eo, & hæc est intẽtio mei sermonis, qđ est in eo I potẽtia: Et hoc clare et colligitur ex mente Auer. in com. 31. ibidem. vbi oñdit, qũo elemẽtũ æquiuoce dr̃ de primis elñtis, s. de prima mã, & forma, de quibus egit Arist. in lib. phy. & de elñtis, q̃ sunt corpora, quia vt asserit, qñ cõpositũ corrũpitur, nõ existunt in actu, forma. n. corrũpit, & mã induit aliã formã, pro hoc vide clarissime ipsum I. 3. phy. tex. com. 65. vbi inuenies qũo mã semp inuenit in alio, & qũo differt I hoc ab accñtib' & formis & qđ inuenit semp in cõposito qđ est p formã, inuenit semp cũ aliquo. i. cũ forma. Et ad auctor. The. dico, vt supra dixi, qđ mã est quoddam ens actu. isto modo, quia scđm se

D Expõ auctoritatis. Commẽ.
E
F

G se considerata, est quædam entitas. & quædam substantia, & deinde cōpetit sibi potentia, quia fm primam eius notionem, prius natura dicitur esse ens, & substantia, quam quod dicatur esse in potentia ad formam. sed non est in actu existentiæ, quia illum habet in composito, cuius est pars, & hoc ratione formę. Sic igitur propositum Theorema de mente Arist. intelligitur materiam non esse quid, nec accidens, quia non est quiditas, nec quiditatem habens in actu, nec substantialem, nec accidentalem, sed est entitas quædam in potentia, ad omnem formam. similiter esse ens in potentia, nō distrahit intellectum materiæ, quia materia in secunda sui notione, constituitur per potentiam, vt dicit Commen. in libro de substan. orbis, & Themi. in 1. physicorum.

Summa totius propositionis

H

PROPOSITIO 16.

Conueniens fit a conuenienti.

VVlgata est propositio, & habetur in. 7. primæ philosophiæ. tex. com. 28. & glossatur per Auer. 12. meta. in com. 13. vbi per alia residua exponit accidentia, & vult quod in accidentibus veritatem nō I habet, sed in substantiis, & pariformiter dixit iuxta hoc in. 2. cœli, & mundi in com. 42. Sed est instantia de igne, quia ignis generatur a motu. Amplius si in substantiis habet locum, φ simile fit à simili, aut hoc est secundum speciem, & tunc vniuersaliter vera nō est nisi in substantiis genitis ex semine: aut intelligitur à simili, & conuenienti, quantum ad virtutem, & tunc vr̄ videt esse vera in omnibus. Quidam autem in via Auer dicunt ad primū de generatione ignis, quod simile fit à simili. vel quo ad speciem, vel a K simili in gradu prædicamenti. & tūc dicunt quod ignis non generatur a motu dispositiuè, sed generaᵗ a ferro, & lapide, pricipaliter, & quia ista sunt subæ, sic ē silitudo ī gradu pdicamēti substātiæ. Quod si replices, quia ita erit etiam de accidentibus; quia possunt semper dici, quod generantur a simili: dant rationem diuersitatis, quia accidentia non semper ab accidentibus generantur, immo quandoq; generantur a substantia, quæ nō est eiusdem prædicamēti, & ideo est ratio diuersitatis.

Instātia.

Positio modernorum.

Replica ipsorum.

L Sed ista solutio stare non potest, in via Commen. quia. 7. Meta. contrà Auicen. com. 31. inquit. quod idem est agens disponens materiam, & inducens formam, nam inter alia motiua, quæ mouerunt Auicen. in ponendo datorem formarum, fuit illud de motu generante ignem, quia dicebat, quod motus cum sit accidēs non potest generare substantiam, & voluit quod agens materiale solum disponebat materiam, & agens separatum largiebatur formā, sed Auer. ibi obuiet illi, quia tunc sequeretur, quod generatum non esset vnum ens in actu, si aliud est alterans, & aliud generans. M Amplius ista solutio manifeste contradicit Auer. 12. Met. in cō. 18. vbi expresse dicit, qđ ignis generatur ab ipso motu, sicut generatur ab igne, patet autē, quod ab igne non generatur dispositiuè.

Solutio eorundem.

Impugnatio positionis.

Amplius si ferrum, & lapis generant ignem principaliter, aut hoc est in genere causæ materialis, aut hoc ē in genere causæ efficientis. si primū ergo vniuocatio erit penes materiā, non penes agens, quod est contra omnes. Si penes efficiens. Tunc igiᵗ vnius

A vnius effectus numero, erunt duæ efficientes causæ, in eodem genere causæ, æquè primo concurrentes ad eũdem effectum numero, cuius oppositum asserit Arist. 12. meta. in tex. comm. 27. Amplius in genitis ex putri materia, quomodo sm istam glossam locum habet, quod fiant a simili in genere prædicamenti? cum talia generenrur a virtute caloris cęlestis, & stellarum, diffusa in aere, & aqua, vt vult Commen. 12. meta. in commen. 18. Dicamus igitur, ꝙ illud quod mouit Auer. ad ponendum hoc, fuit, quia tenuit nullã speciem in genere substantiæ esse a casu, & ideo dixit illud veritatem habere in substantiis, non autem in accidentibus, vnde tales sunt per se intentæ à natura. nam si quæ substantiæ à casu essent, maxime essent animalia, & plantæ, quæ ex putri materia generantur. & tamen non sunt a casu, quia hñt ordinẽ, & hñt cãs determinatas, ita ꝙ fiunt incertis tpibꝰ determinatis, & ĩ locis determinatis. vñ The. recitat. 1. de aĩa. ca. 24. qđ in Ægypto ex putri mã gñant̃ mures, & in nr̃o cęlo vermes, & locustę.

Positio propria.

B

Amplius habẽt determinatas materias, nam ex cadauere ęqui generãtur vespæ, & ex cadauere bouis, generantur apes. Talia autem non cõpetunt rebus factis a casu, vel a fortuna, vt inquit Com. 12. met. com. 15. & 18. & 8. physico. comm. 46. & 7. metaph. commẽ. 31. & proprer hoc, quia substantiæ sunt entia perfecta, & requirunt determinatas causas, sic in substantiis conueniens fit a conuenienti. Tamen limitat eam Commen. 12. Metaph. com. 18. quod nõ est omnibus modis ista conuenientia, sed oportet, vt ista conuenientia

C

Limitatio ppositionis secundum Cõ.

sit isto modo, vt agens sit tale in potentia, & virtute, quale est effectus in actu. Nam operatio agentis, nihil aliud est, quàm extrahere rem de potentia ad actum, & ideo dixit Commen. 12. Metaph. commẽ. 24 quod primꝰ motor, est omnes formę quo quo modo. Nam in calce com. 18. dixit ꝙ omnes formæ sunt in potentia in prima mã. Et sunt in actu ĩ primo motore. pro quanto igitur in qualibet generatione substantiæ, inter suam causam, & effectum ipsum requiritur determinatum agens, virtute cuius possit extrahi de potentiã ad actum, talis intelligitur esse conuenientia, & similitudo, quæ currit in generatione substantię, inter causam & effectum, & non oportet qđ currat quantum ad omnia, & quod similitudo sit omnibus modis. Nã vt inquit Commen. domus in materia generatione conuenienti, & vniuoca fit a forma domus, existente in anima artificis, & tamen non est omnimoda similitudo, inter formã domus in anima, & domum in materia, quia illa est in potentia, & ista est in actu. Sed in accidentibus propter imperfectionem suæ naturę, nõ sequitur vnum certum agens determinatum, quia talia possunt primo venire ex diuersis causis agentibus, & diuersis modis, & ista est mens Auerr. sine dubio. Si autem velis vlterius inuestigare similitudinẽ quo ad speciem inter generans & genitum, oportet tunc recurrere ad illas tres conditiones positas ab Auerr. in 12. Meta. in com. 24. ex mente Alexan. videlicet quod agens debet esse principale, non instrumẽtum, & qđ sit agens propinquum, & non remotum, & quod sit agens per se, nõ per accidens,

D

E

F

G accidens, & in hoc discrepat Auerr. ab Alexan. vt patet ibi, & clare ponitur alia conditio in cō. 28. 7. meta. in his quæ generantur generatione actuali, idest non cessabili propter generationem muli, vt notat etiā Aris. in tex. Et per hoc patet solutio ad argumentum de igne, nam secundum mentē Auer. formæ elemētales, quia sunt multum propinquæ materiæ, non sunt verè substantiæ, nec vere accidentia, sed mediant inter substātiam & accidens. quia posuit quod intenduntur, & remittuntur sicut accidentia, & sic videntur sapere naturam accidentis, & ideo quando Cō. glossauit propositum Theorema, quod simile fit à simili, & dixit q̃d habet veritatem in substantiis, p sub stantijs intellexit veras substantias, sicut sunt substantię perfectæ, quæ nō recipiunt intensionem, & remissionem, ignis igitur quia est de numero formarum imperfectarum, quæ sunt valde propinquę materiæ, potuit generari tam a motu, quā ēt ab igne. Ad aliud respōdetur, vt supra dictum est, nāq; vl'iter intellecta propositio, hēt locum in substātiis quod conueniens fit a conuenienti, pro quā to non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatum, ex determinato, tamen non oportet quod ista conuenientia sit omnibus modis. Sed si requiris cōuenientiam secundū spēm, inter generās & genitum tunc oportet quod concurrant illæ tres conditiones, positæ ex mente Alexan. 12, meta. in cō 24. Adde etiam, quod vt inquit Arist. 1. de gnatione, & corruptione. tex. cō. 30. generatur aliquid ab aliquo ente in actu, aut homogeneos, aut homoideos. Ignis. n. generatur ab igne qui ē eiusdē speciei, & sic sunt homoidea, sed durum generatur a non duro, puta dum generatur a frigido, talia sunt homogenea, quia semper generans est in actu, & quatenus est in actu, generat, & genitum est in actu, & sic conueniunt in gñe actus, qui est genus ambiguum secundum Peripateticos. & sic dicit ibi litera. Et sic generatio ranæ a sole, licet non sit ab homoideo, est ab homogeneo sub tali ratione generis, multipliciter dicti. Considera ēt, q̃ si propositio locum habet de similitudine quantum ad speciem, fallit in qualitatibus prȩsertim, quia Cō. dicit in septimo meta. in cōmen. 32. aliqua qualitas generarur a sibi simili in specie. Et alia est, cuius generatio sequitur formam mixtionis primarum qualitatum. Fallit illo modo in causa materiali, quia quod generatur, nō generatur ex materia sibi simili in specie, immo requiritur quod materia ex qua aliquid generatur, habeat dispositiones oppositas generando. Et vniuersaliter propositio dicens etiam quod causa & causatum debent esse proportionata, intelligitur quo ad vniuersale, & particulare quo ad per se, & per accidens, quo ad potentiam. & actum, quę sūt diuisiones per modos causarum, vt patet 2. phy. sic enim dicimus quod effectuum vniuersalium causæ sunt vniuersales, & particularium causæ sunt particulares, & effectuū in potentia, causæ sunt in potentia, & effectuum in actu causæ sunt in actu, & effectuum per se, causæ sunt per se. Alber. vero magnus super 12. meta. tract. 1. cap. 8. vult q̃ omne quod fit, fit ab vniuoco, vel formaliter, vel in virtute, & ita dicit etiam in cap. 11. ibidem.

[Margin, left: H — Propō nō hēt veritatē in oibus sed in perfectis. — I — Aliqd generari ab aliquo dupliciter.]

[Margin, right: K — L — M — Alb. mag.]

Propō

A PROPOSITIO XVII.

Calidi est rarefacere, et frigidi est condensare.

PRopositio famosa est, & est de mente Aristo. in 2. de generatione & corruptione. & ĩ quarto metheoro. & est Auerr. in propria forma in septimo physic. in commen. 15. vbi habet densitas & raritas sunt apud rerum qualitates, insequentes calidum & frigidum. Prima pars de calore, intelligitur de calore elementali præsertim in sua natura cõsiderato, fallit autem de calore naturali regulato ab anima, & de calore cœlesti, nam calidum naturale in generatione, & digestione, & in aliis operationibus animæ, calor agit pro ut est concausa, & instrumentum secundo de anima text. commen. 24. contra Empedoclem, & agit vt est ordinatum ad diuersos fines, secundum exigentiam animæ, pro suis actibus exercendis. vnde sic plerunque condensat, sicut dum ex sanguine menstruo generat ossa, & membra solida, similiter digestio quæ ab innato, & naturali calido procedit, quarto meteo. ingrossando procedit calidum etiam elementale, licet per se rarefaciat, per accidens tamen quandoque condensat, sicut consumptis humiditatibus existentibus in poris, videmus quod accidit constipatio, sicut videmus in rebus quæ assantur ab igne, quæ teste Philosopho in 4. metheor. habent interiora humidiora, q̃ elixata, exteriora vero magis sicca, cõclusis enim vt inquit exterioribus poris, non potest segregari intus existens humidum. Sed includitur, cum pori reclusi fuerint,

Limitatio propõnis.

B

C

D & ideo princeps medicorum Gal. in 7. de inge. sanit. cap. 6. vbi tractat de cura malę cõplexionis siccæ sine materia, præcipit ægrum non debere poni in aqua frigidiori temperata, quia latentem frigiditatem in imbecillibus corporibus operatur. Nec etiã in calidiori temperata, quia cogit & stringit poros, & dẽsat. sed aqua dẽt esse eucrata. i. tẽperata, quia illa dilatat. nõ igr, vt vides, caliditas fm oẽm mẽsuram rarefacit, nec quodcunq;. vñ Auic. dicit, q natura sagax est, & distribuit calidũ quod est naturę instrumentũ, & carnẽ quidẽ cõplet per calidum, & humidũ, & ossa per calidũ & siccũ, & cartilaginẽ per mediũ, vnde cũ epsesis, & optesis fiant a natura, gñatio ossium erit per optesim, quæ fit a calido sicco, & ita calidũ inducit duritiẽ, & dẽsitatẽ in hoc casu.

Gal. in 7 de ing. sa. cap. 6.

E

Vnde animaduerte, & considera, quod actio alicuius agentis, dum ipsum fit instrumentum, potest habere operationes specie differentes, ab operationibus quæ sibi competebãt, in ratione principalis agentis. vnde sicut scribit Cõ in 2. de anima. ignis seu calor eius, quatenus igneus est, habet mollificare ferrum, ad faciendum aliquod instrumentum, sed inquantum illa mollificatio progreditur ad certum terminum notum, in vnoquoq; instrumento sic attribuitur virtuti artis, a qua regulatur.

F

Nota etiam hic, q non omne densum est graue, licet frigiditas operetur densitatem, grauitatem, & quietem, nam nubes sunt densæ, & tamẽ sunt leues. Similiter non omne rarum est leue, licet caliditas operetur modum & raritatem, nam lapis diaphanus est grauis, & tñ est rarus, ita dicit Cõmen. in 3. cœli. cõ. 10.

ADDI.

Ani-

G Animaduerte etiam, ꝙ raritas pōt prouenire ab humiditate, sicut patet in conuersione terræ in aquam. Et Auiten. Auic. in prima Fen primi, in capi. de elementis, inquit. quod humidū largitur sicco extensionem. Vide igitur, quomodo raritas cum sit accñs, a pluribus agentibus potest prouenire. quia in accidētibus, vt dixit Auer. superius, locum non habet vniuersaliter, ꝙ omne quod fit, fiat a suo sili.

Scđa pars propositi Theorem. Secunda vero propositio, ꝙ frigiditas condensat, vera est, tamē vt supra declaraui, pōt etiam a calore prouenire, regulato ab agēte, quod agit H Soˀo difficultatis ex incidenti. fm exigētiam finis. & ideo cesset admiratio quorundam, quærentium propter quid mares cum sint fœminis calidiores, nonnulla tamē mēbra in mulieribus sunt latiora, & maiora, q̄ sint in viris, vt mammillæ & Gal. 31. instrumenta vrinæ. Nam audiát Galenum dicentem, ꝙ compositio insequitur complexionem, & rem diuinam. i. virtutem informatiuam, de qua ipse dubitauit, vt inquit Cōmē. in 7. meta. an esset Deus, aut cretura. vnde virtus informatiua, directa ab intelligentia non errante, propter fi I nem largitur vnicuique mēbro accidentia terminata, vt expediunt ipsis membris, in ordine ad actus.

ADDI. Et propter hoc ēt prouenit, ꝙ licet digestio perficiatur calido & humido, virtutes tamen puerorū non digerunt res duras, sicut cōtingit in iuuenibus, quia vt Auic. dicit in prima Fen primi, doc. 6. in summa de virtutibus in cap. 3. de virtutibus naturalibus ministrātibus, non. n. pueris prouenit non posse illud, & iuuenibus posse, propter hoc, sed pp homogeneā, & homogeneæ elongatione, qd. n. ex rebus durum existit, complexioni puerorum non est homogeneum. Condensatio ēt pōtest pro A uenire ab īpulsione. vt inquit Arist. in 1. metheo. ꝙ in Aegypto flantib' ventis etesiis impellentibus aerem & vapores ad Arabicos montes, aer ex tali impulsione constipatūr, & in aquam conuertitur, & hoc etiam apparet experimēto sensato in balneo, in quo uapor eleuatus vsq; ad tectū balnei, a quo repercutitur, videmus tamen ipsum in aquam conuerti, quando enim aer uenerit ad tantam paruitatem, cum qua saluari nequit, necesse est vt corrūpatur, quia L res natura terminum habet, & secūdum qualitatem, & secundum quātitatem.

PROPOSITIO, XVIII.

Remissio fit per admixtionem contrarii.

Famosa est propositio, & colligit ex mente Philosophi in 5. physi. Coarctatio propō nis. tex. cō. 9. & 2. cœli. tex. cō. 37. vera tamen est in habentibus contrarium, nam in contrarietate carentibus, locum non habet, lumen enim intenditur, & remittitur, propter virtutē, M aut debilitatem agentis. In habentibus etiam cōtrarium vniuersaliter, etiam locum nō habet, nam in simplicibus in sua puritate consideratis, vnum elementum in vna qualitate est remissum, respectu alterius. Et videtur esse intentio Arist. in 2. de generatione, & corrup. in tex. cō. 22. & 23. vbi habet, ꝙ ignis est plus clalidi, q̄ sicci, & aer plus humidi, q̄ calidi, tamen caliditas aeris non est remissa propter admixtionem frigiditatis, vt dixit Iaco. de Forliuio, & multi iuniores. nam tunc Arist. non suf- Cōtra Iac. de Forl. & alios. ficienter

A ficienter venatus fuisset.in.2 de generatione & corrupt. ex cõbinationibus quatuor qualitatum primarũ sufficienter numerum quaternariũ elementorum.cùm in quolibet elemento sint fm illos tres qualitates, & nõ duę,sic Philosophus ibi testat. Et Alex.Aphr.in com.suo super lib. 1. metheor.inquit ca.4. Magis quidem frigida est aqua terra, sed non „ mixtura alicuius caliditatis terra,est „ minus frigida, q̃ aqua, & magis sic„ ca quidem est terra,q̃ ignis, sed non „ mixtura alicuius humiditatis ignis, „ est minus sicca q̃ terra. Et aer quidẽ B magis humidus est aqua,sed nõ mi„ xtura alicuius solidi aqua est minus „ humida,q̃ aer: non.n.vtiq; aliquod simplicium corporum esset.hęc ille. Bene verum est,ꝙ elemẽta dum miscent,tunc remittuntur in suis qualitatibus,per actionem inuentam in eis,merito contrarietatis. illa igitur remissio ĩ altera qualitate in elemẽtis,non est per admixtionem aliquã cum cõtraria qualitate,sed insequitur debilitatem virtutis agẽtis. nam propinquitas motui cœli,largitur caliditatem,leuitatem & motum. Et remotio à motu cęli,largitur frigidi C tatem,grauitatem,& quietẽ. 2.cœli, & mundi.com.94. Et ista etiam fuit opinio Auicen.in suo lib. de cęlo & mũdo. cap.vlt.vnde etiam Cõmen. 4.cœli & mundi.com.39.inquit.aeris grauitas, est maior, q̃ leuitas, quia causa leuitatis in eo est calor, & causa grauitatis in eo est humiditas, & omnes cõueniunt in hoc,quod humiditas in eo est maior, q̃ caliditas, cũ vr esse humidior elemẽtis, ex diffinitione humiditatis, vt declaratũ est in lib.Perigeneseos. Arist.etiã.4. metheor.tex.cõ.10.dicit,ꝙ aqua est magis frigida,q̃ aer sit calidus.Et ex D illo loco manifeste patet, de mente Philosophorum,& eius,fuisse quod non oẽs qualitates sunt ĩ summo in elementis. Et istam opinionem imitatur etiam Cõm. in.4.metheor. in com.10.licet alibi contrariam sentire videtur. Et collige ex illa auctoritate grauitatem,& leuitatem,in elementis insequi qualitates primas, quarum duæ sunt actiuæ,& duę passiuæ. Et tũc est difficultas,quia si in simplicibus summa leuitas insequit summam caliditatẽ,sic summa grauitas insequitur summam frigiditatem,sed summa frigiditas,iuxta illã E viam,est ipsius aquę.igitur aqua est grauior terra. cuius oppositum habet Philosophus in lib.1. metheor. Grauissimum autem omnium terra,quę est in medio. Et tunc terra esset magis frigidi,q̃ sicci,contra Arist. in.2.de generatione & corru. in tex. com.23. Nisi esset,quod vt inquit Cõmen.grauitas & leuitas non sunt eiusdẽ rationis in mixtis, & in simplicibus,nec etiam in simplicibus omnibus modis,sunt idem.3.cęli cõ. 9.vnde dici potest,ꝙ licet summa leuitas in simplicibus insequatur summam caliditatem,summa tñ grauitas in simplicibus, insequit summã F siccitatem,& non summã frigiditatem. Et ratio est,quia caliditas,& frigiditas non sunt æqualiter actiuæ, nã formalior est caliditas ipsa frigiditate,& ideo nõ sequitur,si summa caliditas est causa summæ leuitatis, igitur summa frigiditas erit cã summæ grauitatis, licet enim contrarię causæ sint contrariorum effectuum, tamen non oportet quod hoc sit in æqualitate graduum,præsertim vbi contrariæ causæ non sunt æqualis virtu-

Alexã. Aphrod.

Obiectio.

Solutio.

Qualitates primæ non sunt oẽs ĩ summo in elemẽtis.

G virtutis,nec adæquatæ causæ. Dico. igitur summã grauitatem insequi summam terræ siccitatẽ. in aere aũt, qui contrariatur terræ in ambabus qualitatibus, insequit᷑ humiditatẽ.

Dubitatio Sed dices,quid causæ fuit,quod cum grauitas in simplicibus insequat᷑ humiditatem,& siccitatem, cur cũ aer ita sit primo humidi, sicut terra est primo sicci,non potius ista summa grauitas,insequitur humidũ aeris, sicut siccum terræ? Nisi esset,quod

Solutio non sunt cætera paria,tum rõne distantiæ maioris à motu cœli,q̃ largitur grauitatem, tũ quia humiditas

H aeris coniuncta est caliditati, à qua prouenit rarefactio,& in terra est cõ iuncta frigiditati,& ita non sunt cętera paria,si bene consideras.

ADDI. Quod aer sit summè humidus,ostenditur ex definitione humidi, in 2.de generatione,& corrup.tex.c.8. quia est id quod est male terminabile,termino alieno. modo hoc magis competit aeri,q̃ aquæ, vt dicit Ioan. Gram.& ꝙ vnum elementũ primo, vnam sibi qualitatẽ appropriet,vide tex.29. 7.phy.vide etiam in. 4. metheo.in cõ.1.vbi Cõm.scribit,ꝙ siccitas,& humiditas aliter suæ defini-

I tiones verificantur in compositis, & aliter in simplicibus. Ex istis igitur patet,quod grauitas,& leuitas ĩ simplicibus ita se habent,quod grauitas ex diuersis causis potest ꝑuenire,qa quandoq; insequitur humiditatem, & quandoq; siccitatem.in mixtis autem est alia rõ,vt dicit Cõm.in 3.cęli.com.9.& in primo canticæ, com. 13. inqr.quod qualitates primæ aliter attribuuntur elementis, & aliter. aĩalibus,& tempori,& loco,& tũc iuxta istum dicẽdi modum, sicut leuitas in igne insequit᷑ caliditatem, sic grauitas in aqua insequitur frigiditatem. nam oẽs conueniunt in hoc, quod aqua est magis grauis,quã leuis,& quod aqua est magis frigidi,q̃ humidi,vnde inquit Cõm.in.1.cœli & mundi,com 17. quod aqua est magis grauis,quã leuis, quia descendit in duobus elementis.f.igne,& aere,& ascendit in vno tantum,nam si esset in centro mundi, id est in loco naturali terræ,moueretur ad concauitatem aeris. Aduerte igitur,quod in elementis contrarietatem habentibus,in ambabus qualitatibus,sicut ignis & aqua,grauitas & leuitas,insequuntur contrarias causas,videlicet

K

L caliditatem,& frigiditatẽ:in habentibus autem symbolum secus est.nã grauitas in aere,qui symbolum habet cum igne in caliditate, & cum aqua in humiditate, grauitas insequitur humiditatem aeris, in aqua vero frigiditatem,& in terra siccitatem,vt bene demonstrat ratio.& ratio totius est,quia elementa nõ sunt eiusdem rationis inter se,nec cõpositis comparata,vt dicit Cõment.loco, pręallegato.Et ita dicendũ est de leuitate,quia in elementis cõtrarijs in ambabus qualitatibꝰ insequitur. cõ

M trarias causas. nam in igne est leuitas merito caloris,& quia caliditas ẽ. summa in igne, ideo est summa leuitas,in aqua autẽ grauitas insequitur frigiditatem,non humiditatem, qa ad humiditatem sequebatur in. aere. & quia aqua est plus frigida, quã humida, ideo est plus grauis, q̃. leuis. Sed dices,quod aqua sit sum- Dubitatio mè frigida, igitur debuit eẽ summæ grauis. Negatur consequentia. tum quia non sequitur,summa caliditas est causa summæ leuitatis,igit᷑ summa frigiditas est causa summæ gra- Solutio uitatis,

A uitatis,quia frigiditas non est tantæ formalitatis,quãtæ est caliditas, sed solum sequitur,quod summa frigiditas est causa grauitatis. Tum ẽt quia summa leuitas sequitur summam caliditatem,cum tanta distantia,& non absolute,vt dicit Cõmen. in prima disputat.ad xj.& causa grauitatis terræ, est maxima distantia, & ideo minor frigiditas intẽsiue est sufficiens.Tum etiam,quia nõ sunt cætera paria, quia frigiditas aquæ, est iuncta humiditati,quæ habet rarificare aliquo mõ,& ex consequenti impedit summam grauitatem.

B Ideo dicimus grauitatem summam insequi summam siccitatem,sicut illam quæ est in terra,pręsertim cum illa sit associata frigiditati. Sed dices,cum aqua sit grauior aere.igitur aqua est humidior aere. Patet quod consequẽtia nulla est, quia grauitas in aqua non prouenit ab humiditate,sed à frigiditat. Sicut in igne qđ est elementum contrarium, leuitas prouenit à caliditate. Si aũt replicetur,summus effectus ꝓuenit à summa causa,sed leuitas in vltimo, prouenit à caliditate in vltimo, igiť grauiditas in vltimo, proueniet à frigiditate in vltimo, sic.n.cõtrariorum

Dubium. *Solutio.* *Replica.*

C effectuũ erũt contrariæ causæ. Soluitur quod vera est ꝓpositio, quod effectus in vltimo prouenit à causa in vltimo: sed tũc dico,quod in simplicibus grauitas ĩ vltimo,prouenit à distãtia,& siccitate in vltimo q̃ debeť ipsi terræ,vñ Cõm. in. 1. cantic. cant. Auic.inqt terra ẽ siccior igne, & aer est humidior aqua.sic itaq; effectus intẽsus in summo, insequitur summam cãm,vnde qñ causæ contrarię aliquorũ effectuum,non sunt æquę potentes, nec sunt causæ adequatę illorum effectuum contrariorũ,qui sunt intensi in vltimo,nõ oportet quod habeant,vt sic, attribui contrarijs causis sub tali gradu summo,quod sufficit eo modo, quo põt esse.modo grauitas & leuitas in simplicibus,non solum actiuas qualitates insequi possunt verũetiam passiuas,vt vidisti. Et ista vř esse verior opinio,quæ teneri potest in hoc, in via Arist.& Cõm. in varijs, & diuersis locis.& nõ mihi innotuit, nisi in longo tpe,& non sine maximo labore vitæ meæ. Et si obiiciatur contra istã opinionem,per auctoritatem.

Solutio.

D *Dubitatio*

E Cõm.in 3.cœli & mũdi,in com.67. vbi habet quod ignis in actu, habet caliditatem,& siccitatẽ in summo. Possum dupliciter respondere. primo quidem quia arguit ad hoiem. nã Auic.contra quẽ arguit,ibi tenebat,ꝙ ignis habet ambas qualitates in summo,vt est videre in lib. de cœlo ipsius Auic.cap.vltimo.vbi ponit modum generationis ignis,ex motu cœli,vbi expresse ponit calorem, & siccitatem ignis,esse in summo. Et enim ipsemet Cõm.oppositũ tenuit in aliis locis,vt in. 4. metheor. cõ.10.& in cõ.15. super primo cantice cãtic. Auic. vbi habet qđ aer est humidior aqua, sed aqua est potentior ad humectandũ corpora, & ibidem dicit, ꝙ terra est siccior igne.

Solutio. *Auicen.*

F

Et istius opinionis etiã fuit magnus Basilius, ĩ examero,sup primo verbo. & vocauit Deus aridã terrã, vbi reddens rationem illius nomenclaturę,asseruit,qđ siccitas est ꝓprietas terrę.& vult, ꝙ vnũquoq; elmtũ in sua simplicitate cõsideratũ,habet vnã qualitatẽ sibi ꝓpriã,vt terra siccitatẽ,aqua frigiditatem, aer humiditatem, & ignis caliditatem, & hoc

ADDI.

G ratione cognoscitur, quia elementa inexistentia rerum considerata, sunt permixta adinuicē, sed simplicitas eorū, ratione capitur solum. Et ista videtur fuisse sententia Aristo. in. 2. de gñone, & corrup. in tex. com. 22. & 23. vbi Arist. vnicuiq; elemēto videtur attribuere vnam qualitatē in summo, propter naturam iustitię distributiuæ inuentā in entibus. credēdum. n. est, cum elemēta sint de partibus q̄ sunt de integritate vniuersi, quod maximo ordine inuicē connexa sunt, iuxta illud diuini Boethij I tertio de Philosophica cōsolatione.

H Tu numeris elementa ligas. Aut aliter dici pōt, q̄ Auer. vult ibi ponere differentiam inter elementa existentia in suis locis, vbi dicuntur habere esse in actu, vel esse liberum, & vt sunt in mixto, in quo dñr habere esse ligatum, & confusum. nā in mixto sunt refracta, & qualitates eorū sunt ambę remissæ à contrarijs. Sed in proprijs locis, habēt qualitates in summo. i. non remissas p̄ contrariū. noluit aūt dicere propter hoc, quod elmtum habet ambas qualitates in summo, id est in vltimo gradu, quia oppositum dicit in plerisq; locis. Et

Secunda solutio.

I ideo vna vnicuiq; elemento in summo debetur, altera vero est remissa, non tamen est per admixtionē cum contrario. non. n. semp remissio fit p̄ contrarium, vt Alexan. dixit in multis locis, vt scribit Comment. 2. cœli & mundi. com. 15. quod dicit, quia in cœlo est differentia secundū magis & minus in nobilitate, quia vna pars est nobilior alia. nam stella est nobilior pars sui orbis, & p̄pter hoc non sequitur, vt sit cœlum compositū ex contrarijs virtutibus. Quod autem multi decepti sunt in creden

Cā erroris

do oppositum. & quod terra sit summè frigida, propter maximam remotionem cęli, quæ largitur frigiditatem, & grauitatem, & quietem vt dicit Cōm. 2. cœli & mundi. cō. 94. nihil est, quia actus actiuorum fiunt I patiente disposito, & p̄ōr aliquis effectus ex diuersis causis variari, vnde terra non est capax summæ frigiditatis, quia illa fuit præoccupata ab aqua, quæ non potuit habere summā humiditatem, quia illa fuit præoccupata ab aere, qui non potuit habere summā caliditatem, quia ignis pręuenit aerem in hoc, natura. n. est causa ordinis, & tribuit vnicuiq; qđ suum est. Amplius illa distantia nō sufficit, quia est causa priuatiua, & si inueniť locus in quo Arist. & Cōm. asserat terram esse frigidissimam, vt in primo metheor. glossa ad intellectum datum, quia videlicet frigiditas eius non est admixta calori, non tamen in gradu frigiditas terræ est maior frigiditate aquæ. immo aqua est illo modo primum frigidorum, & ista fuit sine dubio mens Arist. & Auer. in. 2. de generatione & corrup. & Alex. Aphrodisiei in com. super libro metheor. Et quod dicit Auic. in hoc non est sufficiens, qui respiciens ad solam distantiam à motu, dixit terram esse frigidissimam, & nō insequitur consequenter Auicen. sua principia. nam ipse tenuit in prima Fen primi, doctrina prima. in capit. de cōplexionibus humorum, quod frigidius quod est in corpore nostro est phlegma, & tamen attribuitur aquæ à prædominio, & melancholia attribuitur terræ à prædominio. Similiter etiam quod dixit D. Thomas ibi, quod ignis est siccior terra, propter caliditatem consumentem, & aduren-

K

ADDI. Nā vnicuique corpi simplici debet vna qualitas sīplex appropriari.

L

Terrā esse frigidissimā quō glossari debet

M

Contra Auic.

Opi. diui Tho.

A & adurentem humiditatem, nā motus cœli, est causa caloris in eo quod potest calefieri, & ideo necesse est, ꝙ in illa materia maxime profundet, quæ semper est iuxta velocissimum motum. vnde hæc est materia ignis, vnde ignis est calidissimum omniū calidorum, vt dicetur. 2. metaphy. & ideo potentior est caliditas ignis ad consumendum humidum, quā terræ frigiditas, & ideo concludit, quòd ignis est siccior terra. Sed cum reuerentia hoc nō mouet, quia caliditas illa ignis, nō est in actu, vt dicit Alexan. & Cōm. ex mente eius in commento allegato super lib. canticæ. & in quarto cœli cōmen. 32. ibi enim est maxima raritas, & non est caliditas illa combustiua. sicut est caliditas istius ignis, qui est in extranea materia, iste enim est, qui est in fine ebullitionis, & feruoris, vt dicit Cōment. in. 2. de generatione & corruptione. in com. 21. vbi expresse inquit. & Alex. dicit quòd hoc nō inuenitur nisi in igne, qui ē hic. ignis autem, qui est hic in vltimo continentis, non est in fine caliditatis, & ebullitionis. Et hoc, vt alias declaraui, intelligitur quātum ad actum C secūdum, quia nō summe calefacit ille ignis propter maximam raritatem, nam vt inquit Cōm. 2. de aīa. com. 97. maxima dimensio quā recipit materia, est raritas cū qua stat forma ignis, tamen bene caliditas illa, quantum ad actum primū in illo igne, est summa in gradu. & ideo Cōm. ibi dicit, & in hoc est quæstio de qua perscrutabimur. Dico igitur, ꝙ illa caliditas ignis, licet sit sufficiens ad consumendum omnē humiditatem, tamen non est sufficiens ad largiēdum summam siccitatem, qa illius nō est capax materia ignis, D sed materia quę stat sub forma terrę, vñ in gradu, terra est siccior igne, licet siccitas ignis nō sit permixtione alicuius humiditatis, facta remissior. vnde imaginari debemus, cœlum & naturam largiri ordine quodam hmōi formas, & qualitates, qa bonum vniuersi consistit in ordine.

Contra. s. Tho.

Qđo caliditas fit summo igne, & qūo non.

Ista in veritate videtur esse principalis causa, quod formę proueniunt ab agente, eo mō quo aptę sunt peruenire, vnde sicut dicunt Medici, & Gal. compositio insequitur complexionem, & rem diuinam, mulier habet instrumenta vrinæ latiora maribus, & vbera maiora, & tamē mas E est calidior fęmina, natura enim cū minori instrumento, potest ſm exigentiam finis producere in materia perfectiorem effectū, & ita quia formæ elementorum sunt diuersę, & requirunt diuersas proprietates emanare à corpore cœlesti, sicut sua natura requirit, & ita qualitates primę non videntur esse causa adæquata grauitatis & leuitatis, & Cōm. in. 3. cœli dicit illam rationē esse à signo, de aere, ꝙ sit grauior, q̄ leuior, quia vidit quod non est causa adæquata in veritate. Et quod dixit etiam do F minus Aegid. Ro. in illa qōne distinguendo de duplici frigiditate inuenta in elementis virtuali. v3. seu cęlesti & elemētari, non vr̄ cum suppor tatione dictum rōnabile in via Peripateticorum, pręsertim ponentium corpa cęlestia agere lumine, & motu, vt declarauit Cōment. egregie in secundo cœli & mundi. in com. 42. tum etiam, quia non oportet multiplicare entia sine necessitate, in via ipsorum, vnde ipsi omnē alteratio nē in substātia in istis inferioribus,

ADDI.

Aegidius.

Cōtra Aegid.

G reducunt ad quatuor primas virtutes, seu qualitates elementorum, vt est videre à Philosopho in 2. de generatione & corru. & in 4. metheor. Et similiter non sufficienter ex combinationibus virtutum istarũ, Philosophus venatus fuisset numerũ quaternarium elementorũ, vnde rationes istorum respicientium ad distantiam cœli, in hac materia videntur peccare per fallaciam consequentis, si bene consideras. Præterea. Etiam sensus tactus de qualitatibus tangibilibus, est verus iudex, & non videmus aliquam differentiam inter frigiditatem,

H quã Aegidius nuncupat cœlestem, & illam quę est elementalis. Sed remanet vna difficultas, contra istam decisionem, quia Arist. in 4. metheor. in tex. cõ. 39. inquit. dñr autem elementorum propriissime, sicci quidẽ terra, humidi vero aquã, & ita videtur, quod aqua erit primũ humidorum. Nisi esset quod Aris. loquitur ibi de istis elementis, vt veniunt ad compositionem mixti. In mixtis enim vniuersaliter residentibus circa medium ista duo elemẽta quãtum ad molẽ dominantur terra & aqua. vnde memorię manda hoc,

Difficultas contra decisionẽ

Solo pria.

Duplex cõsideratio de elẽtis haberi põt.

I quod secus est de elemẽtis in se consideratis, & secus, vt sunt in mixto. Vnde silẽm solutionem dat Cõm. in 4. metheor. in com. 1. de qualitatib⁹ primis, cum tamen dicantur à Philosophis omnes esse actiuæ, & tamẽ ibi dicitur, ꝙ duę sunt actiuę, & duę sunt passiuæ, inquit enim, ꝙ licet quatuor qualitates in se considera-tæ, sint actiuæ, quia sicut calor generat calorem, & frigus generat frigus, „ sic humiditas generat humiditatẽ, „ & siccitas siccitatem, tamen si considerentur in gñone mixti, quia duæ istarum inueniunt̃ dominari & obtinere, duæ vero dominatæ. Vñ Aris. ibi diffiniens mixti generationẽ dixit tex. com. 1. Est autem simplex, & naturalis generatio pmutatio ab his virtutibus, cum habeant rationẽ ex subiecta materia vnicuiq; naturæ, in se igitur aer ẽ humidior aqua, tñ in ordine ad mixtũ, plus operat̃ humidũ aqueum, & siccũ terreum,

K quo ad molẽ. Aut aliter solui põt, ꝙ quo ad sensum aquę humidũ est manifestius, plus. n. humectat aqua, q̃ aer in se, tamen aer est humidior, & ita etiã dicit Cõm. in prędictis locis. Prima tamẽ solutio, est de mente Philosophi, vt patet ipsum inspicienti ibi, quia inquit, ꝙ aqua, & terra materia sunt corporum compositorum. passiuæ autẽ qualitates sunt aquæ humiditas, & terræ siccitas, q̃ ista quo ad molem in mixtis dominantur, præsertim perfectis, & residentibus circa medium. Sic igitur intellexisti, quomodo non est semper vniuersaliter verum, remissionem fieri per admixtionem contrarij, quia non omnia contrarietatem habent. Nec vniuersaliter res habẽs cõtrarium, remittitur per suum contrarium, nisi vbi adinuicem misceantur, & agunt inuicem.

Solo alia.

L

M

PROPOSITIO XIX.

Nullum violentum perpetuum.

VVlgata nimis est propositio, & scribitur in 2. cœli & mundi: in tex. com. 18. Glossant nonnulli istã propositionem, vt Cõciliator in differentia. 14. & sequaces, dummodo cãm non habuerit sempiternã, & hoc addunt propter motum perpetuum ignis circularẽ, & aeris in propria sphæra, & propter fluxum, & refluxum

Glossa Cõciliatoris in differẽtia. 14.

A fluxum maris, & propter mediã aeris regionem, quę perpetua frigidita te affecta est. Similiter etiam ꝓpter terram, quæ contra propriam naturam, detecta est in sui conuexo. Et hoc, vt aiunt, contingit propter stellas quasdam, quæ sunt extra zodiacum ꝓhibentes oceanum, & sunt in polo septentrionali, quæ quidem omnia violẽta sunt & perpetua, quia causam habent sempiternã. Auer. autem in. 3. cœli & mundi in com. 20. & in. 2. methéor. aliter sentire videtur, vult enim hmõi motus in talibus elementis inuẽtos non esse naturales, quandoquidem non sunt à principio intrinseco, quia fieri non potest, vt duo motus naturales vni corpori simplici debeantur. Sed dicit istos motus etiam violentos non esse, cum sint perpetui, & sic imaginatus est dicere, ꝙ tales motus sunt neutri. In consimilem solutionem deuenit beatus Tho. in. 1. cęli & mũdi. in lectione quarta. dicit. n. ꝙ ille motus nõ est naturalis, neq; violentus, sed est quodammõ supra naturam, quia talis motus est ex impressione superioris agentis, puta corporis cœlestis. Et quia aliquis obiicere posset, ꝙ tunc igitur talis motus eẽt violentus, cum sit ab extrinseco motore, ideo subdit ꝙ talis mot⁹ violentus non est, quia talia corpora apta nata sunt moueri, ſm sui naturam à superiore corpore. Sed contra istos viros, nobis occurrit multiplex dubitatio. Primo quidem quia nullibi apud Arist. legimus dari aliquẽ motum simplicem, pręsertim, qui neq; naturalis sit, neq; violentus. nam. 7. de physico auditu, omne quod mouetur, aut mouetur ab ĩtrinseco, aut mouetur ab extrinseco. Si ab intrinseco, patet quod ille motus sit naturalis, quia natura est principiũ motus eius, in quo est per se, & non ſm accidens. Si autem talis motus fuerit ab extrinseco, tũc talis motus est violentus. vnde ibi diuidit spẽs motuum violẽtorum, vt pulsio, vertigo, tractio, vectio, & expulsio, sicut patet tex. com. 10. vnde in motoribus & motis corporeis, de quibus loquı̃ videtur ibi, sequit, ꝙ omne corpus quod ab extrinseco motore mouet, quod tale violenter moueatur. & ita vr sequi, ꝙ si talia corpora à motore extrinseco perpetuo mouẽtur, qđ violenter moueantur. Nec videtur dictum S. Thomæ, salua pace, satisfacere in hoc, dum dicit, ꝙ talia corpora sũt apta nata moueri à supiori corpe. nã quæramus ab ipso, talis aptitudo in eis inuẽta, vt sic moueãtur, aut est ex parte materiæ, aut ex parte formæ, aut est ex parte cõiuncti. non primum, neq; ſm dari posset, quia tunc talis motus esset naturalis, quia eẽt à principio aliquo intrinseco. vñ dicimus, ꝙ elementa naturaliter alterant, licet non habeant principium intrinsecum suæ alterationis actiuũ, vt. d. Themis. & Cõm. in princ. 2. phys. quia tamen habent principiũ intrinsecum passiuũ, ideo natura dicimus talia alterari, nõ violentia. & pręterea sequeretur, vni corpori simplici, duos motus simplices à natura competere. Si aũt talis aptitudo non est ex parte principiorum intrinsecorum, sed est merito cõpositi, tunc ista rectius dicitur potẽtia, quam aptitudo sicut dicimus, quod lapis põt moueri sursum, licet nõ sit aptus illuc moueri. Patet aũt, quod oĩs potentia inuenta in aliquo mobili, si reducat ad actũ ab extrinseco

Margin notes: Auer. opi. — Opin. beati Tho. — Cõtra Auer. & D. Thomã. — B — C — D — E — F

G motore, ad aliquã formam, ad quã ab intrinseco inclinationem nõ habet, dicitur reduci per violẽtiam, vnde etiam motus ferri ad maguetem, simpliciter est violentus, & secundũ quid naturalis dici potest. Amplius cõtra Commen. & diuum Tho. data illa responsione, quod dabilis est motus, qui non est naturalis neque violentus, tunc solueretur ratio Ari. in primo de cœlo & mundo. in tex. com. 76. & 77. & infra, vbi demonstrat quod nõ potest esse alius mundus. Nam vnũ de suppositis, & præcipuis fundamentis illius demõstra-

H tionis est illud, quod omnia ꝙ mouentur, aut natura mouent, aut violentia mouentur. vnde inquit. ꝙ si esset alius mundus, esset alia terra, & tũc illa, aut moueretur ad medium istius mundi naturaliter, aut violenter, & quodcunq; datum fuerit, semper sequitur incouueniens, vt deducit. mõ dicam sibi illam rationẽ procedere ex insufficienti. & per consequẽs peccat ꝑ fallaciam ꝯñtis, quia

Euasio. non assumit oẽs causas veritatis. Nã talis terra põt moueri motu, qui nõ

Impugnatio. est naturalis, neq; violentus, sed motu neutro. vt loquitur Auer. vel mo-

I tu supra naturam, vt loquitur diuus Thomas. Nisi velint dicere illã rationem non demonstrate simpliciter, sed ad hominem, quia procedit ex datis. ꝙ nullus vnquam ex expositorib⁹ dixit, imo illa ratio innuit super principia data, & cõcessa in phi-

Opin. propria. losophia Arist. tam in libris de motu, quam etiam in lib. cæli & mũdi.

Et ideo aliter mihi occurrit dicere in hoc, quod propositio ꝓposita locum habet per se, sed potest contingere oppositum ꝑ accidẽs, vnde nulla causa naturalis per se, producit effectum violenter perpetuo duraturum. Sed si euenit, est per accidens. K vnde quia corpus cęleste per se mouetur motu circulari, cui accidit, inquãtum sic mouetur. quod ignis locetur sub eo, inde prouenit qđ ignis locatus perpetuo mouetur tali motu, vnde etiã ignis ꝑ accidens sic mouetur, quia non ratione sui habet illum motũ, sed quia est sub cęlo locatus, & sic cœlo inquantum circulo mouetur accidit, vt sic quod sub eo sit corpus rectarũ dimensionum locatum sub illo, & ideo glossa Conciliatoris, & aliorum non procedit, qꝛ illi imaginantur aliquam cãm per se intendere aliquod violẽtum perpetuo duraturum, sed hoc nõ est verum. Vnde Arist. ratio in. 2. cœli sic procedit ẜm viam nostram. nam ibi probat, quod neq; cęlum, neq; cœli pars aliqua violenter potest. quiescere, quia tunc non posset esse sempiternus motus. loquitur. n. in his quę sunt per se, non per accidens, quia ꝑ se in omni motu circulari requirit aliquod per se quiescens in medio. Nam multa per accidens intenta à natura perpetuo durant. Nam corruptio perpetuo durat, tamẽ per accidens est intenta à natura, & gene- M ratio per se, ad ea autẽ quę sunt simpliciter violenta non potest esse per se naturæ intẽtio. Natura enim semper rei melioris, quo ad eius fieri potest auttrix est, vt sæpe dixit Aristo. Nã si quid violentũ per se perpetuari posset, tũc aliqua potentia frustra esset in natura, quia si aliqua nã habet appetitũ naturalem ad aliquam formam, qui appetitus nunquã reducetur ad actũ. tunc igitur Deus, & natura frustra illum appetitum indidit illi rei. Cuius oppositum dicũt Philo-

A Philosophi.nā.1.cœli.tex.com.32. Deus & natura nihil frustra faciūt. Pro complemento tñ, & pro excludendis multis obiectionibus, quę fieri possent contra nos. iuxta istā viā, aduerte, ꝙ talia elemēta, licet in propriis sphęris per accidens violenter moueantur, tamen quando sunt extra sua propria loca, mouentur suo motu naturali, qui rectus est.

ADDI. Vbi aduerte, ꝙ sicut aīa in aīalib⁹ & plantis, est illa quę dat terminum in motu augmenti non ignis, qa ipse apposito cōbustibili augetur in infinitum, sed in hoc regulatur ab aīa, B ita est in vniuerso, ꝙ Deus gloriosus est forma cōis, & viuersalis, īponens terminum, & legem corporibus cœlestibus, & elementis, quia sunt partes primarię vniuersi, & ideo scriptura dicit, ꝙ sapientia Dei, legem ponebat aquis, ne trāsirent fines suos. Et sic ēt dicimus de terra, ꝙ licet ſm aliquam sui partem, nō sit nāliter locata, quia hoc præcipue est ratione finis & Dei, disponentis propter habitationē, tamen pro maiori sui parte, non caret sua dispōne naturali. Pro hoc faciat auctoritas Cōment. in.2.cœli & mūdi, com.108. vbi ha- C bet, ꝙ omnis res semper, aut pluries inuenitur in sua dispositione nāli, non violenta, & forte ita est de figura terræ, quæ est separabilis à parte, non à toto, sicut est de generatione. vnde Philosophi nullum violētum per se, & simpliciter, & ſm totū negarunt posse perpetuari, tamen ſm qd, & per accidens, illud incōuenit. Nec videatur tibi nouum hoc, quia multæ sunt propositiones per se veræ in sciētia naturali, quę tamen sunt falsæ per accidens, sicut dicit Cōm. in 6.phy.in commen.35.

PROPOSITIO XX. D

Vnum subiectū habere nisi vnam formam, est impossibile.

PRopositio est Auer.i lib.de subā orbis. Ratio est, quia vnius rei ē vnum esse. Nam id quod est vnum, est vnum per suam formam vnicā, quia est vnū per id quod est, sed habet esse per formā suam, quia si non daretur vna forma, non daretur per quod eēt vnum. nisi per aliquod posterius ad suum eē, quod est ipsa materia. ista est probatio Cōm.in.3.de partibus animalium in cap. de corde. Intelligitur autem ꝓpositio de forma substantiali, quia per formā substantialē, res est hoc aliquid, & in actu.2.de anima.tex.com.2. Et ideo qcquid aduenit enti in actu, est accidens. vnde Cōm.1.physi.com.63. & 69. inquit, si materia haberet aliquam formā substantialem sibi ꝓpriam, nullam aliam posset recipere illa remanente, & tota transmutatio esset in accidentibus, & generatio esset alteratio. Sed est instantia in via eius, de elementis quæ ſm ipsum in 3.cęli & mundi, in cō.67. sunt in mixto formaliter. Ad hoc autem dupliciter respōderi potest. primo quidem, ꝙ tales formæ in mixto sunt quasi in esse medio, inter substantiā & accidens, sed propositio allegata. locum habet de formis, quę sunt veræ substantiæ. quæ videlicet, nō intenduntur, nec remittuntur quoad esse substantiale, & cum hac glossa processit Burlęus in primo physic. in expositione tex.cōmen.69. & multi pręclari Auerroistæ post ipsum, vnde formæ elementales, cum secundum Auerro. sint multum imperfectæ, & intendantur, & remittantur, possunt

Rō, & probatio propōnis.

E Limitatio propōnis.

Instātia.

F Solutio.1. & aliud.

G possunt esse in vno, & eadē parte materię. secus autem est de formis cōpletis, & perfectis, & istum modum dicendi, nos etiam imitati sumus in pleris; locis. Nunc tamen occurrit mihi subtilior dicendi modus, & est ꝙ semper vnum subiectum non habet nisi vnam formā. & ad argumentum de mixto, dico ꝙ subiectū receptiuum formæ mixti, quod est vnū, non habet nisi vnam formā. tale autem subiectū non est nisi prima materia informata ꝑ quatuor formas elementales. nam elementa cōcurrunt vt subiectum, & forma sola mixti, concurrit in rationem formæ. & ista est vera mens Auer. in. 3. cœli & mundi. com. 67. si bene aduertis.

Sol. ꝓpria

H

Nam ibi mouet dubium contra se, quō fieri pōt, ꝙ materia habens formas elementarias, possit recipere vlteriorem formā, cum recipiens debeat esse denudatum à natura recepti. Et soluendo dicit, glossando propositionem illā, si subiectum fuerit receptiuum oīum formarum oportet tale subiectum esse denudatū ab omni forma, sicut est prima materia, q̄ ſm sui nām est receptiua omnium formarum, & ideo nullam habet formā de se, sed est in potētia ad oēm formam. Si aūt subiectū non fuerit receptiuum oīum formarum, sed alicuius, non oportet ipsum denudatum eē ab omni forma, sed solum modo à forma, respectu cuius ē in potentia receptiuū, sicut dicimus de organo tactus, quod non oportet ipsum esse denudatum simpliciter à qualitatibus tangibilibus, sed respectu illarum, respectu quarum est in potentia, ideo enim æqualiter calida, & ęqualiter frigida nō sentimus, vt patet. 2. de anima tex. com. 118.

I

Elementa autem, vt inquit, sunt subiectum receptiuum, non oīum formarum simplr, sed respectu mixti, iō non oportet, ꝙ sint denudata simpliciter ab omni forma, sed á forma mixti tantum. in hac igitur solutione concedit elementa esse subiectū mixti, & sic semper vnū subiectum recipit vnam formam. K

Confirmatur, quia natura, vt dicit lucidissimus Them. in. 3. de aīa. ca. 27. semper imperfectioribus vtitur loco materiæ, respectu perfectorum, & semper vtitur perfectioribus loco formarū, respectu imperfectorum, & ideo dicit intellectum agentem eē supremam hominis formā. deforis tamē perficiētem, & dantem esse, & est forma formatum, vt dicit. Et confirmatur, quia certum est, ꝙ mixtū componitur ex quatuor elementis, non tanquā ex partibus ſm quantitatem, sed ſm qualitatē. Non .n. mixta, vt inquit Cōm. in. 2. de generatione & corrup. com. 48. sunt in elementis in potentia sicut partes in continuo, quę sunt in potentia, sicut partes quousq; diuidantur, & fiant partes in actu. Sed differunt, quia istæ sunt partes in quantitate, & illę in qualitate. M

ADDI.

L

Amplius Cōmen. 3. de aīa. com. 36. omnia quorum subiectum est vnum, & quorum vnū est perfectius altero, semper respectus perfectioris ad imperfectius, est respectus formę ad mām, sed formę mixti, & formæ elemētarię est subiectum vnū, quia materia recipit vtrūq; ordine quodam. 12. metaph. com. 11. & 3. cœli. 67. & forma elnti est imperfectior forma mix. i. igitur forma elementi respectu mixti, cōcurrit vt mā, & forma mixti, vt forma respectu eius.

ADDI.

Amplius

A Amplius Cō. 1. phy. cō. 82. ponit conuenientiam & differētiam inter subiectum primum & secūdum. dicēs ꝙ subiectum secūdum, & primū cōueniūt, in hoc, quia ꝙ gn̄atū ex eis inuenit̄ p se, sed differūt quia primū est in pōa pura, & secundū in actu, aut modo medio, & per ꝯns mixtū cūm gn̄etur ex pluribus vno subiecto, ut dicit ibidem primo, & secūdo ex vtrisq; per se gn̄ari dr̄, licet vnum sit remotum, & aliud propinquum. Quod autem moderni dicere voluerūt elemēta in mixto nō cōcurrere I ratione subiecti derisio est, quia dn̄t ꝙ concurrunt vt dispositiones subiecti. nā aperte contradicunt Auer. in solutione prædictę dubitationis. Nā illa solutio manifeste declarat el'nta esse verō subiectum respectu mixti, sicut patet recte ponderāti verba eius. Sed cā erroris eorū fuit, quia Arist. in. 1. de generatione & corru. aperte dicit in tex. cō, 24. generatio, & trāsmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente, vt subiecto modo si el'nta in mixti gn̄atione, vt asserūt, remanerent vt subiectū, tūc quando mixtum corrumpitur, tunc C in tali trāsmutatione remaneret aliquod sensibile, vt subiectum. elementa, enim sunt sensibilia corpora. Sed hoc dictum eorum nullū est. nam mixtio nōn est generatio ibi diffinita, sicut clare testatur Aristo. in fine primi de generatione, & corruptione. in tex. cō. 83. nā mixtio est miscibilium alteratorum vnio, vnde mixtioni non opponitur corruptio, sed dissolutio: generationi uero opposita est corruptio. & hoc etiam expresse testatur Cōmē. in. 2. de generatione, & corruptione in cōm. 48. Vnde æquiuocatio decepit eos. Nam generatio diffinita in lib. de generatione, & corruptione, est alia a generatione diffinita in 4. metheor. vbi dicit̄. est autem simplex & naturalis generatio, permutatio ab his virtutibus, cum habeant rationem ex subiecta materia vnicuiqȝ naturæ, & alia est diffinitio generationis, data in libro de morte, & vita ab Arist. in qua dr̄, gn̄atio est prima participatio animæ, in calido naturali, & vita est eius permāsio. Manifestum est. n. quod diffinitio prima data in libro de generatione, & corrup. competit generationi, in qua vnum fit ex vno, qa ibi agitur principaliter de generatione, & modo generationis elemētoꝝ, sicut bene notauit Ioan. Granim. in princ. illius libri, & sicut est rei ueritas. vnde Arist. librum illū in secundo de anima appellat librum de elementis, vt patet in text. cōmen. 117. vt exponit ibi Com. & Them. in tali autē gn̄atione vnius ex vno fit trāsmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente vt subiecto. Et ratio est, quia vt testatur Cōmentator in plerisque locis, elementa non diuidūtur, nisi in primam materiam, & in formam. vnde Commentator tertio cœli, & mundi commen. 31. inquit quod elementum æquiuoce dicitur de elementis simplicibus, scilicet de prima materia, & fo'a de quibus Aris. egit in physicis, & de el'ntis quæ sunt corpora, quia dum compositum diuiditur, non remanent, sed forma corrumpitur, & materia induit aliam formam. secus autem est de elementis, quæ sunt corpora, quia quando mixtum diuiditur talia remanent. Generatio autem diffinita in quarto metheororum est illa, in qua vnum generatur ex pluribus:

Cōtra modernos. B

Cā erroris

Sol. modi eorum.

D

Aequiuocatio ē in uariis diffinitionibus generatiōis.

E

F

G bus,& illa est idem subiecto cũ mixtione,& in tali est necessarium, qđ aliquid sit sensibile,quod concurrebat in ratione subiecti. Dicas igitur, quod omne corpus,& substantia cõposita,aut est de numero simpliciũ, aut est mixtum. si fuerit simplex,vt sunt quatuor elementa, tunc prima materia dimensionibus interminatis,& qualitatiuis dispositionibus pdisposita,non habet nisi vnam formam,à qua ipsum elementũ fit hoc aliquid,& in actu. si vero fuerit mixtum,tunc subiectum est totum,resultãs ex materia, & quatuor formis
H elementorum ibi refractis, & ibi est vna forma sola,videlicet forma mi-
Difficultas. xti. Sed dubium pulchrũ est de homine in quo est anima cogitatiua, & anima intellectiua,quæ sunt formæ substantiales,perfectę,& sunt distinctæ secundum perfidum Auer.
Solo cõueniens fm aliquos Dicimus nos,quod illi,qui ponũt de mente eius animam intellectiuam, habent maximam difficultatem,dicendò ipsam dare esse formaliter homini,& oporteret istos dicere consequẽter quod totum aggregatum ex elemẽtis,& anima cogitatiua,fit vęre subiectum, & anima intellectiua
I sit sola forma hominis. sic.n.vnum subiectum habebit semper vnã formã,tamen illi habent varias responsiones,& extraneas à mẽte istius hominis,vt alias probaui. Nobis autẽ
Sol. ppria. tenentibus mentem eius fuisse animam intellectiuam eẽ postremam hominis pefectionẽ,sicut nauta nauis,nullum inconueniens cõtingit, nam homo habet esse per vnam formam,quæ est anima. A forma autẽ quæ non est anima, sed intellectus, aut si est,est aliud genus animæ,habet solũ operari. Vnius igitur rei,est forma perficiens,quia est vnũ esse. K

Quod autem anima intellectiua fm Auer. non sit vera forma homini dans esse deducitur, quia nullum corruptibile est vera materia ęterni, glossa est Commen 3.de anima.cõ. 36.licet corruptibile respectu æterni,possit habere respectum,& propositionem naturæ,sed non vere,sic.n. Cõmen.ibi soluit instantiam de intellectu in habitu, & primis propositionibus,& intellectu agente,vt patet intuenti,& in eodem commento dicit,quod postrema forma quæ est in nobis,est composita ex intellectu in habitu, & intellũ agente per quã L creamus intellecta,& intelligimus, ea,& est opinio Alexan. & vt inquit Cõm. etiam est opinio Arist. Et si Dubia. arguatur contra hoc.nam Cõmen. primo physic.cõm. 1.inquit quæcunq; sunt præter primam materiã, & vltimam formam cuiuslibet rerũ naturalium,sunt materiæ compositæ, & formæ compositæ. Amplius primo metaphy. com.17. inquit. ꝙ prima materia non habet aliquam formam in actu,& ex eis quę recipit nullam habet formã omnino, neq; vniuersalem,neq; particularem, sed primo recipit formã vniuersalem, M & postea mediante forma vniuersali,recipit formas alias,vsque ad indiuiduales. Dicimus,ꝙ prima materia,quę est prima in via compositionis,& vltima forma in via compositionis, istæ dicũtur causæ simplices Sol.ad primum. ipsius mixti. elementa autem in mixto remanentia,sunt materiæ compositæ,& formæ compositæ,quia talia non sunt naturæ, sed naturata, ideo nuncupantur per Aueiroem talia materiæ cõpositæ,& formæ compositæ,quia non sunt materia, neq; forma,

A forma, sed sunt materia composita cum forma, & sunt forma composita cum materia. vnde materia prima in se considerata, est materia simplex, & causa simplex, & forma vltima in via cõpositionis, quæ perficit & dat esse, etiam est forma simplex, sed elementa media, q̃ sunt proximum subiectum formæ mixti, sunt materia composita cum forma; & sunt forma composita cum materia, Vnde Commen. 3. cœli cõ
„ men. 29. ens in potentia non inue-
„ nitur nisi in ente actu. 3 physi. com-
„ men. 65. scribit declarando hoc. &
B debes intelligere hic per delatum,
„ non illud qđ dr̃ in subiecto, aut de
„ subiecto, materia enim non dicitur
„ de subiecto, nec ĩ subiecto: sed delatũ accipitur hic, loco eius quod non inuenitur nisi in alio, & hæc est dispositio materiæ, & dispositio accidentium, & formarum, sed accidentia, & formæ differunt a materia in hoc qđ sunt in subiecto, aut de subiecto. materia aũt est ipsum subiectũ. intendebat igit̃ per delatum illud, in quo materia cõuenit cum accñtib⁹, & formis. Et qđ non inuenitur p se, sed in aliquo. s. in composito, & cũ
C aliquo. s. cum forma. & ista est meliore xpõ, quæ dari põt sup illa auctoritate, quicquid dixerit Burlæus Et alij ibi.

ADDI. Sed in expositione mea remanet difficultas, quia propõ Cõ. est v̄lis respectu cuiuslibet rei naturalis, vt dicit, modo expositio saluat dictũ Cõmentato. in mixtis tantum. Respondetur, q̃ sic debet intelligi, q̃ forma simplex in oĩ habente formã. est illa quæ dat esse, & talis in elemẽtis est forma ipsa, vnde in elementis nõ est aliquid p̃ter naturã primã & vltimã formã, quia sunt simplicia, sed mixta inter primã materiã, & vltimam formã, habent materias cõpositas, & formas cõpositas mõ p̃dicto. I saluãdo igitur Auer. sufficit q̃ vltima forma est illa quę perficit. Ad scd̃m dico, q̃ non fuit mens Auer. q̃ formæ multiplicatæ sint realiter in rerũ natura, sicut sunt prædicata quiditatiua, quæ plura sunt, & de vno dñr, vt voluit Ioan. de Ganda. Nam nõ per aliam formã homo est viuẽs, & per aliam est aĩal. vegetatiuum. n. est in sensitiuo, sicut trigonum in tetragono. ex. 2. de ani. in tex. cõ. 31. nec per aliam formam sortes est sortes, & p aliam est homo. Nam vt colligitur ex. 7. ex primæ philosophiæ. text. cõ. 11. quæcunq; per se quiditatiue prędicatur de aliquo, illa sunt eiusdem naturæ, & eiusdem rei, quia non oportet q̃ entia multiplicentur sine necessitate, in via philosophorum, quia natura nihil frustra operatur, sed per eandẽ formã realiter loquẽdo, idem reponitur in genere generalissimo, & in genere subalterno, & proximo, & in specie, tamen forma illa s̃m naturam, quæ non facit saltũ nec progreditur de extremo ad extremum, sine medio & est causa ordinis, prius intelligit̃ coafficere materiam & informare illam, sub gradu abstractiori, quã sub gradu min⁹ abstracto, donec deueniat ad vltimũ gradum cõpletũ, quia ordo naturæ s̃m viã gñonis attenditur isto modo videlicet q̃ imperfectiora in tali ordine, præcedũt p̃fectiora. videmus. n. q̃ natura prius dat viuẽtibus quãtitatẽ impfectã, q̃ p̃fectã. Vñ Arist. 9. primæ philosophiæ. t. c. 15. loquendo de tali ordine dixit, quòd puer est prior viro. & etiã in primo de gene-

D (margin) E (margin) F (margin)

Solo ad secundũ cõtra Ioã. de Ganda.

de generatione animalium dixit, quod homo prius viuit vita plantæ, quàm vita animalis, & prius vita animalis, quàm vita hominis, quia prius videmus ipsum vegetare, quã sentire, sicut in embryonibus, & ĩ pueris sunt magis sensatæ operationes, virtutis vegetabilis, quã operationes virtutis animalis, vnde virtutes naturales ĩ pueris fm medicos sunt multũ potentes. vnde Hipp in. 1. particula separatorum sermonum scribit, qui crescunt, plurimum habent calorẽ innatum. plurimo igitur indigent
H nutrimento. Similiter prius apparẽt opera virtutis sensitiuæ in homine, quàm intelligere quod est opus intellectus, vt clarum est. sic igitur philosophi ex sensatis cognouerunt naturã via generationis procedere ab imperfectioribus ad perfectiora, & quia forma materialis, quãto est vniuersalior, tanto est imperfectior, iõ materia prius dicitur recipere formam sub gradu vniuersaliori, quã sub gradu minus vniuersali, non tñ quod istę formæ in eodem sint realiter distinctæ, sed sunt vnum in re, & nõ distinguũtur nisi ratione, & ista est
I via vera Auer. & Arist. sine dubio, quia ipsi multum abhorrent multitudinem entium & principiorum, vbi paucitas est sufficiens ad saluanda apparentia, sicut patet exercitatis in doctrina eorum. Et Com. 7. metaph tex. commen. 11. inquit, prædicata substantialia adunantur cum subiectis, & adunantur inter se. vnde infert ibi, quod si nouem prædicamẽta accidentium per se, & essentialiter dicerentur de substantia, tunc essent eiusdem naturæ, cum ipsa substantia. idem habet. 7. meta. com. 17. de genere & differentia.

PROPOSITIO XXI.

Omne quod est sensibile, est sensibile per materiam, & omne intelligibile & intelligibile per formam.

Elicitur propositio ista ex mente Philosophi. 1. cœli. text. com. 92. vbi dicit, quod qui dicit cœlum, dicit formam, quæ vt dicit Commen. ibi in com. est subiectum vniuersalitatis. Qui autem dicit cœlum hoc, dicit materiam, quæ est subiectum sensibilitatis, vt colligitur de intentione Commen. 12. meta. com: 14. vbi inquit. materia est illud ad quod innuitur fm sensum. forma enim non comprehenditur secundũ sensum, sed fm suam actionem. & ideo non cõprehenditur nisi ab intellu. L

Caueant qui tenent intelligentiã dare esse orbi formaliter, quia tunc cœlum per idem esset sensibile & intelligibile, quia non est sensibile, nisi inquãtum est in actu, & per te est in actu per intelligentiam, & per illam etiam intelligitur, igitur p idẽ sentitur, & intelligitur. si dicatur sentire inquantum materia cœli est actuata per intelligentiam. Contra, quia sic etiam intelligitur, sic arguit Commen. 3. cœli. com. 28. contra illos, qui dicunt elementum moueri per se passiue, & moueri per se actiue. quia dicunt inquantum est materia elementi informata forma, sic est subiectum motus, quia subiectũ motus est in actu. & mouetur actiue a forma, cõtra inquit ibi Cõ. tũc idẽ est rõ p se motionis passiue, & actiue, si argũm hoc valet p Cõ. ẽt & hoc valet. Amplius Cõ. 1. cœli. 92. dicit cęlum sentiri per materiam, & intelligi ADDI. M Cõtra illos qui tenent intelligentiam dare esse formam orbi.

A telligi per formam, sic enim probat ipsum esse compositum. Sed est instantia manifesta, quia mā fm se est insensibilis, sed si efficitur sensibilis, hoc est per aliud, quia hoc nō habet nisi per formā, per quā est in actu. & iō vr̄ φ id qđ fm se insensibile est, nullius sensibilitatis rō eē vr̄. vnde Arist. in. 2. de partibus animalium. cap 7. dicit, cerebrum nullam habere continuitatem, cum reliquis particulis sentientibus, quia sensu caret. Nisi esset, quod vt scribit Commen. in vlti. cap. de substan. orb. materia habet gradus. multiplex est n. B materia, quædam enim est sensibilium, & quædam intelligibilium, sicut enim scribit Com. 3. de anima. in com. 5, in solutio. 3. q. intellectus possibilis est materia intelligibiliū. materia etiā rerum sensibilium, gradus haber, quia quædā est in potentia ad esse, & quædā est in potentia ad vbi. Sumitur ēt mā apud philosophos, in rebus sensibilibus, pro ꝓprietatibus insequentibus mām, & pro appendiciis materiæ, sicut est quantitas. nā primū de accidentibus receptis in substantia māæ est quātitas, vt. d. Cō. in lib. de subst. or. simr ēt C q̄litates sensibiles māę sensibilis nū cupantur. sensibilitas igitur nō prouenit a materia prima, quæ est ī potentia ad esse, nisi tāquam a causa remota in generabilibus & corruptibilibus. nam talis cum sit ens in pura potētia, de se ignota est, quacūq; cognitione. & sic intelligit dictum Cō. 12. met. com. 14. vbi dicit φ mā est hoc fm φ vr̄. Materia aūt, quæ est in potentia ad vbi, est illa ꝑ quā aliquid cōstituitur in esse mobili. & de hac locutus fuit Arist. in. 2. meta. in tex. commē. 12. vbi scribit oportet imaginari materiam in re mota, & sic orbis cęlestis dicitur materia ī actu, seu subiectum, vt vult Auer. 8. meta. cō. 12. & in. 2. ca. de sub stā. orb. Sumēdo aūt materiā vltimo modo, sic illa est per quam aliquid efficit sensibile, & talia, sunt acciden tia terminata, vt quātitas, & qualitates sensibiles, talia autē sunt tam in rebus habentibus materiam quæ est in potentia ad esse, vt sunt generabilia & corruptibilia, quā etiā in rebus in quibus est materia, quæ est in potentia ad tātum, vt corpora cœlestia. & sic intelligitur rem esse E sensibilem a materia. Sed est pulchrum videre, cur contingit φ ad hoc qđ res sit sensibilis cum duo cōcurrant. nam oportet id quod sensu capi possit sit in actu, vt patet. 9. meta. tex. com. 7. & 20. & ēt requiritur φ tale sit signatum. cum autem primum habeat a forma, quia forma est per quam est hoc aliquid & ī actu. 2. de ani. tex. cō. 2. & 7. esse aūt signatū est a quātitate, q̄ est de cōsequētibus mām, ꝑpquid igr̄ philosophi sensibilitatē simpl'r attribuunt materiæ, & intelligibilitatē simpl'r F formæ attribuerūt? Nisi eēt, φ rō adæquata ipsius intelligibilitatis est ipsa forma, q̄ est quiditas, sicut supra dictum est. Rō aūt formæ cōis, est ī abstractis & sensibilibus. nā formæ liberatæ a materia sunt intellectæ ī actu in rebus ēt sensibilibus, q̄ sunt intellectæ in potentia, forma est tota quiditas, sensibilitas aūt nō inuenit, nisi in rebus corporeis, & inexistētibus in mā. Et hoc, vt mihi videtur, fuit in causa, quare philosophi attribuūt sensibilitatem ipsi materiæ, intelligibilitas autem inre merito attribuitur formæ, qa ipsa ē subiectum

Obiectio.

Solutio.

Mā habet gradus.

Inquisitio subtilis.

Solutio.

G iectum vniuersalitatis, & vle est obiectum intellectus. ideo Arabes, intelligere appellant formare per intellectum. Vnde Cō. 1. cę. & mundi. cō. 92. dixit ꝙ ille est intellectus cuiuslibet formæ, sed si iste duæ causæ adinuicem comparētur. in re quæ sētiē, videlicet materia & forma, vtiq; talis res quātum ad hoc magis depēdet a forma, ꝑ quā est in actu, q̄ a materia ꝑ quā ē in pōa. Aut aliter dici- Solutio. 2. potest, iuxta doctrinā Auer. 12. met. cō. 14. in 2. sua expositione, quæ fuit tertia illarum quæ fuerūt adductæ ꝑ Alex. ꝙ materia quæ est per se sensibilis, est materia propinqua, non re- H mota, sed forma est per se intelligibilis. Forma. n. nō sentitur per se, sed merito suæ operationis, ideo appropriate forma dicitur intelligibilis, & materia sensibilis, & hoc intelligitur de materia propīqua, nō de remota.

PROPOSITIO XXII.

Motus unus ab una natura prouenit, & una natura est principium unius motus.

COlliguntur istæ propositiones ex primo cœli & mundi. in tex. I cō. 7. & 8. declarat in cō. 18. Cōmēt. in 1. cœli de motu vno in specie debere intelligi, inquit. n. motus vnus specie est vnius corporis in specie. Dubium. Sed est dubiū de motu aeris, & ignis, qui sunt motus ad superius, & videtē esse vnus motus specie, & tamen insequūtur diuersas naturas specie differentes, & est obiectio Ioā. Grāma. Obiectio contra solutionē. vt dicit Cōmen. ibi in cō. 8. & vult ꝙ illi motus differunt specie, quia proueniūt a naturis specie differētibus, mouētibus a loca specie dr̄ia. & ista est solutio Auerr. in commen.

Sed nec ipse satisfacit ī hoc, quia qd̄ K dicemus de motu aeris, vt est ī sphæra ignis, & de motu eiusdem, vt est in sphæra aquæ? in igne. n. aer descēdit, & in aqua positus ascendit. ascensus autem, & descēsus sūt motus specie differētes, vt patet ex. 5. phy. nam sunt contrarij motus, sunt. n. ex cōtrariis & ad cōtraria. Soluitur quod solutio. obiectio. isti motus sunt eiusdem speciei, ratione eiusdem termini. Sed contra, nam apposita non pn̄t esse in eodem natura, modo ascēsus & descēsus sint motus oppositi. Alij aliter dn̄t, ꝙ nō solō alia a iotum. incōuenit ꝙ aliqui motus fm̄ vnam rationem sint diuersarum rationū, L & fm̄ aliam rōnem sint eiusdem. Di sol. ꝓpria cimus nos. ꝙ Arist. in. 5. phy. de motu generaliter loquutus est, considerando ea q̄ cōpetunt motui inquātū motus, nō applicando ad aliquā specialē nām mobilis nec motoris, & illa rōne vl̄r dicit motus quoslibet q sunt ex contrariis terminis, in cōtrarios, esse cōtrarios. & isto modo quilibet ascēsus cōtrarius est cuilibet descēsui. In libro autem cœli, & mūdi, & in aliis particularibus libris, vnitas specifica motus, attēditur particulariter penes vnitatem principij actiui, naturaliter mouētis ad vnum M finem intētum, & ad vnum terminum naturaliter intētum. Et quia aer, siue in igne, siue in aqua, uel in alio quouis loco constitutus, extra suum locum naturalem semper appetit ad illum reuerti, cum semper illo modo sit præter propriam dispositionem naturalem dispositus, ideo per eādem formā descēdit ab igne, & per eādem etiā ascēdit semper eūdem terminum appetēdo, licet igitur ascēsus fm̄ rationem cōmunem opponatur specie cuilibet descensui, non

A non tñ quilibet ascẽsus determinat⁹ specie opponitur cuilibet descensui determinato. Multa.n. verificantur rõne generis, quæ nõ verificãtur ratione speciei. Et hãc nostram sniam adiuuat dictum sancti Thomæ, in 1. cęli & mundi super expositione tex. cõ. 20. prope finem. inquit.n. ad id B autem quod dicitur de aere, dicendum ꝙ contradictio quę includitur in oĩbus oppositis, habet in sui ratione ꝙ sit, & sm idem & ad idem, & respectu eiusdem. motus autem naturalis aeris sursum, & deorsum nõ est respectu eiusdem, sed est sursum qui B dem respectu aquæ & terræ, deorsũ autem est respectu ignis. vnde hmõi motus non sunt contrarii, quia non sunt ad contraria loca, sed ad eundẽ locum qui. s. supereminet aquæ, & subsidet igni. Et ex hoc pulchre colligi potest, ꝙ simplicitas motus, & vnitas, non attenditur penes principium passiuum, quod non habet naturalem aptitudinem, vt moueatur contrario motu ab illo, qui naturaliter mouetur vt dicit Ioan. de Iandu. Sed intelligitur penes vnitatem formæ, mouentis sm speciem in ordine ad vnum finẽ. Et ita licet distinctio motuum in genere, attendatur penes distinctionẽ terminoꝝ ĩ particu C lari attẽdat penes forãs mouẽtes spe cies distinctas, vt mouẽt ad terminos spe distinctos, alr motus ignis, & aeris essent eiusdem speciei contra Cõ. & veritatem. Et si motus ascensus aeris existẽtis in aqua, & descensus eiusdem existentis in igne, essent specie distincti, cũ ambo sint naturales ipsi aeri, sequeretur igit quod vni corpori simplici, naturaliter in essent duo motus simplices, specie distĩcti, quod est contra Philosophum & veritatem primo cęli locis adductis. D

Bctūs Th.

Penes qd attẽdat̃ vnitas & simplicitas motus cõ tra Ioan.

Amplius. 6. ph. tex. c. 39. vbi inuestigauit iam omnem diuisibilitatis motus causam, siue sit ex parte moti, siue temporis, finaliter concludit, secutum aũt maxime hoc diuidi omnia, ab eo ꝙ mutatur. i. a subiectum ꝙ mutatur, nam moti diuisibilitas infert vr diuisibilitatem, ĩ reliquis aut per se, aut per accñs, vt dicit Cõ. ibi. ADDI.

Vide ẽt 6. phy. tex. c. 49. & ca. 66.

Et aduerte hic, ꝙ diuersitas partium motuum, non facit diuersitate formarum specificarum, in corporibus cœlestibus, sicut in animalibus, quæ sunt hic, vt dextrum, & sinistrũ, & talem diuersitatem non efficit, sed E bene diuersitas centrorum facit diuersitatẽ in corporibus simplicibus, vt diuersitas ignis & aeris, sicut. d. Cõmen. 2. cœli. & mundi. cõ. 49.

PROPOSITIO. XXIII.

Motus specificatur a terminis.

Propositio ista elicitur de mente Philosophi. 5. phy. tex. cõ. 21. intelligo ꝙ non in omnibus dispositionibus motus principaliter insequitur naturam terminorũ sed solum quo ad illas dispositiones, quę primo insequuntur ipsos terminos.

Limitatio propõnis.

Amplius ꝓ opinione mea facit t. 70. in. 3. ph. vbi Arist. dicit ꝙ infinitum non eodem modo repetitur in motu, tempore, & magnitudine, F sed tempus est infinitũ propter motum, & mot⁹ propter magnitudinẽ, & dicit quia prius est in magnitudine in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentat. vnde lucidissimus The. ibi exponit subiectum motus, oĩs. n. motus, siue localis, siue augmenti, siue alterationis, in magnitudine quæ corpus est tãquã in subiecto fundatur, & ita exponit etiã Cõmẽ. si. n. in-

G telligatur de termino, falsum est, alterationē esse in magnitudine. Amplius stat motū esse cōtinuum, licet spatiū super quo fit, sit interruptum, vt patet ex sñia Philosophi in. 5. ph. te. cō. 23. vbi habet. cōtinue aūt mouetur, ꝙ nihil aut paucissimū deficit rei, & nō tpi, vbi (vt notat ibi lucidissimus Them.) cōtinuitas motus, nō oīs hinc prouenit, videlicet ex spatio, nam illo quidem mō, decursus equorum in stadio lacessitus erit, & dissitus. nō igr rectius fuerit cōtinuationē motus, ex serie tpis accipi. ita vt his uideat cōtinuus, qui nihil tpis in

H terceperit, nam rei quidē, p quam fit motus hiare aliquid, atq; intermitti posse pars vr, & tñ nihilominus iugis & cōtinuus motus, intelligitur.

Nā cōtinuitas, & diuisibilitas, in infinitum competit motui, intimius per subiectum motus quàm ratione terminorum, sicut colligitur de mente philosophi. 6. de physico auditu, tex. co. 39. vbi dr. sequutū est aūt maxime hoc, diuidi oīa, & infinita esse, ab eo quod mutatur. i. ab ipso subiecto, quod mutatur. vñ licet motus, possit dici diuisibilis, rōne terminorum, tñ hoc primo non hēt motus a terminis, sed a subiecto, quod ondit, qa

I quilibet motus, inquātū motus est, hēt subiectum diuisibile. nā qd mouetur, partes hēt, vt demrātum est 6. phy. tex. cō. 32. Indiuisibile. n. nullo mō motus p se moueri pōt. Non tñ quilibet motus est ad terminos, p se diuisibiles. Nā licet termini mot' ad quātitatē, & ad locū sint diuisibiles p se, motus tñ alterationis terminat ad qualitates, quæ nō diuidunt nisi p accñs, vt dicit Arist. in. 6. phy. tex. cō. 37. Et Cō. 3. cœ. cō. 8. vbi vult ꝙ diuisibilitas cōpetit qualitati per assimilationē, & qñtitati essentialiter.

K Et eodē modo simplicitas motus, licet cōpetat motui, & rōne subiecti, & rōne termini siue spatii, intimius tñ cōpetit pp subiectū, ꝙ pp spatiū, vt recte opinātur Auerr. & magnus Alber. sup. 1. cœ. & mūdi. tex. cō. 5. Licet beatus Thomas oppositū teneat ibi, propter propositā propōnem, ꝗ dicit, ꝙ motus specificatur a terminis, motus. n. vt dicit Cō. in. 5. phy. t. cō. 9. nō differt a termino motus, nisi sicut perfectū a diminuto. Amplius vr esse mēs Arist. in 5. meta. t. cō. 18. & est capitulū de quāto. vbi Aris. de-

L clarando qūo motus & tēpus dñr cōtinua, & quāta. Dicit, alia vero vt tēpus, & motus, etenim hmōi quædam quāta dñr, & cōtinua, eo quod illa diuisibilia sunt, quorū sunt hæ passiōnes. Dico aūt, nō quod mouet, sed p quod motū est. vbi expresse determinat p opinionē diui Thomæ. Et licet istud problema sit satis arduum, & difficile. Nā vbi est discordia in philosophia, inter Auer. & Thomā, difficile est videre veritatē. præsertim concurrēte sñia Alberti, qui fuit re, & cognomēto magnus. Tñ dicā id quod mihi vr in tā ardua qōne, p ueritate perscrutāda, sicut est natura

M Philosophi. 2. met. tex. cō. 15. Aris. n. in. 2. de gñatio. & corrup. super tex. cō. 62. de cōposito mouet hāc quæstionē, de motu dicens. Cōtinuus autem motus, utrum quia quod mouetur continuum est, aut in quo mouetur, velut locū. Dico aūt passionē, & soluendo inquit. Manifestum autē vtique, quia in eo quidem, quod id quod mouetur, qūo. n. passio continua est, nisi quia res cui accidit, cōtinua est? si aūt & hoc, eo quod ī quo solo loco existit, magnitudinem. n.

aliquam

Mot' ꝙ sit diuisibil' prio hēt a subiecto.

ADD I. Vide Pro hoc etiam Auer. I primo de aīa t.c. 38. ubi vult ꝙ ī solo motu locali inuenit mot' essētialiter oībus modis, sed alteratio, aliquo modo ē in alterabili essētialiter & aliquo mō ē ī eo accñtalr

quia albedo nō trāsmutatur ī nigredinē, quia lit se diuisibilis, sed qa corpus ꝙ alteratur est p se diuisibile.

Opīo beati Thom.

Opīo pro ptat, & peripatetica

A aliquam habet, huius aũt, quod circulo solum cõtinuum, quo circa idẽ sibi ipsi semper continuum. hoc igit̃ est quod facit cõtinuum motum, qđ in circuitu corpus fertur. motus aũt tp̃s. Et beatus Doctor ibi exponẽdo, expresse dicit, quod manifestum est, quod motus cœlestis est continuus, quia id quod mouetur, est cõtinuũ, & non quia locus in quo est motus, est cõtinuus, quia primus orbis non est in loco p̃ se, nec est motus continuus ab eo loco, in quo mouet̃, motus .n. in gñe nõ hẽt cõtinuitatẽ ab eo, in quo mouetur, quia aliqñ est

B motus in passione, q̃ non est continua, nisi per accñs, quia id cui accidit est cõtinuum. Si aũt aliquis motus hẽt continuitatem ab eo in quo mouetur, hoc solum hẽt motus localis, quia locus habet aliquã magnitudinẽ, sed nec omnis motus localis, sed circulatis, quia quod mouetur circulariter est idem semper, & seipso continuum. & iõ facit motum sempiternũ, & continuũ, & mot⁹ sempiternus facit tp̃s sempiternum. Et ita etiã dicit Cõ. ibi in cõmento. Et Albertus, & oẽs. Et ideo bene dixit Cõmen. & Alber. in. 1. cęli. super tex. cõ. 5. quod

C simplicitas motus, principaliter causatur ex simplicitate magnitudinũ motorũ, vt quia magnitudines simplices motæ sunt duæ, ideo mot⁹ simplices sunt duo. Amplius motus etiã distinguitur a mutatione, & per subiectum, & per terminos. per subiectum quidem, quia subiectum motus est in actu: subiectum, autem mutationis est ĩ põa, quia quod mouet̃ est, & qđ gñatur nõ est. 5. ph. t. cõ. 8. p̃ terminos aũt, quia motus est de affirmato in affirmatum, sed mutatio est de affirmato in negatũ, aut contra. sũt. n. primi termini mutationis D oppositi sm affirmationẽ, & negationẽ, & tñ magis p̃ se, & intima cã distinctionis, inter gñationẽ, & motũ, est illa q̃ sumit̃ ex subiectis, quã illa q̃ sumitur ex terminis, quia qđ gñatio sit ex subiecto ente in põa, hoc p̃ se cõpetit sibi: sed quod fit ex nõ ente, hoc est per accidens. Nã. 1. ph. priuatio est principium gñonis, p accidẽs, materia aũt, & forma, sunt principia gñonis p̃ se. Et hoc tenet Cõ. 5. phy. cõ. 8. licet Scotus, & sequaces oppositum teneant in hoc.

Amplius Cõ. 7. phy. cõ. 29. dicit q̃ ADDI. simplicitas motus non attendit̃ prin E cipaliter in motu, quia fit per breuiorem lineam ad medium mundi, vel a medio quia large dr̃ lineam rectam esse breuissimam, nã linea recta, & curua, nõ sunt comparabiles, quia sunt diuersarum specierum.

Amplius Cõ. in. 4. cęli. cõ. 32. dicit q̃ si terra moueretur ad mediũ, sm q̃ mediũ est extremũ lineę rectę, & interim grauis esset, id qđ mouet̃ sm lineam rectã, posse esset inueniri corpus grauius ipsa, descendens sub ea.

Amplius ẽt motus prius, quãtum ad denominationẽ, attribuitur mobili, q̃ terminis, aut motori. vñ Com. F 5. phy. cõ. 3. inquit. motus in sua substantia ex istis tribus integratur, videlicet subiecto, termino a quo, & termino ad quem. & primum quod disponitur per motum, ex istis trib⁹ est subiectũ. deinde termin⁹ ad quẽ, & postremo terminus a quo. vñ nõ oportet quod oẽs dispõnes competẽtes motui, prius competant motui p̃ terminos, q̃ per subiectum, sed solũ illæ q̃ primo insequũtur motũ, merito terminorum. Et ideo vr̃ mihi, q̃ magis intima, & prima cã continui-

G tatis motus, & diuisibilitatis, & similiter simplicitatis generaliter, sumi dēt ex subiectis, q̄ ex terminis, quia non quilibet per se terminus motus, est per se diuisibilis, sed bene quodlibet subiectum cuiuslibet motus est per se diuisibile, fm naturales. Vnde Arist. in 2. de generatione, & corruptione. tex. cō. 52. dicit ꝙ magis naturaliter loquuti sunt, qui assignauerunt principium materiale generationis q̄ illi qui assignauerūt formā. & Cōm. ibi reddit causam, quia sola cum inuenitur, cessat transmutatio.

ADDI. Confirmatur. quia motus materialiter sumptus pertinet ad naturalem, formaliter autem ad logicum. H 3. phy. cō. 4. & 5. phy. cōm. 9. Vnde Arist. in 1. de anima te. cōm. 16. vult diffinitiones naturales, dari per materiam, & diffinitiones datas per formam, appellat dialecticas, quia dialecticus diffinit per formam. qui igitur inuestigant simplicitatem, & cōmunitatem a terminis, magis dialectice loquuti sunt. Et q̄ scrutant̄ ista ex subiectis, magis physice. Ad auctoritates a Philosophi, 5. met. ca. de quanto. respondeo, ꝙ ibi loquitur de motu, pro quanto est in prædicamento quantitatis, & sic verum est, I ꝙ per se habet hoc a termino, non a subiecto. Nam. 3 phy. tex. cō. 4. quot sunt species entis, totidem & motus.

Sol. ad auctoritatē philoso in 5. meta.

PROPOSITIO. XXIIII.

Vni unum dicitur esse contrarium.

Propositio ista est philosophi. 10. met. tex. cō. 14. vbi ista propositio demōstratur, vt vult ibi Cō. licet Arist. vtatur ea, vt suppositione in 1. cœli & mundi. tex. cō. 10. Nam nō incōuenit, ꝙ id quod demōstratur in scīa diuina, sit suppositio in naturali philosophia, sicut etiā esse substantiarum separatarum, demōstratur in scīa naturali, & est suppositū in scīa diuina. Proposita tñ propositio, ab Auer. duabus cōditionibus limitatur, in 8. ph. in cō. 62. prima quidem, ꝙ sit maxima distantia, vnde maxima distantia, vnum contrariat̄ vni tm̄, vt albedo nigredini, talis aūt est extremi ad extremum. & ista vr̄ ratio Philosophi, ibi. Nihil tñ propter hoc prohibet, ꝙ vni & idem plura sint contraria, sed vnum erit contrarium vt extremū, & aliud vt medium. auaritiæ. n. aduersatur liberalitas, & etiam prodigalitas. medium enim inter extrema, licet sic vnū fm subiectum, tñ pro quanto comparatum ad vnum extremorū, subit rationem alterius, sic quodāmodo est duo, & contrariari potest duobus. K L

Limitatio propōnis.

Secunda conditio est, ꝙ vni vnū est contrarium, fm vnum modum, tñ diuersis modis vnū potest plura habere contraria. Nam motui contrariatur motus, & cōtrariatur etiā quies, tñ alius modus oppōnis inter motum, & motū, & alius inter motum, & quietem.

ADDI. M Genitum opponitur corruptibili contrarie, & ingenito contradictorie, primo cœli Simplicius in 113. vide etiam Alex. in 2. topi. in cap. 20. in loco qui est ex coniugationibus contrariorum, vbi Philosophus infert. Palam autem, qm̄ eidem simul contraria accidit fieri, nam & ei ꝙ ē amicis benefacere, ei ꝙ inimicis benefacere, & id quod est amicis male, contrarium est. vbi Alex. dicit, ꝙ qñ hoc sumitur simpliciter, sic vni vnū est contrarium, sed qñ non intelligitur simpliciter, non incōuenit, vni plura esse cōtraria, nam aliquid fm

aliud

A aliud, & aliud, licet numero sit idē, potest plura habere cōtraria. nā eadem nix numero, alba & frigida est, & habet calorem, & nigritiam contraria, respectu alterius, & alterius, sic & in coniugationibus contrariorum, sm aliud huic, amicis est benefaciēdū: ꝯtrariaꝫ ista, amicis est malefaciēdum: & sm aliud ista, inimicis est benefaciendum. nā in prima est contrarietas prædicatorum contrariorum, respectu vnius, in secūda vero coniugatione est, quia contrariis subiectis attribuitur idē prædicatū.

PROPOSITIO XXV.

B *Finitum est, cui pōt fieri additio,*

Propō nō ē vēr uera. Vulgata nimis ē propositio, sed nō ē vēr vera. nō. n. oī finito additio fieri potest. Nam circulus, figura finita est, non tñ sibi additio fieri pōt, 1. cę tex. cō. 12. & 2. cę tex. cōm. 23. quod aūt circulus sit figura finita, manifestum est, quia est vno contenta termino. Sed est obiectio. nam Obiectio. Arist. 1 cęli. vbi supra, probat ꝙ nulla linea recta, perfecta est. nam si infinita fuerit, caret fine, & per ꝯñs perfectione, si aūt fuerit finita imperfecta est, quia recipit additionē. Nisi esset, quod illa non procedit ex ratione formali finitatis, inquantum finitas est, quia tunc quodlibet finitum, esset imperfectū: sed procedit, vt concernit materiam, puta magnitudinē iūctā rectitudini, talis. n. est, cui additio fieri potest. Sed tūc iterum est difficultas, quia si infinitum, quatenus infinitum imperfectum, cū motus cœli circularis sit infinitus, tunc igitur esset imperfectus. Dixerunt qnq; quidam ad hoc, ex amicis nostris, ꝙ motus cœli non dicitur esse perfectus ea ratione qua est infinit⁹, sed alia rōne, quia coniungit finē cū suo principio. & ista vr̄ esse rō Arist. in 8. physi. & in. 12. meta. Sed ista sōlutio stare non potest. nam licet vera sit ratio illa adducta per Philosophum, nihilominus nunquā Aristo. fateretur motum cœli esse imperfectum, ex parte quā caret fine: immo ista est alia ratio, ad eandem conclusionem, vt est videre tex. cō. 75. vbi habet textus. Amplius autem prior est, quē contingit perpetuū esse, non contingente, & vt inquit ibidē. prius autem, & natura, & ratione, & tpe, est perfectum imperfecto, corruptibili autem incorruptibile. vnde ista est sine dubio, alia ratio a prædicta. nā ex hoc, ꝙ motus circularis cœli, pōt esse perpetuus. i. infinitus in duratione, est perfectior quocunq; nō contingente. i. non potente habere perpetuitatem. Et ratio est, quia perpetuum natura, ratione, & tempore prius est, non perpetuo, & corruptibile, incorruptibili. Et ideo dic resolute in hac materia, dum quæritur an infinitum rōne, qua infinitū sit imperfectum distinguendo. nam qui quæstionem multiplicem, vt vnā interrogat, aut male interrogat, aut captiose interrogat. Dico ꝙ duplex est infinitas, quædam. n. est ex materia, & quædam est a forma. licet Aristo. videatur dicere. 3. phy. tex. cō. 60. & 65. quod materia est infiniti, & forma est causa finitudinis. Vbi aduerte, quod infinitas in diuisiōe magnitudinis, physice loquendo, est a materia. & ideo Cōm inquit in 3. physi. quod naturalis conuenit cum geometra, in hac propositione, dicente continuum est diuisibile in infinitum, quia diuisibilitas in infinitū, cōpetit magnitudini, siue sit in mate-

Solutio. C
Dubium.
Sol. aliorū
D Impugnatio.
E
Sol. ꝓpria
F Duplex est infinitas.

ria, quemadmodum contingit dũ a physico consideratᶜ, siue abstra hat a materia, sicut accidit, dũ a geometra speculatᶜ. Sed nõ cõuenit in hac propõne, q̃ dicit, cõtinuũ est augmẽtabile in infinitũ, quia ire ad augumẽtũ, est ire ad formã. & a forma ẽ finitudo, & terminatio. infinitas igr̃ cõtingẽs magnitudini pmanẽti, est a materia, & attestatᶜ imperfectioni. & finitas est a forma, & attestatᶜ perfectioni. Quædã aũt est infinitas insequẽs formã, & ista põt dici infinitas actionis, in duratione, & talis prouenit a forma liberata a materia, & ista arguit perfectionẽ. nã ꝙ operatio alicuius formæ sit infinita in duratiõe, hoc ꝓuenit merito, quo est fora in materia cui, vt sic accidit, ꝙ sit cõstituta in esse p subtm. Vñ Cõ. in 2. cęli, & mundi. in cõ. 38. cã abscissionis esse cõtinuitatis, & æternitatis, ẽ materia. Nõ. n. est dignũ, vt inqt Auic. vt forma q̃ est in materia, perpetua sit. vñ Cõ. 12. meta. cõ. 41. vult quod „ æternitas, & infinitas motus cęli, est „ a motore tm̃. nã in cęlo, ut inqt, nul„ la alia est põa, nisi ad quietẽ. & iõ cœli motus de se est potẽs, & aliũde cõsequitur suã necessitatẽ, & ꝑpetuitatẽ essendi, videlicet ab ipsa intelligẽtia mouẽte, q̃ nõ est cõstituta in esse per suũ subiectũ. Sed si instes Arist. isto mõ arguere vr̃, ꝙ linea recta quia finita est, põt recipere additionẽ, & iõ est imperfecta: linea vero infinita, quia caret fine, caret perfectione, ergo oẽ infinitũ, quatenus infinitũ, imperfectum est. Et ẽt ex hoc sequi vr̃, ꝙ oĩ finito quatenus finitũ est, põt sibi additio fieri. Nisi esset ꝙ rõnes illæ Philosophi procedũt sm mathematicã rõnẽ. nã licet Cõ. dixerit l. 2. cœli, & mũdi. cõ. 59 ꝙ demrões doctrinales nõ sunt Inatæ poni in scĩa naturali. & est ẽt doctrina Aristo. in 1. posteriorũ analyticorum, ꝙ non licet demõstrãtem trãscẽdere de genere in genus. nam vt inquit Cõ. 4. cęli. cõ. 20. demrões naturales debẽt esse ex causis naturalibus, vñ in hoc plerũq; taxãtur antiqui, & Plato ab Aristo. quia voluerũt reddere cãs rerum sensibilium, ex rebus, & causis mathematicis, & intelligibilibus. Tñ aduerte, ꝙ sunt aliquæ causæ, quæ quodãmodo sunt naturales, quodãmodo sunt mathematicæ. accidit. n. causis mathematicis. s. propinquis in mathesi, vt sint causę primæ plurium rerum naturalium, sicut accidit sciẽtiis subalternantibus cum subalternatis, sicut arithmetica cum musica, & geometria cum perspectiua, sicut testatur Cõ. in. 8. phy. in cõ. 76. & in. 3. cęli, & mũdi. cõ. 6. vñ etiam in casu nostro diuus Tho. in 1. cęli super expositione tex. cõ. 2. & clarius ĩ lectione 3. in expositione tex. cõ. 5. inquit rñdẽdo ad obiectionem factam cõtra Arist. qui probauit duos esse motus simplices, quia solum duæ sunt magnitudines simplices, cum hoc medium sit mathematicum, inquit. Sed dicẽdũ ꝙ scĩa q̃ se habet ex additione ad aliã, vtitᶜ principiis eius, sicut geometra vtitur principijs arithmeticæ. Magnitu„ do. n. se habet per additionem supra „ numerum. vñ punctus dr̃ esse vnitas „ posita, similiter corpus naturale addit materiam sensibilem, vltra magnitudinem mathematicam, & non est inconueniens, si naturalis in suis demrõnibus vtatur principiis mathematicorum. nõ. n. est oĩno aliud genus, sed quodãmodo sub illo continetur. Quod dictum diui Thomæ mode-

Margin notes: H; I; Instantia.; Solutio.; K; L; Diuus Th.; M; Coarctatio D. Th. 2. Cõmen.

A modetādū est, nā certū est, φ scię naturales nō sunt subalternatę mathematicis, vt patet ex 6. primæ philosophiæ. tex. cō. 2. sunt. n. tres sciæ speculatiuę. diuina, naturalis, & mathematica, nō subalternatim positæ, sed distinctæ penes distinctos modos abstrahendi, & diffiniendi, sed debet intelligi sicut dixit Auer. in illis, vbi cōtingit φ causæ propinquæ ī mathesi sunt causæ priæ. i. remotæ respectu eo℞ q̄ sunt in naturali philosophia, quia eædē subiecto sunt lineæ naturales, & mathematicæ, sed alia rōne formali cōsideratur in naturali philosophia, & alia in mathematicis.

B

ADDI. Silr definitio lineæ quæ est longitudo sine latitudine, est fm geometricam imaginationem, sed non est ita in sensu. ita dicit Philosophus & Cō. in. 1. priorū. tex. cō. 24. Quo ad accñtia igitur insequētia magnitudines, cōicant istę sciæ, & quia talia ptius fluūt fm naturā a magnitudine simplici, q̄ a magnitudine, vt est in materia, sic. n. entia naturalia, & magnitudo naturalis se hñt p additionē, ad magnitudinē mathematicā. vñ Cō. 3. cœli & mūdi. cō. 6. inqt in fine cō. φ cā diuisionis qualitatū,

C est quantitas in eo φ quātitas, & ita mathematic⁹ dicit φ magnitudo recta est imperfecta. quia est, aut finita, & sic recipit additionē vel infinita, & sic caret fine. Figura aūt, & magnitudo rotūda, est pfecta, quia cōiūgit finē suo principio. Nō tñ fm naturalē cōsiderationē oī finito pōt fieri additio, fm rem ipsam, quia res naturales ex hoc sunt finitæ, qđ hñt formā, & ab ea est terminatio. vñ vt bene notauit Cō. in hac propositione, naturalis nō cōcordat cū geometra, φ continuū est augmentabile in infinitū, quia ire ad augmētū, est ire ad formā a qua est terminatio, & finitudo. Nec videat̄ tibi mirū hoc, qa multa verificant̄ fm vnam cōsiderationē, in aliqua scīa, q̄ tñ in alia scīa q̄ procedit fm aliud gen⁹ abstractionis, nō verificātur de eodē. nā dum ens diuidit̄ fm diuisionē demōstratiuā, nō inconuenit vt vna & eadem res ingrediat̄ duas, aut plures artes, vt colligit̄ de mēte Philosophi. 2. ph. tex. cō. 18. & ēēt snīa Auer. in 2. ph. in cō. 61. naturalis dicit, φ motui circulari null⁹ motus pōt esse cōtrari⁹, & tñ mathematici in motibus circularibus imaginariis factis sup eisdē polis & eodē axe, sub oppositis modis pouūt cōtrarietatem, quia se impediūt, vt expresse dicit Cō in 1. cœli & mundi, in cōmen. 32. — D, Notabile., E

Silr dici pōt, φ rectum & rotundum sunt cōtraria, vt dicit Aristo. 1. phy. 41. in figura, licet. 3. cœli. 75. dicatur contrariū, & licet Cō. dicat φ illud est fm famam, & in primo aspectu. & Them. dicit φ illud est ad hominē, quia Democ. talia pro cōtrariis accipiebat. pōt tñ dici, φ illud est mathematice, licet physice rotundo nihil sit contrarium. ADDI.

Silr mathematici imaginant̄ corpus sphæricū, motū sup plano, cōtāgere illud in pūcto, sed naturalis negat cōtactum corpo℞ fieri in pūcto, vt patet 1. de aīa. te. cō. 13. Et silr Logicus dicit quātitati nō esse cōtrarietatem. Et tñ naturalis, qui dicit motū esse de ecōtrario in cōtrariū pōit in prædicamēto quātitatis esse cōtrarietatem, & verū nō cōtradicit vero. sed hoc est fm diuersas rōnes, & abstractiones. Silr mathematici insequētes imaginationē, q̄ est fundamētum suarum propōnum, dñt, φ vbi F

G datur maius,& minus,ibi dat̃ æquale,& tñ,hoc naturalis dicit non habere veritatem vr̃, quia datur corpus in natura minus luna, & dat̃ corpus maius,& tñ nõ dat̃ æquale. Sic igr̃ in simili,non cuilibet finito additio fieri põt,nãliter loquendo, nec quodlibet tale imperfectum est. Ex his igr̃ modo intelligere potuisti,quõ infinitas in duratione perfectioni attestat̃ & nõ imp fectioni,quia insequit̃ vim formæ,non vim materię,qualis erat infinitas in magnitudine. Sed est difficultas de finitate, & infinitate vigoris,an talia attestent̃ pfectioni,aut imperfectioni, & vtrũ cuilibet finito, vt sic possit fieri additio, & an quodlibet tale sic finitum, imperfectum sit. Et præsertim hoc diffi cultatem habet in intelligẽtiis apud Philosophũ. Et ad hoc q̃nq; Auerr. conatus est cito aufugere difficultatem,innuendo in 8.physico. cõ. 79. ꝙ in talibus nõ est finitum,nec infinitum. finitum.n. & infinitum solũ de corporibus dici pñt. Rõ añt est, quia. 1.phy.tex.cõ.15. rõ finiti & in finiti,soli quãtitati cõgruit. Sed illa solo est vna fuga. nã certũ est in via Arist. species entiũ sunt inęquales,in perfectione & vigore. nã sunt sicut numeri, vt dicit ex mente ẽt Plat. in 7.meta.tex.cõ. 10. & fm ipsum. 10. met.tex.cõ.7.in oĩ gñe est vnũ primũ, quod est metrum, & mensura oĩum,quæ sunt in illo genere. & in. 2.primæ philosophie.te.cõ.4. vnum quodq; est maxime tale,propter qđ aliis inest vniuocatio, silr̃ indiuidua in eadem specie fm Arist. sunt ęqualis perfectionis. vnde. 3.met.tex. cõ. 11. in indiuiduis eiusdem speciei, nõ est hoc prius,& illud posterius. vnde nõ negaret Arist quin in abstractis substantiis,sit inæqualitas in perfectione & hoc testat̃ ẽt Cõ. 12. met. cõ 44. & in 3. de aĩa. cõ. 19. & in lib. destru. destructi. dispu. 3. in solutione 18. dub. Immo etiam ipse Auer. ab ipsa tãdem veritate coactus mutauit rñsionem ad illã obiectionem motam,in.8.phy. & distinguit finitatem,& infinitatem,in duratione a finitate,& infinitate vigoris,vt patet in. 3.ca.de substãtia orbis. & in 2. cę. in cõ.71. expresse testatur in cõsimili dubio, ꝙ q̃n nõ fuerit facta talis distinctio,tũc accidit ista perplexio. K

Dubium.

H

Solutio.

Impugna.

I

L

ADDI. Si quis añt sustinendo illam solutionem Auer. in 8.phy.c.79. dicat illam esse ex mente philosophi. in. 3. phy.tex cõ.35. vbi arguit cõtra antiquos. ꝙ nõ potest esse aliqua substãtia infinita, separata a sensibilib⁹ qa finitum,& infinitum sunt passiones numeri,aut magnitudinis, dic ꝙ arguit ad hoĩem, quia antiqui & ipse, vt patet in illo tex. loquũtur de infinito, vt est impertransibile.

Cõcessa igitur ista distinctione, quicquid asserãt Philosophi de altero membro, videlicet, de infinito in vigore, dico ꝙ entia finita ĩ vigore, quæ sunt citra primum, nõ pñt recipere additionem fm rem in propria natura, quia vnumquodq; ens emanat a 1. principio, fm ꝙ est aptũ natũ emanare, & nõ aliter. vñ distãtiæ entium in hoc sunt valde diuersæ. vt scribit Cõ. in 2. cęli. & mũdi. in cõm. 63. & ideo talia sunt perfecta in gñe, sed nõ sunt perfecta simplr̃, quia perfectio simpliciter nõ competit nisi Deo glorioso, sicut dicit Cõ. 5. met. in ca. de perfecto. tale autem est ens infinitum in vigore, quicquid ĩ hoc senserint Philosophi, nõ nobis curæ de hoc. Sic igit̃ infinitũ in duratione, M

A ne, non arguit imperfectionem, nec proprie loquendo dicitur ex priuatione finis, qui est perfectio, sed potius ex priuatiõe vltimi. vnde. 2. physic. tex. commen. 23. derisoriè apposuit dicere hunc finem, cuius quidẽ causa factus est. vult enim non omne vltimum esse finem, sed optimũ, sed infinitum in magnitudine, dicitur ex priuatione finis, qui est perfectio, quia tale insequit potẽtialitatẽ materiæ, ab illa enim progreditur, vt patet. 3. physi. tex. com. 65. infinitum etiam in vigore secundũ theologos, & veritatem nullam poten-
B tialitatem insequitur, quia est proprietas, vel modus primæ formæ, q est Deus sublimis.

PROPOSITIO XXVI.

Grauissimum omnium quod est in medio.

Propositio ista est philosophi in primo meteororum: terra enim ẽ graue simpliciter, quia residet sub omni corpore, vt patet. 4. cœl. & mũdi. tex. commen. 26. Intelligitur inter corpora simplicia, sed fallit comparando eam ad corpora mixta, qa datur aliquod mixtum, grauius ipsa
intellectꝰ propõnis.
C terra, vt plumbum. Glossa est Auer. in. 3. cœli, & mundi. in commen. 9. vbi inquit, ꝙ simplicia nõ sunt eiusdem naturæ adinuicem, nec simplicia cum compositis, sicut nec ipsa cõposita inuicem comparata. nã quãtitas minor terræ, grauior est, & plus ponderat aliqua maiori aquę, & aliqua pars minor plumbi, plus ponderat maiori certa terræ, & aurum plꝰ ponderat plumbo, ita etiam scribit Auer. in suo tract. de theriaca. Nam grauitas aquæ, est grauitas compara-

tiua, sed grauitas terræ, est grauitas D absoluta. Et similiter grauitas plũbi est alterius naturæ a grauitate terræ, quia illa est grauitas compositi, sed grauitas terræ est grauitas simplicis. plumbum enim ex mixtione acquirit maiorem grauitatem, quàm sit in ipsa terra, quia habet grauitatem terræ & aquę. Vel ex mixtione multa resultant, quæ non sunt in miscibilib. vnde theriaca habet multas nobiles operationes, quas nõ habent simplicia ex quibus componitur. Auer. etiam in. 1. canticæ. com. 13. inquit, ꝙ primæ qualitates, aliter attribuuntur elementis, & aliter E animalibus, & tempori, & loco.

Dubium.
Sed dices, si mixta mouentur ab elemento dominante, & propter ꝙ vnumquodq; tale, & illud magis, videtur igitur ꝙ ipsa elemẽta sunt maioris grauitatis, quàm mixta, & ita plumbum non erit grauius ipsa terra. Nisi esset ꝙ in mixto residente circa medium dominantur, quo ad molem terra, & aqua, vt testatur Aristo. in. 4. meteo. & sic ex vtroque fit vna cã totalis, & ita grauitas terræ est minor illa, quæ est in plumbo. solutio. 1.

solutio. 2.
Aut aliter grauitas terræ, & simplicium, dicitur summa intensiue, & F quia est principium grauitatis. In aliis tamen, non plus semper grauitat terra cæteris paribus, quàm mixtum. vnde aqua est intensiue frigidior, opio, tamen plus infrigidat opium, quàm aqua, & flamma est calidior intensiue ferro ignito, non tñ plus calefacit. Actio enim insequitur multitudinem formæ, quæ pluris est in pluri materia. grauissimũ ergo omnium est inter simplicia elementum terræ, quoniam dum est extra locum suum mouetur ad

G ad concauum aquæ, non secundum quòd est finis aquæ, sed inquantum est medium totius. nam nisi ita eēt, sequeretur quòd in quacunq; distātia esset aqua, terra moueretur ad aquam, sicut ferrum ad magnetem, quod tamē non videmus, vt scribit Commenta. 4. physic. commen. 42. Ratio autem est, quia superficies cōcaua aquæ, non est locus formalis terræ, absolute considerata, sed vt cōcernit talem, & tantam distantiam a cœlo, & a polis mundi. vnde si aqua esset in loco in quo est aer, terra nō
H posset locari sub concaua superficie eius, nec partes terræ mouerentur ad totum, vt dicit in simili Aristot. in. 4. cœli, & mundi. in tex. commē. 22. quòd si terra esset sub luna, partes non mouerentur ad totum. nam si partes terræ mouerentur ad totā terram, non mouerentur ad totum ratione qua totum, sed ratione loci, in quo totum est locatum naturaliter. nam idem, est locus conseruatiuus toti⁹, & partis. Et aduerte quòd Commen. 4. cœli, & mundi. comm. 22. dicit quòd Aristot. vocauit vlti-
I mam superficiem aquæ, quæ est locus terræ, medium mundi, & concauum lunæ, quod est locus naturalis ignis, appellauit illud vltimum, siue extremum. nam tex. habet extremum, & medium. vbi habes, ꝙ concauum aquæ & medium mundi sunt idem subiecto, & non differunt nisi ratione. nam tale non locat terram, ratione qua concauum, sed ratione qua est medium totius, & per hoc multas argutias euitabis de loco terræ.

PROPOSITIO XXVII. K

Elementum est ex quo fit aliquid; ut in existente indiuisibile, secundum speciem in aliam speciē.

ADuerte ꝙ ista descriptio ponitur ab Arist. 5. meta. tex. cō. 4. Extat etiam alia descriptio elemēti, posita ab eodē. 7. met. t. c. vlti. vbi dr̄ elementum est in qd̄ diuiditur, inexistens, vt in mām, vtputa syllabæ, vt qd̄, B, & A. Extat etiam alia descriptio elementi, posita ab Arist. in L
3. cęli. in t. cō. 31. vbi scribit. sit itaq; » elementum illud corporum, in qd̄ » alia corpora diuidunt᷑, qd̄ inest po- » tētia, aut actu. hoc. n. vtro modo, adhuc ambiguum est. Aduerte igit᷑, ꝙ vbi est multiplicitas, ibi est confusio apud intellm̄, vt scribit philosophus in. 1. cęli, & mū. t. c. 110. Scias igr̄, ꝙ elm̄ta rerū existentiū in actu, quędā sunt in actu, & quædam sunt in potētia, vt scribit Com. in. 12. met. cō. 20. illa elm̄ta dn̄r in actu, q̄ dissoluto composito remanent in actu, sicut dissoluto mixto, dn̄r, remanere quatuor corpora simplicia ſ Aui. & A- M
uer. vnde mixtioni nō opponit᷑ corruptio, sed dissolutio, vt. d. Cō. in. 2. de gener. & corr. in cō. 48. mixtio. n. non est gn̄o, sed est miscibilium alteratorum vnio, vt scribitur in fine primi de gn̄a. & corru. Elm̄ta autem in potentia, dn̄r illa q̄ corrupto composito nō remanēt actu abinuicē separata, sed sic se habēt, sicut sunt elm̄ta ex quibus cōponunt᷑ corpora simplicia, vcȝ, prima materia & forma, quia in talibus forma corrūpitur, & materia, induit aliā formam, vnde Cō. in. 3. cœli. cō. 31. inquit, qd̄ ele-

Elementa i actu d[illegible] plicia.

A mentum æquiuoce dicitur de elementis corporum simplicium, quæ non sunt corpora, vt prima materia & forma simplex, & de elementis, quæ sunt corpora, quæ sunt elementa mixtorum corporum. Nota est, ꝙ vt scribit Commen. 5. meta. commen. 4. elementum, principium, & causa differunt, quia elementum solum dicitur de causis intrinsecis, & dignius dicitur de materia, principium autem de causis extrinsecis. cã autem est minoris ambitus, quàm principium, quia omnis causa est principium, non autem omne principium est causa, quia principium etiam dicitur de priuatione, quę est principium transmutationis, & etiã dicitur de quatuor causis. elementũ autem ideo ſm Auer. digniori modo dicitur de materia, quia elementum diffinitur per esse, id ex quo fit aliquid, famosior autem ex significationibus est, vt testatur Commẽ. 5. meta. com. 29. est quando dicitur de causa materiali, vnde etiam materia. 2. ph. tex. com. 31. isto modo describitur, vz, materia est id ex quo fit aliquid inexistente, & aduerte ꝙ materia prima, sicut est prima in via cõpõnis, ita ẽ vltima ĩ via resolutionis, ideo definitio illa data. 5. meta. tex. com. 4. præcipue verificatur de prima materia in via compositiõis, quia est id ex quo fit aliquid, vt inexistente & cætera, sed quia in via resolutionis forma corrũpitur, & materia remanet, tunc diffinitio elnti posita. 7. met. tex. com. vlti. quæ dicit. elementum est in quo diuidiť inexistens, vt in materiam, non n. isto modo compositum in via resolutionis diuiditur in formã, vt in principium inexistens, quia in resolutione forma corrumpiť, & materia remanet, licet sub alia forma, vñ alio, & alio modo diffinitur elementum ſm quod diuersimode apprehendiť ab intellectu, vel in via resolutionis vel in via compositionis. sicut in simili duæ dantur diffinitiones de cõtinuo, vna est illa quæ datur in prædicamentis, cõtinuum est cuius parteѕ copulantur ad vnum terminum & ista est, considerando continuum in via compositionis, & talis diffinitio est dialectica, quia datur per formam. vnitas enim continui, est quasi forma totius, nam. 5. metaph. tex. com. 19. substantia cuiuslibet quod semel, vt sex semel sex, vnitas enim attestatur formæ, quia forma est eẽ vnum esse. Alia autem diffinitio datur de continuo, in via resolutionis, & datur per materiã, & ideo est naturalis, quia. 1. de anima. tex. cõ. 16. physicus diffinit per materiã, & dialecticus per formam, & ponitur. 1. cœli, & mundi. tex. com. 2. continuũ est, quod est diuisibile in semper diuisibilia, nam talis diffinitio datur p partes q̃. 2. phy. tex. cõ. 31. reducunť ad materiam. & Com. 7. meta. com. 33. inquit, prioritas partium ad totum, ẽ prioritas materiæ ad formã.

D^{ia} ẽ ĩter principiũ cãm & elementum.

B

C

D

E

Duæ diffõnes continui.

Tertia aũt diffõ elementi, est respectu elementorum quæ sunt corpora, & illa dať ab Arist. 3. cœli & mundi tex. cõ. 31. vbi dr̃. sit itaq; elñtum, illud corporũ, in quod alia corpora diuiduntur, quod inest potentia, aut actu. hoc enim vtro modo, adhuc ambiguum est. Et aduerte ꝙ cęlum potest dici elementum isto modo, quia licet non ingrediatur formaliter compositionẽ corporis mixti, tñ est de ptib⁹ q̃ sunt de integritate vniuersi, vnde Aris. ĩ principio. 3. de cęlo

F

Cœlũ põt dici elñtũ.

G cęlo,& mundo nuncupat ipſum primum elementum,eſt enim principaliſſima pars,quæ eſt de integritate vniuerſi. Et aduerte ꝙ elementa quæ ſunt in mixto quandoq; a philoſophis dicuntur eſſe in potentia, pro quanto non ſunt in eſſe libero in propriis locis,ſed ſunt in eſſe ligato,vnde appetunt ire ad ſua loca, vt patet.2.cœli,& mundi.tex.com.37. vbi Commen.ſcribit ꝙ elementa ꝓpter contrarietatem, quàm habent inuicem in mixto tranſmutãtur inuicem,& quia non ſunt in ſuis locis appetũt ſeparationem, & reuerti ad ſua loca. Et ex illo loco patet error Thomæ de Garbo,in ſumma ſua,& multorum medicorum aſſerẽtium ꝙ ſi humido ſubſtantificũm æque perfectum reparari poſſet aſſidue, quod tunc vita hominis poſſet perpetuari, peccat quidem, ſicut vides ratio per fallaciam conſequentis,qa eſſent adhuc aliæ cauſæ ſuæ corruptionis,nam elementa ſunt in mixto violenter,& appetitu naturali appetunt continue ſeparationem, & reuerti ad ſua loca naturalia. mõ nullum violentum perpetuum, ex.2.cœli.tex.commen.18.& nullus appetitus naturalis eſt ocioſus in natura, quia Deus & natura nihil fruſtra faciunt,& ideo ſub illa ratione dicunť eſſe in potentia,quia ſunt ligata.Tũ etiam,quia ſunt refracta, aut in qualitatibus tantum,vt tenuit Auicen. aut in qualitatibus,& ſubſtantiis,vt tenuit Commen.3.cœli.comm.37. non tamen conuertitur iſta, ꝙ licet omne elementum ſit in potentia in re,cuius eſt elementum,ꝙ oẽ qđ eſt in pŏa in aliquo ſit elemẽtum illius, ẽ enim locus conſequentis,quia vniuerſalis affirmatiua ex primo priorum non conuertitur in terminis, ſed in partem,eſt enim inſtantia vltra hoc, nam fex eſt in potẽtia in oleo & vino.non tamen dicimus ꝙ ẽ elementum eorum.gloſſa eſt Auer. in.2.Colliget.cap.1.Et aduerte etiã ꝙ talia element⁹,quæ ſunt in mixtis dicuntur habere figuram accidẽtaliter,ſed corpora cœleſtia habent figuram eſſentialiter, vt ſcribit Commen.1.cœli.com.22.& reddit cauſam,quia eſſe elementorum eſt vicinum primæ materiæ, & eſt cauſa occulta ſicut vides. Sed aduerte, ꝙ ſemper in his caducis, potentialitates,imperfectiones,& defectus a materia trahunt originem, & quia ipſa de ſe eſt informis,& infigurata,ideo cum primæ formæ: quæ in materia recipiuntur ſint formæ elementales,vt teſtatur Commen in.3.cœli.com.67.& 12.meta.commen.11. ideo contrahunt iſtas imperfectiones,qđ ſunt de ſe infigurata, & ſunt propter potentialitatem acquiſitam a prima materia propter vicinitatẽ in potentia ad omnem figuram, & ideo nullam de ſe habent figuram, ſed figurantur ad figuram continentis,vnde ſi acquirunt figuram rotũdam eſt,vt ſcribit Commen.in.2.cœli.commen.24.quia ſunt in rotundo.& quia vacuum non eſt.Quia autem cœlum eſt,vt ſcribit Commen. in libro de ſubſtantia orbis,capit.2. materia animalium cœleſtium, & eſt perfectior modorum materiæ, quia in eo non eſt potentia ad eſſe, ſed ad vbi tantum,& quia motus intelligentiæ eſt motus animæ, videlicet,circularis,ideo cęlum ſortitum neceſſario eſt figuram ſphæricam ex neceſſitate finis, intelligentia.n. eſt illa, quæ conſtituit ipſum in diſpoſitio-

Elata differẽ.in pŏa in mixto.

H

Contra Thom.de gar.in ſua ſumma,et multos medicos.

I

K

L

M

A positionibus necessariis, sicut est in corpore hominis tacto propter finem. Sed est difficultas, cur si elementa de se nullam figuram habet, tamen communiter appellatur corpora rectarum dimensionum, & dicuntur moueri motu recto, & vnde hoc fuit deriuatum. Nisi esset quod Aristo. 1. cœli. text. commen. 5. per mathematicam rationem ostendit duos esse motus simplices, quia duę sunt figuræ simplices, & magnitudines simplices, videlicet, recta & circularis, & quia prima figura ex simplicibus est circularis, & prima figura

Difficultas.

Solutio.

B simplex debetur primo corpori simplici, tale autem cœlum relinquitur quod alia figura recta debeatur cæteris corporibus simplicibus, vnde Cō. in 2. cœli, & mundi, cō. 22. declarans hoc inquit. propositio autem dicens quod prima figura debetur primo corpori est manifesta, cum posuimus quod prius secundum substantiam est prius, & debet eē prius, secundum accidentia essentialia propria. scilicet accidentibus eius quod est posterius, sicut est prius per substantiam corporis. & cum posuimus quod figura est

C accidens, quod sequitur ad substantiam corporis, necesse est, vt figura cœli sit prior aliis figuris, quoniam figura cœli non est in eo accidentaliter sicut in elementis, in quibus intendebatur receptio multarum figurarum, cum esse elementorum sit propinquius ad esse materiæ, quàm ad esse formæ, corpus autē cęleste ecōtrario, quoniam suum esse est vicinum formis. Cognouerunt etiam naturales hoc ex motu, nam mixta, quæ mouentur ad motum elementi dominantis determinant sibi ad motum rectum magis figuram rectam, vt ignis flamma, quæ determinat sibi figuram pyramidalem, & quia mouentur a medio, & ad medium, qui sunt motus recti. moueri enim circa medium est motus corporis circularis. Et aduerte quod est alia etiam diuersitas inter cœlum, & talia elementa, nam quanto elementa magis inuicem congregantur, seu ad maiorem spissitudinem reducuntur, tanto minus luminosa sunt, & minoris actiuitatis, vnde terra est sex elemētorum, & est opaca, & paruæ actiuitatis, sed in corporibus cœlestibus, secus est, quia quāto ibi fuerit maior congregatio, tanto ibi est

D

E maior luminositas, & maior actiuitas, vnde stella quæ est densior pars sui orbis. 2. cœli, tex. commen. 41. & 2. cap. de substantia orbis, magis lucet, & magis actiua est, alias autem differentias require in libro de cęlo & mundo. & in libro de substantia orbis. nos enim multum a proposito diuertimus non sine causa, quia multos vidimus in his valde errare.

PROPOSITIO XXVIII.

Principium rerum sensibilium sunt sensibilia.

F

Propositio ista est Aristo. 3. cęli & mundi. tex. comm. 61. & glossatur per Auer. ibidem de principiis propinquis, non autem habet veritatem, vt inquit, propositio de principiis remotis, quia principia remota rerum sensibilium, non sunt sensibilia, vt prima forma, & prima materia. Quidam autem illum locū perscrutantes dixerunt istam primā formam esse formam corporeitatis de prædicamento substātiæ, quæ est coæterna primæ materiæ, & ista est prima

Glo. Auer.

Contra ponentes formā corporeitatis.

¶ prima de principiis generationis in genere causæ formalis. Sed ista opinio est purus error, nam Auer. in. 1. physic. ausculta. com. 63. reprehendit Auicen. ponentem huiusmodi corporeitatem substantialem, sed expresse vult quod corporeitas coæterna materiæ sit accidens, & in lib. de substantia orb. vbi declarauit quod natura materiæ substantiatur per posse, ita quod potentia est differentia substantialis materiæ vult quod prima forma, quæ in materia primitus recipitur est trina dimensio. Nec valet sicut aliqui dicunt, quod Auic. posuit illā tanquam specificam, & Com. posuit eam tanquā genericam, & in hoc asserunt esse differentiam inter Auic. & Auer. cum hoc tamen sit purum mendacium, immo oppositum reperitur de mente Auicen. in primo suę sufficientiæ. & in secūdo suæ meta. quia posuit illam esse formam cōfusam & generalem, & Lincōniensis, & Alber. qui imitati sunt Auicē. in hoc isto modo ponunt eam. Prę terea. Argumenta quæ facit Auerr. in primo capit. de substantia orbis, æque bene procedunt si ista forma ponatur specifica esse, sicut ponatur generica, immo maiora inconuenientia sunt, si ponatur generica secūdum quod sequitur ex verbis eius, quod ostenditur. inquit. n. vnde putauit Auic. quod dispositio trium dimēsionum existentium, in materia simpliciter. s. non terminatarum est dispositio dimensionum terminatarum in ea, quapropter dixit necesse est primam formam existere in prima materia, antequam dimensiones existant in ea. Ex quo accidūt ei impossibilia, quorum vnum est, formam non diuidi ad diuisionem subiecti, quapropter non recipiet diuisionem, & ipsam esse æternam nō diuisibilem, per diuisionem sui subiecti, & ipsam non habere contrarium succedens sibi in eodem subiecto. quod si ita esset, tūc materia nō reciperet aliam formam præter istā sibi primam. Manifestum est autē quod si forma ista secundum ipsum ēt recipitur in materia prius natura, q̄ trina dimensio quod ipsa remanet indiuisibilis, quia secundum ipsum extensio, quæ est in formis est per subiectum extensum merito dimensionum. Maius autem inconueniens est ponere aliquam formam genericam substantialem esse indiuisibilem, & æternam, & remotam a contrarietate quam aliquam formam specificam. testatur hoc experimentum, quia quando aliqua forma est magis eleuata a materia, & magis elōgata a potentialitate, tanto magis recedit a contrarietate & diuisibilitate, & accedit ad vnitatem, & actualitatem. vnde formæ elementales propter maximam propinquitatem ad materiam sunt imperfectissimæ, & sic ascendendo per ordinem ad mineralia, & a mineralibus ad plantas, & a plantis in animalibus. in quibus etiam sunt gradus, nam animalia imperfecta ita se habent quod partes eorum decisæ viuunt, habent enim animam vnam in actu, & plures in potentia, sicut in plantis, sicut testatur Aristo. in. 2. de anima tex. com. 20. & vniuersaliter ita est his, quæ Græci zoophyta appellant, idest, ancipitis naturæ inter plantas, & animalia. Illa autem quæ sunt perfecta, hoc non patiuntur, quia partes illorum decisæ non viuunt, vnde quidam ex magnis tenuerūt

Marginalia: K; Euasio; H; Impugnatio.; L; I; M

A nuerunt animas animalium perfectorum esse indiuisibiles. Et ita patet quod longe inconuenientius est dicere dari aliquam formam substantialem generalem consistere in indiuisibili quàm specialem, propter gen⁹ magis assimilari materiæ, & differentiam formæ, teste Porphyrio in cap. de differentia. Amplius autem magis inconueniens propter eandē causam aliquam formam generalem esse remotam a contrarietate, quā formam specificam. vnde forma & complexio humana secundum omnes sapientes est magis remota a contra-
B rietate, & magis appropinquat naturæ cœli, in quo nulla prorsus est contrarietas, vt testantur etiam medici, & Auic. in prima Fen, primi in doctrina prima capi. de complexionibus. & Aristo. 2. de anima, in tracta. de olfactu, & est in tex. comm. 94.

Amplius, quō naturalis resolueret vsq; ad primam materiam si habet formam corporeitatis sibi coæternam? nam nulla via potest cognosci compositio ex materia, & forma, nisi per transmutationem substantialem, vt inquit Com. 1. phy. com. vlti. & 1. phy. com. 51. inquit, altera-
C tio cōtrariorum inuicem coegit omnes credere, quod omnia corpora sunt composita non simplicia, & qđ in eis sunt aliqua plura vno, & maxime prima corpora. s. quatuor elementa. In talibus sicut ipse testatur. 4. phy. Com. 71. & 8. phy. com. 30. & 4. cœli 22. nō est nisi prima materia, & forma elementi, & ideo non diuidunt in partem per se motam & mouentem, & propter hoc, si in vacuo ponerentur, nō possent moueri, & 12. meta. com. 14. expresse habet ꝙ materia non habet aliquam formam cōmunē, & ideo dicit, qđ non est gen⁹. D
& dixit Alexan. scripsisse demonstratiue materiam non esse genus. Amplius autē quō Arist. solus vidit naturam primæ materiæ, & Plato fuit propinquus, sed non perfecte attinxit, quia nō distinxit inter ipsam, & priuationem, vt dicitur. 1. phy. tex. com. 79. Manifestum est enim, ꝙ antiqui posuerunt vnum principiū corporale omnium, & multi fuerūt, qui illud non specificauerūt aliqua forma & contrarietate, sed dixerunt illud esse separabile, quorum opinionem expresse damnat Arist. in principio. 2. de genera. & corrup. in tex. com. 2. & 3. vbi inquit, sed facientes E
quidē vnam materiam extra prædicta, hanc autem separabilem, & corpoream, peccant. impossibile enim sine contrarietate eē corpus hoc sensibile, aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum, necesse esse infinitum hoc, quod quidā dicūt eē principium. patet aūt quod pro tanto illud infinitum asserebant, vt bene notauit Ægidius Roma. ibi, quia posuerunt illud non habere formā aliquam specialem, sed generalem.

Amplius, error istius opinionis deprehenditur ex his quæ Aris. docuit F
1. de genera. & corru. vbi docuit generationem esse transmutationem totius in totum, nullo sensibili remanente, vt subiecto. manifestum est autem si materia informata corporeitate substantiali sibi coæterna, cū impossibile sit reperire corpus sine contrarietate, in mixtis generabilibus. remaneret igitur in corruptione simplicium aliquod sensibile subiectum, hoc aūt falsum est, vt inqt Arist. & etiam Cō. in. 3. cœl. cō. 31. inquit, quod in talibus sola corru[illegible]

G & materia induit aliam formam, & immorari contra istos amplius in hoc est superfluum. Dicamus igitur ꝙ per primam formam Auerr. non intellexit formam aliquam naturalem, & a naturali considerabilē. sed intellexit Deum gloriosum, nā. 12. meta. commē. 5. & 6. prima forma, primus motor, & primus finis, sunt idem subiecto, sed differunt fm modum, & aliās declaraui in contradictionibus Auer. qualiter in vnoquoq; genere causæ est status, vt ꝓbatur in. 2. primæ philosophiæ, & ē

Vera iter pretatio.

H deuenire ad primum in quolibet genere, & dixi ꝙ licet naturalis considerat omnes causas, non tamen considerat omnia prima causarum genera, sed tantum duo, videlicet, primam materiam, & primum mouēs. diuinus autem considerat duo reliqua, videlicet, primum finem, & primam formam, vnde. 7. meta. inquit commen. 5. assignando differentiā inter inquisitionem, quam facit naturalis de principiis substantiæ sensibilis, & inter inquisitionem quā facit diuin⁹. Et ista quæstio differt ab illa, quæ est in scientia naturali, quī

I ista quæstio inducit ad sciendū primam formam omnium entium, & vltimum finem, & prima quæstio, quām incepit in scientia naturali, inducit ad sciendum primam materiā & formas naturales, & primum motorem, vbi loquitur in plurali numero de formis, & non dicit ad primam formam. Et mirum est de istis qui prædicant se esse doctiores Auer. & Arist. quomodo adhuc nō habent terminos in via istorum, videant quæso Arist. hoc aperta voce asserentem in fine primi lib. de physica auscultatione, vbi sic scribit. de principio quidem fm speciem vtrū K vnum, aut plura, aut quot, aut quæ sunt, per certitudinem primæ philosophiæ opus est determinare, ergo in illud tempus apponatur. De physicis autem, & corruptibilibus speciebus in posterius demonstrandis dicemus. Nam quia in. 1. phy. inuestigans principia generationis sensibilium substantiarum iam determinauerat de prima mā, posset quispiā opinari, quod ordo requirit, vt de prima forma pertractet, & ipse dicit istam considerationem pertinere ad L diuinum, sed naturalis solum habet determinare de physicis, & corruptibilibus specieb. & hoc erat quod dixit Auer. in præfata authoritate, & etiam in eodem. 1. physi. com. 69. in calce commenti. inquit, quod entia habent aliud principium a subiecto & est forma, sed primum principiū in hoc genere nō potuit sciri in hac scientia, sicut primum subiectū, vbi patet ꝙ primum in genere causę formalis, non potest sciri in scientia naturali, quod verum non esset si prima forma esset corporeitas substantialis, & ista est opinio eius in. 3. me M ta in commen. 3. & 12. meta. com. 5. & 6. & fuit opinio etiam Alex. vt scribit ibi Commen. Sed hic est ardua difficultas, propter quid naturalis sicut considerat de prima materia, ita etiam non considerat de prima forma, & sicut considerat de primo motore, cur non considerat de primo fine. Et quod auget difficultatem est, quia si ista sunt eadem subiecto, & scientia. 3. de anima. text. com. 38. secatur quemadmodum, & res considerans igitur de primo mouente, videtur posse considerare de prima forma, & de primo fine, & econtra

Optima difficultas

A econtra.& tanto magis augetur difficultas,quia tunc opinio Auicē.stabit in suo robore,dum dixit, primū philosophum posse demōstrare primum principium esse,quia dicet qđ non demonstrat ipsum esse inquantum est primus motor, sed aliori modo,videlicet, inquantum est prima forma,& primus finis,& ita ruūt rationes Auer.contra ipsum. 1. physico.commen.vlti.& 12 meta. commen.5.& a talibus dubiis(per vitam meam)non nisi solers ingeniū euadere potest. Ad primum tamen videtur respondere Commē.in.7.ptimæ philosophiæ.com.9. & inquit, quod illa ex quibus puenitur ad cognitionem essentiæ rerum ignoratæ sunt actiones earum propriç,& actio materiæ est transmutatio, vult dicere, ꝙ naturalis habet medium ad deueniendum ad notitiam primæ materiæ,& tale medium est trāsmutatio substantialis. Non autem naturalis habet medium ad inuestigandum primam formam omniū entium. Sed replicabis,sicut ex trāsmutatione communi inuenta in generabilibus naturalis demonstrat esse primæ materiæ,quia transmutatio est actio materiæ,vt ipse dicit pariformiter ex operatione,quæ est actio formarum poterit naturalis demonstrare esse primæ formæ. Ad hoc ipse respondet,ꝙ est ratio diuersitatis. Nam formæ naturales non conueniunt in vna actione propria, sicut generabilia conueniunt in trāsmutatione propter naturam materiæ in eis inuentam. Nam diuersarum formarum diuersæ sunt operationes,vnde prima materia participatur a generabilibus.& corruptibilibus,& est intrinseca pars compositionis eorum.Non sic autem prima D forma,quæ liberata est ab omni materia,& ab omni potentia,& compositione & componibilitate cū istis. Et ideo ex operationibus formarū sensibilium non potuit declarari primam formam esse. Et subdit ꝙ illud quod fuit declaratum de illis.illic.s.in naturali philosophia fuit,qđ actiones formarum perueniunt ad actionem primæ formæ, quæ non est in materia,& est primus motor. Pro quo debes scire,ꝙ formæ naturales dupliciter considerari possunt. vno modo,vt naturales sunt videlicet,vt sunt termini mot⁹,& vt sic ex actionibus ipsarum peruenit naturalis E ad cognitionem primæ formæ, quæ non est in materia sub ratione qua est primus motor, non sub ratione qua est prima forma. nam in 8.physic.ostenditur,quod omnem motum nouum præcessit motus. & quod in mouentibus,& motis est deuenire ad vnum motum ex se sempiternum,quod mouetur a motore qui non est corpus,nec virtus in corpore,ex hoc mouet sempiterno tempore,vt patet tex.commē.78.& 79. F & ita naturalis ex cognitione formarum ex suis actionibus,quæ dependent a primo motu,agnoscit primū motorem. Alio modo formæ naturales possunt considerari inquantum sunt substantiæ,& isto modo considerantur in scientia diuina,& ex ista consideratione diuinus ascendit ad cognitionem primæ formæ, & p̄mi finis, sicut dicit ibi. Sed tunc est magna difficultas quomodo ex ista consideratione cognoscit prima forma,& prim⁹ finis, nam ipse non declarauit hoc, nec aliquis alter expresse dicit aliquid de hoc.

Solutio. B Replica. C Solutio. Formæ nā les dupl'r cōsiderari possunt. Pulchra & notabi. difficultas

Theore. G Dica-

G Dicamus igitur, vt inquit Auer. in. 3. disputa. contra Algazel. in lib. destruct. destru. in solutione. 18 dubii. quod est sensibilium plures gradus habet, quorum vilior est in materia, nobilior vero illo est eē quod habent in humano intellectu, & nobilior isto est esse quod habent in separatis intelligentiis, deinde in dictis separatis intelligentiis dictę formæ gradus habent adinuicem differentes, secundum ꝙ differunt illę intelligentiæ adinuicem, & per consequens nobilissimū esse quod habēt formæ, est esse quod habent in prima intelligentia, quæ est purissima forma liberata ab omni potentia, & imperfectione, quę est forma formarum. Et prima & cōis oīum vt dicit Com. 12. meta. com. 44. Sed dices tunc ſm istam declarationē potest forma dici exemplar primæ formæ, aut ideæ eius existentis in intellectu primæ formæ, & ita credit opinio ponentium ideas in mente diuina, cum tñ declaratum sit in. 12. primę philosophiæ, quod diuinus intellꝰs solum vnum intelligit. videlicet, suā essentiam, vt patet. 12. met. tex. cō. 51. Ad hoc respondetur ꝙ quælibet forma inquantum est participatio primæ formæ in certo, & determinato gradu actualitatis, & perfectionis, quia species entiū sunt sicut numeri, pōt isto modo dici exēplar non aūt sicut ponentes ideas. Vnde lucidissi. The. in. 2. phy. auscul. super expositione tex. 28. forma apud Aristo. dr̄ nonnunquam exemplar nō eo modo quo hi qui ideas separatas posuere species quasdam nullo materiæ inexitu subsidentes, sed propterea, quia diffinita præscriptaq; est eorū oīum forma, q̄ a natura proueniunt, hominis, equi, bouis, fici, oleę, K platani. Et hoc etiam asseuerat Cō. 12. meta. cō. 18. dū dicit, ꝙ hæ sunt ideæ quas cōminiscitur Plato. Et pp hoc antiqui ēr peripatetici nuncupant formam lumen seu radiū, inquantū participatio est primi luminis. sic igitur intelligis modo, q̄ō diuinus ex forma considerata, vt substantia, & vt ens ascendit ad cognitionem primæ formæ, quia talis forma nobilissimo modo continetᷓ in prima forma, cuius ista est participatio, & exemplar inquantum partici- L pat de perfectione primæ, prout est capax. Sed quomodo ascendit ad cognitionem primi finis videamus. Debes scire ꝙ deus sublimis est optimū oīum, & sic habet rationem finis, & mouet omnia in ratione amati, & desiderati, & omnia entia habēt appetitum naturalem in participando bonitatem primi, secundū quod possunt Et quia appetitus naturalis in entibus non potest frustrari, quā doquidem Deus & natura nihil frustra faciunt. 2. cœli, & mundi, text. commen. 32. ideo omnia participāt bonitatem secūdum quod possunt, intantum quod etiam prima mate- M ria appetēdo formam sic participat de bonitate. vt dicitur. 1. phy. tex. cōmen. 81. existente quodam diuino, & optimo, ista autem est ratio finis optimum esse. Nam. 2. phy. tex. commen. 31. Quod autem est cuius causa potissimum est, & finis aliorū voluit esse, bonum autem est, quod oīa appetunt, primo Ethicor. vnde. 12. primæ philosophiæ tex. cōmen. 36. demonstratur quod mouet sicut appetibile, & intelligibile, & per consequens in ratione amati & desiderati, & ista est motio finis. Ex entibus

Margin notes: solutio. — Obiectio. — Themist. — Q̄ō deus nimus in cognitione primi finis.

A busigitur & formis, vt sunt substantiæ, & entia participantia bonitatē, prouehitur intellectus in scientia diuina ad cognitionē summi boni, qđ naturaliter mouet omnia vt amatū & desideratum. nam omne ens per participationē habet reduci ad ens per essentiam. Sic igitur colligendo fragmenta ne pereant, naturalis bene inquantum naturalis cognoscit primam materiam, quia habet proprium mediū, per quod demonstratione signi potest demonstrare ipsam esse, tale autem est transmutatio substantialis, quia ista est actio B ꝓpria materiæ, vt subiecti, sicut motus est actus mobilis s.8.meta.cō.11.

summa dictorum.

Similiter potest demonstrare primum motorem esse, quia medium proprium ad illud est motus, & nullum aliud efficaciam habet ad vere demonstrandum esse abstractorum vt inquit Com.1 physic. com. vlti. &.12.meta.com.5. vnde Auic. peccauit peccato manifesto, qui dixit primum philosophum demonstrare primū principium esse, quia certior illorum sermonum non pertrāsit ordinem sermonum probabiliū, C vt declarauit Com.in dispu.4.in li. destruct.in solu.3.dub. primam autem formam, & primum finem naturalis non cognoscit, quia non habet medium ad illa, & diuinus est q de illis loquitur. Sed aīaduerte, vt inquit Com.12.meta. in com. 5. & 6. ꝙ diuinus postquā accepit pro cōstanti a naturali abstractas substantias esse, tunc declarat ꝙ mouens æternam substantiam est substantia, & est forma & finis. nam scientia diuina est vltima via, seu ordine doctrinæ, licet sit prima via naturæ, & perfectionis.6.meta.comm.3. &.7. meta.com.39. Et qūo declaret iam D vidisti modum quem pauci intelligunt. Et ita patet solutio ad obiectiones, quia licet prim⁹ motor, prima forma, & primus finis sint eadē subiecto, sunt tñ tria in rōne, vt dicit Com.12.meta.com.6. modo qñ ens diuiditur fm diuisionem demōstratiuam non incōuenit, vt vna natura ingrediatur diuersas artes, vt scribitur per Auer.in.2.phy.cō.71.

Propositio etiam philosophi.3. de anima.tex.com.38. scientia secatˢ quemadmodum & res, intelligitur quo ad diuisionem quæ fit per potētiā & actū, & ista est intentio philosophi ibi, vt intuenti patet, vnde illa propositio solet allegari extra propositum ex illo loco, sicut inquam pluribus aliis euenit, dicit enim tex. E

Intellectus uer⁹ propositionis Arist.

„ secatur igitur sciētia, & sensus in res, quæ quidem potentia est in ea quæ sunt potentia: quæ vero actu in ea q̄ „ sunt actu. vnde Com. ibi in com. inquit. res enim quarum differentiæ sunt eædem, ipsæ sunt eædem in illo modo, fm quem habent easdem differentias, intellectus igitur est intellectum, & sensus est sensatū. bene autem volo ꝙ distinctæ scientiæ sunt de distinctis rebus formaliter consideratis, sed non de distinctis fm subiectum, quia.2.physi.tex.com.18. de eisdem negotiatur magnitudinibus naturalis, & mathematicus. sed tñ fm diuersas rationes formales. F

Sed est replica, nam.2.phy.tex.com men.26. materia & forma dicuntur relatiue, & considerans vnum correlatiuum debet considerare de reliquo, vt ibi dicitur. cum igitur prima materia dicatur correlatiue ad primam formam, considerās de prima mā dēt considerare de p̄ia forma,

Obiectio

G ma, similiter. 2. capitu. de substantia orbis. finis significat agens significatione necessaria, igitur considerans de primo fine, debet considerare de primo mouente. Et ad hæc dici potest, ꝙ licet materia & forma, vt a naturali considerantur, in relatione consistant quadam, vt alias demonstraui: non tamen secundum eē primum relatiua sunt, & ideo materia, vt a naturali consideratur habet habitudinem ad formas naturales, & ideo naturalis considerat primam materiam, & formas naturales, vt dicit Commen. in com. 9. & 7. meta. & philosophus. 1. phy. tex. vlti. Quod H si replicetur ꝙ prima materia etiam relatiue dicitur ad primam formā, quod extrahi potest ex dictis Arist. & Commen. 9. primæ philosophiæ. tex. commen. 2. vbi diffinit potentiā actiuam per passiuam, & econtra. Auer. ibi in com. 2. inquit, in diffinitione enim omnis potentiæ passiuæ accipitur potentia primæ materiæ: & similiter in diffinitione omnis potentiæ actiuæ accipitur diffinitio actionis primæ formæ, quæ est diffinitio primæ formæ, quæ est absoluta a materia. & ita adhuc sicut vides I remanet eadem difficultas, quia prima materia non solum dicitur relatiue ad formas nāles: īmo ēt dr̄ relatiue ad primam formam, & tunc ratio Arist. si valet in. 2. phy. ꝙ considerans de materia debet considerare de forma. quia relatiue materia dicitur ad formas naturales, pariformiter cum prima materia dicatur relatiue ad primam formam, debet naturalis considerare de prima forma, quia considerans vnum correlatiuorum debet considerare, & reliquum. Dicimus nos, ꝙ materia relatiue dicitur ad formas naturales, & K etiam ad primam formam, vt bene demonstrat ratio: tamen aduerte ꝙ alia est relatio primę materiæ ad formas naturales fm rationem saltem, & alia ad primam formam. quia primus respectus est, vt subiecti, & vt potentię ad actum. Secundus autem est respectus moti ad motorem. & ideo semper verum est ꝙ considerans vnum relatiuum debet considerare, & reliquum, verum est sub illa ratione, quæ sunt correlatiua. sic enim considerans de sensu considerat de omni sensibili, & considerans de intellectu considerat de omni in L telligibili, vt dicit Aristot. in principio libri de partibus animalium. prima igitur materia, vt subiectum, & vt potentia respicit formas naturales, & sic considerat formas inquantum sunt perfectiones, & actus perficientes materiam. vnde quælibet forma quantuncunque perfecta describitur isto modo, vt dicitur eē actus suæ materiæ, dicitur. n. in diffinitione animæ, ꝙ anima est actus corporis organici physici potentia vitam habentis. sed prima materia, vt potentia passiua refertur ad primam formam, vt est potentia acti- M ua, & sic formaliter dr̄ primus motor, & sic nālis ēt considerat vtrunq; sicut diximus, vnde Com. 12. meta. » cō. 18. inquit. oēs formæ sunt in potentia in prima mā, & sunt in actu ī » primo motore, & ibidē. cō. 24. inqt, forma primi mouentis est quodāmodo omnes formæ. mā igitur prima, vt a naturali consideratur dr̄ relatiue ad formas nāles inquantum naturales sunt, & ideo de vtrisq; cōsiderat: tn̄ vt a naturali consideratur dr̄ relatiue ad id, qd ē prima forma, non

solutio.

Replica difficilis.

solutio.

A non tñ vt sic, sed inquantum est primus motor, & potentia actiua, quia licet ista sint vna res numero, sunt tamen plura fm rationes formales. Similiter patet quod finis, vt terminat motum, pertinet ad illum qui considerat agens per motum. sed finis vltimus cognoscitur altiori medio, q̃ sit via motus, sicut diximus. Et ita mihi videtur in tanta difficultate dicere, & si alij melius possunt dicere, dent laudem & gloriam Deo.

B PROPOSITIO XXIX.

Oportet principia semper manere.

SCribitur ista propositio in primo physicæ auscul. tex. com. 50. Intelligitur tamen isto modo, sicut glossat eam Commen. videlicet, ꝙ principia non debent esse transmutabilia, & generabilia ex aliis. Nam

Glo. Auer. sicut patet ponderanti ad hunc sensum vadit intentio philosophi ibi, vult enim ibi ostendere quod nedũ principia non sunt infinita, immo etiam quod nec quæcunq; contraria sunt, principia. Nam contrariorum quædam sunt prima, & quædã posteriora: quæ autem posteriora

C sunt, non possunt eẽ principia, quia facta sunt ex primis. De ratione autẽ principiorum est quod semper permaneant, hoc est dictu, vt permaneant in ratione primi, nam. 5. meta. tex. commẽ. primi. De ratione principii est primum esse. & primo posteriorum, idem dico primũ & principium. vnde loquitur ibi tex. de albo, & nigro, & dulci, & amaro, quæ sunt extrema contraria, ex quibus media generantur. Manifestum est autem, ꝙ sicut seminat in præmissis, sic debet colligere in conclusione. si igitur intendit probare quod non omnia cõtraria sunt principia, quia D principia oportet manere, sed contraria posteriora non permanent, quia fiunt ex aliis, ideo nõ sunt principia. Si per permanentiam philosophus intellexisset permanẽtiam sempiternam secundum genus, vel fm speciem, patet quod contraria etiam posteriora illo modo semper permanent, stante æternitate mundi. oportet igitur per permanentiam, vt intelligat id quod diximus. Ex quo patet quod nõ propter istam authoritatem oportet ponere aliquã formam coæternam in prima materia, nec aliquam priuationem, sicut quidam conati sunt dicere. Nam materia non habet aliquam formam, nec aliquam priuationem sibi propriã, sed est in potentia indifferẽter se habens ad quamlibet formã, & ad quãlibet priuationẽ. materia enim non est quid, nec quale, nec quãtum, nec aliquid eorum quibus ens est determinatum, sed vt inquit Commen. ibidem. 7. meta. tex. com. 8. materia est in potentia ad omnia decem prędicamenta, & ad omnes priuationes eorum, & in sui substantia nullam habet, neq; formam, nec formæ priuationem, sicut etiam superius ostẽdimus contra fingentes corpus de pdicamento substantiæ coæternum in prima materia. Et aduerte ꝙ vt dicitur primo physicorum principia generationis sunt tria, materia forma, & priuatio: & hoc intellige vniuersaliter respectu cuiuslibet generationis. siue sit generatio simpliciter quemadmodum est in substantiis. siue sit generatio secundũ quid, sicut est gñio in accñtibus. Nã Arist. ibi. te. c. 57. ꝓponit̃q se inuestigaturũ principia gñonis in cõi. vbi lucidissimus

Cõtra ponentes formã corporeitatis. E

E

G mus Themi.& Auer.in com. exponunt per generationem in communi tam illam quæ est in substantia, quàm illam quæ est in accidẽtibus, & aduerte ꝙ est differentia magna inter cãs generationis,& inter principia generationis. Nam causæ reales generationis sunt duæ tantum,videlicet,materia,& agens seu motor. Sed principia generationis sunt tria, materia,forma,& priuatio: in plus enim est principium quàm causa,vt dicitur.5.meta.tex.com.1.Nam oĩs causa principium,non omne autem principium causa. Nã priuatio principium est,sed non causa. Vnde scire debes ꝙ forma etiam dicitur generationis principium proprie loquendo,non tñ causa,vt ostendam. primum probatur, quia generatio, vt est quidam motus,seu mutatio requirit terminos duos oppositos, & requirit subiectum, quia transmutatio est actus transmutabilis inquantum transmutabile,tale autem materia est.termini autem sunt priuatio,& forma,quia generatio est transmutatio de non esse ad esse. ꝓ quãto igitur generatio in sui intellectu, ex istis tribus intrinsece componiť, sicut & motus,qui teste Auer.5.physi.com.3.ex istis tribus in sua substãtia componitur,videlicet, subiecto, & termino a q̃uo,& termino ad quẽ non loquendo de causis extrinsecis, sicut est motor & tempus. sic forma erit generationis principium. Secũdum dictum ostenditur, ꝙ forma non est generationis causa, quia cã est ad cuius esse sequitur aliud,modo ad esse formæ in materia, cessat generatio.primo enim de generatione,& corrup.tex.com.55.habitibus præsentibus in materia, nondũ

Dĩa inter cãs & principia gñationis.

H

I

generatur aliquid, sed iam est. Et K hoc confirmatur pulchra authoritate philosophi,& Com.in.2. de generatione,& corrup.in te. com. 52. quod dicẽtes cãm generationis materialem, rectius dicunt, cum dant cãm transmutationis, inquantũ est transmutationis principiũ. Alij autem non dãt principium conueniẽs transmutationis.Forma.n.cũ inuenitur,quiescit trãsmutatio.qũo igiť potest esse causa trãsmutationis? vnde in esse reali istæ duæ sunt veræ causæ generationis.videlicet, materia, & motor, vt potes colligere ex secundo physicor.text. commẽ.72. L & primo de generatione.text. com. 14.vnde.8.physic.super hoc fundamento Arist.& Cõ.arguũt ꝙ si mobile semper fuit,& motor sem p fuit, quare igitur motus nõ fuit semper. patet aũt ꝙ si alia causa esset realiter necessaria,ad causandum motum,q̃ mobile & motor, quod tunc argumentum eorũ procederet ab insufficienti.Forma aũt,& finis, nõ sunt causa realis respectu generationis loquẽdo de fine generationis,nisi metaphorice,vt fatetur Arist.in primo de genera.&corrup.te.cõ.55. sic igitur intelligis,qũo principia cuiuslibet generationis oportet semper ꝑmanere. Et qũo principia cuiuslibet generationis sunt tria,materia, forma,& priuatio,quia in intellectu cuiuslibet gñationis,cadũt termini, & M subiectum: & cum hoc causæ reales cuiuslibet gñationis sunt materia, & agens seu motor. & ita volo intelligi dicta mea,quantum ad hoc, sup his quæ dixi, dum essem iunior in concordantijs Auer. in primo de gener.& corrupt. super com. 14.& in secundo de generatione,in cõm. 52.

A vbi occulte tetigi istam solutionē, „ vbi dixi, quicquid sit de principijs „ generationis in esse rationis, duæ tñ sunt causæ in esse reali. nunc autem declarando mentem meam, dico, secus est de principijs generationis loq., secus de causis. principia tria sunt, causæ vero duæ, quia sumo causam ad cuius esse sequitur aliud, non aūt sumo causam, metaphorice causantem. Pro hoc vide te.cō.24. 12. meta. Et aduerte etiam ꝙ proposita ꝑpositio q̄ dicit quod principia oportet manere, quia non fiunt ex alijs, B nec ex alterutris, & quęcunq; fiunt, fiunt ex eis, vt dicitur. 1. ph. tex. commen. 42. intelligitur in genere causæ materialis, & intrinsece, & ꝑ hoc tollitur instantia, de intelligentijs, quæ sunt principia extrinseca, & remota, sicut diximus respectu sensibilium generabiliū, & corruptibiliū, principia autem quæ inuestigantur de generatione, in communi rerum naturalium, in physicis sunt principia intrinseca existentia in re, vt patet primo physi. tex. com. 6. 7. & 57. intelligentia aūt sunt principia entium sensibilium, non inquantum sensibilia sunt, sed inquantum entia C & inquantum substantiæ sunt in genere causæ efficiētis, & finalis. vt dicit Commen. 12. meta. cō. 36. & etiā formalis quoquo modo, sicut rex dicitur forma serui. 12. meta. cō. 37.

Dubium Sed dices, tunc igitur forma non esset principium, quia fit ex materia, & de ratione principiorum est, quod non fiant ex alterutris. Rñdetur negādo assumptum, quia forma non fit, sed compositum ex materia, & forma, per se fit, vt dicitur, 7. metaph. te. cō. 26. & Com. ibi dicit notabiliter in cō. agens non fa- Solutio. cit in alio aliud, sed ex alio aliud, nō D .n. facit in materia formā, sed facit ex materia formatum. & 12. me. cō. 18 inquit. Imaginatio super creationes formarum, fecit existimare ideas esse, & dat orem formarum. & 7. me. com. 31. consimilem sententiam habet, vnde Arist. in hoc præcipue aduersatur Platoni, quod non fit per se forma, nec materia, sed synolon. i. simul totum. id est compositum, actus enim & generationes sunt suppositorum.

PROPOSITIO XXX.

E *Eadem sunt principia omnium prædicamentorum.*

Propositio Ista scribitur. 12. primæ philosophiæ, vbi fuit longe ventilata a tex. com. 19. vsq; ad tex. com. 27. Et tandem intelligitur ꝙ sunt eadem proportione, in omni enim prædicamento est aliquid simile materiæ, & aliquid simile formæ, & aliquid simile priuationi. similiter etiam veritatem habet de principijs remotis, fallit de proximis. glossa est Auerro. ibidem cōmen. 22. Nam principia proxima vniuscuiusque prædicamenti sunt diuersa a pricipijs proximis alteri⁹. nam teste Themistio. coordinationes decē prædicamentorum sunt inpermixtæ. sunt enim (vt inquit Porphyrius) decem genera generalissima, tanquam decem rerum prima principia, tamen principia remota omnium sunt eadem, quia principia substantiæ sunt principia omnium aliorum, vt dicit etiam Commē. in primo ph. com. 36. Aduerte tñ, ꝙ si quæratur in quo gene- Intellect⁹ ꝑpositionis. F Cap. de specie.

G re causæ principia substantiæ, sunt
causæ principiorum aliorum præ-
dicamentorum, dicendum puto, in
genere causæ materialis. substantia
enim, vt dicit Commen. 4. meta. cõ.
2. est causa accidentium, non s̃m a-
gens, neq; s̃m finem, sed quia est su-
biectum eorum, & constituuntur p̃
» illam. & hoc videtur velle etiã philo
» sophus. 1. ph. tex. commen. 80. vbi
inquit. quod subiecta quidem mate
ria, cum forma, causa est omniũ eo-
rum quæ fiunt, sicut mater. patet au
tem, ꝙ vr̃ loquitur de omnibus ge-
neratis, mater autem concurrit, tan-
H quam materia in generatione pro-
lis, vt est sententia philosophi, in lib.
de generatione animalium primo,
vnde materia, & forma, appellãtur
principia materialia generatorum,
quia sunt inexistentia generatis, vn-
de proprie elementa dicuntur. ele-
mentum enim proprie dicitur de
causis intrinsecis, existentibus in re,
vt dicit Commen. 1. phy. com. 1. li-
cet ab antiquis minus vsitate loquẽ-
tibus, dicantur principia. sicut testat̃
philosophus. 1. phy. te. cõ. 48. inquit
enim. oẽs. n. eẽnta, & ab ipsis vocata
I principia, & quãuis sine ratione, po-
nentes, tñ contraria dicũt, tanquam
ab ipsa veritate coacti. & ibidẽ text.
» com. 57. epilogans inquit. ex prædi-
ctis patere elementa non esse vnũ,
vbi Com. per elemẽta exponit prin
cipia existentia in re, & idem dicit
primo phy. com. 6. & 7.

PROPOSITIO XXXI.

*Color, & sapor, & odor sunt pas-
siones mixti corporis.*

VVlgata satis est propositio. Ta
mẽ sic intelligitur, ꝙ tales qua
litates secundæ cum causentur ex a- K
ctione primarum, sunt proprium
mixti, quia competunt soli mixto,
sicut homini esse medicum, non tñ
omni mixto hæc insunt, sunt nanq;
mixta quæ colore carẽt, & sunt mix-
ta quæ carent sapore, & quæ odore.
Nam organum visus quodcunque
ponatur esse, vel pupilla, vel humor
crystallinus, vel nerui optici, colore
carent. oportet enim organum visus
abscolor esse, vt patet. 2. de ani. text.
com. 71. & ibi dicitur ꝙ susceptiuũ
omnium colorum debet esse absco-
lor, & receptiuum soni debet esse ab L
sonum, & ibidem com. 118. inquit
Commen. & intelligo ꝙ sensus ta- »
ctus impossibile est, vt careat simpli- »
citer calido, & fridigo, & sicco, & hu »
mido, sicut fuit in visu colore, & in »
auditu carere sono, & ideo isti sen- »
sus comprehendunt sua sensibilia se »
cundum totum: sensus autem ta-
ctus, solum extrema comprehendit,
& idem dicit in commento sequen-
ti ibidem, & in tertio de anima. com
mento. 66. Amplius medicorum
sententia datur vrina sine colore, vt
testatur Auicenna in secunda Fen
primi, doctrina tertia, & est illa, quæ M
est tenuis translucens, & translucen-
tia pro certo non est, nisi omnium
colorum priuatio. & est in prom-
ptu ratio, quia color secundum Ari-
stotelem in libro de sensu & sensato,
est extremitas perspicui terminati,
modo nullum translucens est ter-
minatum, & tamen tale est mix-
tum, datur ergo mixtum sine om-
ni colore. Et idem dicendum pu-
to, de sapore, & odore, & sono.
Vnde Commentator secundo de
anima. commen. 31. inquit. quòd
sunt animalia, quædam quæ nutriũ
tur

A tur ex rebus carẽtibus ſapore, vt ſpõgia maris, quæ nutritur ex radicib⁹. Manifeſtum eſt autem, ꝙ nutrimentum eſt corpus mixtum, ſimplex.n. & purum elementum, verè nutrire non poteſt, ex eiſdem enim nutriuntur mixta, ex quibus conſtant, vt dicit Philoſophus in ſecundo de generatione, & corrup. tex. cõ. 50. Nam vt inquit. quæ vno ſolo videntur nutriri, vt aqua plantæ multæ nutriuntur, mixta eſt enim aquæ terra, ideo ruſtici tentant miſcentes irrigare.

Amplius Auer. 5. Colliget. ca. 27. inquit. non eſt neceſſe vt omne mix B tum ſaporem habeat, vt eſt demonſtratum in naturali philoſophia.

Si quis autem contra prædicta de colore inſtar voluerit, authoritate Philoſophi in libro de Senſu & Senſato. vbi inquit. oĩa corpora colore participant, ſciat ibi colorem ſumi cõmuniter pro qualibet qualitate viſibili, in quo ſenſu nos non loquimur, ſed ſermo noſter verus eſt de colore proprie dicto, qui eſt extremitas perſpicui terminati.

PROPOSITIO XXXII.

C *Cauſæ contrariæ ſunt contrariorum effectuum.*

PRopoſitio vulgata nimis, & eſt Ariſt. in. 4. methe. in tex. cõ. 40. intelligitur aũt per ſe. nam idem per ſe non erit eidem cauſa contrarii, vt ipſemet Ariſt. teſtatur ibidem in te. com. 35. per accidens autem non inconuenit, ꝙ cauſa eadem faciat contrarios effectus, ſed vnus erit per ſe, reliquus autem erit per accidens. Nã caliditas per ſe calefacit, ſed per accidens infrigidat, ſic enim eadem erit cauſa contrariorum. vt dicit Ariſto. in ſecũdo phyſicæ auſcultationis te. D cõmen. 30. Et datur exemplum de nauta, qui ſui præſentia eſt cauſa ſalutis nauis, & ſui abſẽtia eſt cã ſubmerſionis. manifeſtum eſt autem quod abſentia nautæ non eſt cauſa per ſe ſubmerſionis nauis, quia effectus per ſe poſitiuus requirit aliquã cauſam per ſe poſitiuam, talis autem cauſa ſunt venti.

Similiter eadem cauſa ſub contrariis diſpoſitionibus exiſtens, eſt cauſa cõtrariorum, ſed non eodem modo. propter illud Ariſt. in 2. de generatione, & corruptione. tex. cõ. 56. idem autẽ & ſimiliter ſe habens, ſemper aptum natum eſt facere idẽ. ſic natura per abſentiam, & præſentiam eſt cauſa contrariorum, ſic dicit in ſimili primo phyſic. tex. com. 68. ſufficiens eſt alterum contrariorum facere abſentia, & præſentia mutationẽ, quia forma ſui præſentia, eſt cauſa generationis. ſui abſẽtia vero eſt cauſa corruptionis. ADDE.

Similiter etiam locũ habet in eadem natura, & in his quę ſunt eiuſdẽ rationis. quia ſtat quod a cauſis contrariis proueniat vnus, & idem effectus, in his quæ ſunt diuerſarum rationum, & naturarum. nam coniungi ſine motu ſuo fini, competit terrę in iſtis inferioribus, ex ſui imperfectione, & hoc quidem competit abſtractis ſubſtantiis, ex ſui nobilitate, & perfectione. ſententia eſt Philoſophi, & Cõmen. in. 2. cęli, & mundi, in tex. cõm. 66. vbi ponunt entia eſſe in quatuor ordinibus, & primus, & quartus ordo, eſt illorum entium ꝗ coniunguntur ſuo fini, ſine motu, & operatione, ex cauſis contrariis; vt notat ibi Com. men. quod nota, quia ſi bene conſiderabis in ſimili multa inuenies. F

G inuenies. Similiter aduerte, ꝙ licet causæ per se contrariæ, sint cõtrariorum effectũ productiuę, tñ non est necessarium vt ab illis vniformiter se habentibus, proueniãt. nam Auic. inquit in secunda Fen primi, doctri. secunda cap. 3. de naturis temporũ. quęlibet caliditas exiccat, sed nõ quęlibet frigiditas humectat. & in eodẽ loco dicit, conuersio ad infrigidandum est leuis, & conuersio ad humectandum non est tam facilis, vnde facilius est calefactum infrigidare, q̃ exiccatum humectare. Et silr facili⁹ est repletum inanire, q̃ inanitũ reple H re, & facilius est pinguem macrũ facere, quam macrum efficere pinguẽ. Similiter causæ contrariæ sunt contrariorum effectuum. vera est propositio de causis ĩmediatis, & proximis, fallit in causis mediatis, & remotis. vnde indigestio est cã tenuitatis, & grossitiei in vrina, vt dicũt medici, quia est cã remota, & cõmunis. Amplius aũt motus cœli, & lumen, sunt causa omnium quæ sunt hic, nã 8. phy. motus cœli est tanquam vita omnium natura cõstantiũ. de lumine, & motu simul, vide in. 2. cœli in cõ. 42. & in 2. ca. de substãtia orbis.

I PROPOSITIO XXXIII.

Principia sunt tanquã locus ianuæ in domo, quæ nullus ignorat.

Propositio ista in propria forma elicitur ex. 2. primę philosophiæ per Auer. in cõ. 1. vbi etiã tex. aperte dicit, in foribus. n. quis delinquit? Animaduerte, ꝙ alia sunt principia cognitionis, alia aũt sunt principia, cognitionis & esse, sicut colligitur ex mente Cõ. in. 1. phy cõ. 8. propositio igr̃ locũ hẽt de principiis cognitionis, sicut sũt maxime, seu dignitates, & cões animi cõceptiões. Aduerte K tñ ꝙ hmõi dignitates sunt ĩ triplici drĩa, q̃dam. n. sunt cõissimę, sicut, de quolibet drĩ ee, vel nõ eẽ: & nõ cõtingitidẽ sil̃ esse. & nõ eẽ, & dñr a The. 1. poste. cap. 5. vagæ, quia oĩbus sciẽtiis sunt cões, aliquæ vero sunt cões pluribus sciẽtiis, sed nõ oĩbus, sicut ĩ mathematicis, q̃ sunt de quãtitate, vt est ista, oẽ totũ est maius sua parte, & si ab æqualibus æqualia demas, q̃ remanent sunt æqualia. tales. n. sunt cões geometrię, q̃ est de quãtitate cõtinua, & arithmeticæ q̃ est de quãtitate discreta: q̃dã vero sunt vni sciæ propriæ, sicut motũ esse. & sicut dif- L finitio naturæ ĩ sciã nãli. Aduerte ẽt quod vt inquit diuinus Boet. in lib. de hebdomadib⁹, cõis animi conceptio, est enuntiatio, quã quisq; ꝓbat auditã, & harũ duplex est modus. est nãq; vna ita cõis, vt oĩum sit hoĩum, veluti si hãc proponas, si ab equalib⁹ æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia alia est doctorum tm̃, vt, q̃ incorporea sunt, in loco non esse, talis. n. non nisi a sapientibus cõcedit̃. nã. 4 phy. in principio habet̃, ꝙ antiqui asserebant quod oĩa entia sunt ĩ loco, quia nõ entia nusquãm sunt. Proposita igr̃ propõ, locũ hẽt de prĩcipiis cõissimis, nã principia aliqua M in aliqua sciẽntia propria, quæ non sunt tantæ euidentiæ, qñq; indigent aliqua suadela. nã aliqua principia alicuius sciẽtiæ specialis inductione innotescunt, aliqua vero consuetudine, aliqua vero sensu, aliqua vero per alias vias, vt scribit Aristo. 1. ethico. cap. 10. vbi Auerr. per consuetudinem, exponit experimentũ, & per alias vias exponit iterpretationem sermonum exponentium, & viam diuisionis, & quæ similantur illi,

Alia sunt principia cognitiõis alia cognitiõis & eẽ. dignitates tripliciter.

Boetius.

Nota qũo principia diuersis modis in notescũt.

ADDI. Et talia re ctus deno minantur passiones, q dignitates: ut notat Ioan. Grã. in 1. pos.

A Illi, ficut eſt via exempli, ſicut eſt ſyllogiſmus hypotheticus, per naturã, ſicut eſt cõis hominum cõſenſus. recte.n. dubitauit Plato, vtrum a principiis, vel ad principia via ſit, vt dicit Ariſto. 1. ethico. cap. 5. nõ.n. omnia principia ſcientiarum eadem uia innoteſcunt, quędã.n. experimento, ſicut ſunt principia ſcientiarum naturalium, & ſicut ſunt principia artiũ, vt ſunt principia medicinæ, nã Ariſ. 6. ethico. inquit. ꝙ iuuenes quidem, & geometræ, & mathematici fiunt, & ſapientes in huiuſmodi ſcientiis, ad prudentes fieri non poſſunt. cauB ſa autem hui⁹ eſt, quod in ſingularibus prudẽtia ſit, per ea q̃ per experiẽtiam nobis innoteſcunt, iuuenis autem non eſt expertus: longitudo.n. tpis experientiam facit. nam & de illo quis dubitabit, quare ſit qđ puer mathematicus quidem fieri poteſt, ſapiens autem, vel phyſicus non poteſt. hæc Ariſto. vbi ſupra cap. 9. vbi clare colligitur ſcientiæ mathematicæ principia non innoteſcere experimento, ſcientiæ autẽ naturalis principia, indigere experimento. vnde Ariſt. in. 1. de generatione. & corruptione, in tex. cõ. 7. adducendo cauC ſam erroris Platonis in naturalibus inquit. cauſa autẽ quare minus poſſunt confeſſa videre, ea experientia eſt. ideo quicunq; magis inſudarũt, naturalibus, magis poſſunt ſupponere talia principia, quibus poſſunt multa complicare. qui autẽ ex multis ſermonibus eorum qui exiſtunt, in docti ſunt, & ad pauca reſpicientes facilius enunciant. & Alber. cognomento magnus in 7. primæ philoſophiæ. tracta. 1. ca. 6 aſſignãs cauſam quare in mathematicis procedimus a notioribus naturę, & nobis aliter quàm in aliis ſcientiis, inquit hoc D euenire, quia illa non ab experientia ſumant generationem. licet de hoc Diuus Tho. aliter ſẽtiat, de quo modo nolo loqui. in ſcientiis etiam factiuis, clarum eſt, ſicut eſt medicina, quomodo principia eius experimẽto ſunt pro maiori ſui parte cognita. vnde Ariſto. in proœmio primę philoſophiæ inquit, experientia fecit artem, ſed inexperientia caſum. Poſſumus etiam dicere, ꝙ principia aliquarum ſcientiarum, nota fiunt cõſuetudine, non exponendo conſuetudinem pro experimento: ſed pro conſuetudine vera, qua conſueuim⁹ E aliquid agere, & hoc locum habet de principiis ſcientiarum actiuarum, ſicut ſunt pro maiori parte principia legum, & ſcientiarum legalium: vnde de iſtis loquitur Ariſt. in. 2. primæ philoſophiæ. tex. commen. 14. vbi habet. quantam autem vim habeat conſuetudo, leges oſtendunt, in quibus fabularia, & puerilia, magis quidem valent cognitione de eis propter conſuetudinem. Sunt etiam quædam principia, & propoſitiones immediate cognitę per ſenſũ. vnde Them. 1. poſterio. cap. 5. inquit. ſunt nõnullæ propoſitiones imF mediatæ quæ ex ſenſilibus nectuntur, nam tunicam eſſe candidam, propoſitio ĩmediata eſt, ſimiliter Auer. in primo cœli, & mundi. in commẽ. 15. inquit. propoſitiones aliquę ſunt quibus nullus ſenſus, neque ratio cõtradicit. & iſtæ ſunt de quibus dixit Albumazar, quòd non inducunt ad primæ certitudinis ordinem, tales autem ſunt ſecundum ipſum propoſitiones de ineſſe ſimpliciter, vt omnis coruus eſt niger, & omnis nix eſt alba: & differentia eſt inter iſtas, &

Alb. mag.

❡ & propositiones necessarias, vt inqt ipse in primo priorum in digressione vltima, in mixtione contingentis, & inesse quia in talibus potest cogitari oppositum in futuro tempore, sed in necessariis nequaquã hoc uenire potest.

ADDI. Aduerte etiam vt dicit Boe. in secunda editione lib. Peri herm. ꝙ in propositione necessaria requiritur ꝙ prædicatum sẽper insit subiecto, & ꝙ subiectum sit sempiternum, & ideo ista, ignis est calidus, non est ne„ cessaria, propterea quia substantia „ ignis extingui potest, sed ista, cęlum „ mouet, est necessaria, qa ibi vtraque H ratio concurrit. Sic igit aliqua principia immediata innotescunt sensu, & aliqua consuetudine, & propter hoc Arist. 1. topi. dixit cap. 4. qui dubitant, vtrũ deos uenerari oporteat, vel parentes amare, vel non, pęna indigent, qui vero, vtrum nix sit alba, aut non, indigẽt sensu. cultus. n. dei, & amor parentum, sunt principia in lege, roborata consuetudine, & ideo a legislatoribus, posita est pęna corporis afflictiua. niuem autem candidam esse, cognitum est sensu, & motum esse, etiam patet ad sensum. vnde Arist. 8 physicæ auscul. tex. com. I 22. contra Zenonem negantem mo„ tum inquit. omnia igitur quiescere, „ & huius rationem quærere, dimittẽ„ tes sensum, infirmitas quædam est intellectus. Aduerte igitur, ꝙ principia communissima quæ habent euidentiam ex terminis, & principia cognita per sensum, per rationem intrinsecam, negari nõ possunt, sed solum ore, vt dicit Arist. 4. meta. text. cõ. 9. alia tamen principia minus cõmunia, & quæ non sunt per sensum cognita, a multis hominibus non re-

Nota etiã pp quam multi nõ assentiunt principiis scientiarũ

cipiuntur, & hoc vt inquit Cõmẽ. 1. K cęli, & mundi. com. 22. cõtingit aut propter diminutionem contingentem in natura, aut propter paucitatẽ exercitationis, aut propter pessimã consuetudinem, quæ radicata est in eis. consimile dicit in. 2. phy. cõ. 6. & 2 meta. tex. cõ. 15. Prima causa prouenit ex impedimento naturæ, quia aliqui hñt cogitatiuam praue dispositam, quæ est ministra, intellectus, sine qua nihil intelligit anima, vt dicit Arist. 3. de anima tex. cõ. 20. & iõ non est vera ex tota sñia Senecæ dicentis. si pulcher es, lauda naturam: si diues es, lauda fortunam: si sapiens es, lauda teipsum. immo si sapiens es, L principaliter lauda naturam: nam ut inquit Victorinus, natura facit habilem, ars facilem, vsus vero potentem & 1. ethicor. capi. 5. auctoritate Hesiodi, sunt tria genera hominũ, quidam enim ex temperantia complexionis omnia ex seipsis noscere possunt, alij vero non ex se, sed ab alijs. nõnulli vero sunt adeo inepti, quod nec ex se, nec ab alijs possunt addiscere. vnde Arist. in 2. de anima. tex. com 94. duri carne inepti mente, molles autem carne, bene apti mẽte. Secunda causa est propter modicam exercitationem, & hoc vel in lo M gica, sicut contingit antiquis, de quibus loquitur Arist. 1. phy. tex. com. 71. & Commen. in com. inquit. antiquis contingit ista. q. & non potue„ runt eam dissoluere, propter pauci„ tatem exercitationis in dialectica, & „ Boe. super Porphyrio, de eisdem loquens, inquit. quare necesse erat eos falli, qui abiecta disserendi scientia, de rerum veritate perquirerent. vbi animaduerte, ꝙ circa principia scientiarum, per syllogismum falsigraphum,

Contra Senecam.

Tria gñа hoiun.

A phum, qui peccat contra formã syllogismi, possunt errores multi contingere, ex logicæ ignorantia. similiter potest contingere hoc ex modica exercitatione in aliqua sciẽtia speciali, quod homo non recipit principia illius scientiæ, & per consequens multum errat in illa scientia, q. a paruus error in principiis, fit maximus in fine, vt dixit Aristot. in. 1. cœli, & mundi in tex. com. 33. ibi etiam dicitur. si quidem qui modicum transgressus fuerit a ueritate discedens, fit longe plus decies millies, & Cõmen. dat exemplum de iter agente, qui errauit in principio itineris, & iõ quanto magis pergit, tanto magis in errore perseuerat, & ideo iubebat Plato, quod prolixus sermo haberetur de principiis. vt inquit Commenta. tertio de anima com. 4. vnde Auerr. 3. cęli com. 67. cõtra Auic. inquit. paucitas exercitationis istius viri in philosophia, & bona confidentia in proprio ingenio, deduxerunt ipsum ad manifestos errores. ita ex parua exercitatione, in naturalibus damnatur Plato ab Arist. in. 1. de generatione. sicut supra dictum est, nã Plato multum uersabatur in scientiis mathematicis, & ex causis intelligibilium volebat assignare causas sensibiliũ, vñ tertio cęli. tex. cõ. 61. amor geometriæ, & magistri, fuerunt causæ erroris Platonis. Tertia causa propter quam non recipiuntur principia huiusmodi, est consuetudo, de qua vide Arist. in 2. met. te. cõ. 14. & Auer. plerunq; de hoc loquitur. Sed dices cum scientiarum principia non demonstrentur in scientia, quomodo igitur ex ignorantia logicæ potest aliquis nõ obedire principiis alicuius scientiæ? Nisi esset, quod hoc est ex malo intellectu principiorũ, intellectus enim sic per accidens, potest errare circa principia, quia non intelligit illa eo modo, quo debent intelligi, & talis error est post principia, & artifex specialis põt soluere rationem illam quæ procedit ex malo intellectu principiorum, factam per syllogismum falsigraphum, ostendendo quomodo sint intelligenda, licet nõ possit soluere rationem, quę aperte procedit ex oppositis primorum principiorum in illa scientia, sicut colligitur expresse ab Arist. in. 1. physicæ auscultationis. in tex. cõ. 11. vbi inquit, simul aut neq; conuenit omnia soluere, sed quæcunq; ex principiis aliquis demonstrans mẽtitur. quæcunq; uero, nõ minime. & ideo propter malum intellectum principiorum in aliqua scientia, ex ignorãtia logicæ, potest aliquis non assentire principiis illius scientiæ, & errare multum in illa scientia. vnde aliqui in philosophia naturali negauerunt generationem, non intelligẽtes qualiter ex nõ ente aliquid fieri potest, vt dicit Arist. propter æquiuocationem latitantem inter non ens simpliciter, & non ens secundum quid, & propter etiam multiplicitatem inter fieri ex non ente, vel ente, aliquid per se, aut per accñs, vt patet. 1. phy. tex. com. 71. vsq; ad tex. com. 78.

Obiectio. Solutio.

Aduerte etiam vnum speciale, de principiis scientię naturalis, quòd vt inquit Com. 1. cœli. com. 90. propositiones naturales duplici de cã dubitabiles fiunt, vel quia aliqui enutriti in opinionibus falsis non possunt assẽtire principiis veris philosophię: vel quia aliqui existimant q; principia eius debent esse tantę certitudinis, sicut principia geometriæ. contra

G tra quos Aristo. in 2. primæ philosophiæ. tex. com. 16. inquit. acribologia mathematica, non in omnibus est expetenda. nam vt scribit Philosophus in primo ethi. ca. 2. eius qui » eruditur interest in vnoquoque ge- » nere, eatenus certitudinem exigere » quatenus eius natura rei recipit simile. quippe vt a mathematico persuasionem recipere, & ab oratore demõstrationẽ requirere, ita ẽt inquit Boe. in 1. de trini. Disciplinati hominis est in vnoquoq; gñe certitudinem quærere, sm quod natura subiecta postulat. Dicamus igitur, principia

Súma totius limitationis. H

illa esse tanquã locum ianuæ in domo, quem nullus ignorat, quæ sunt principia cognitionis communissima, quæ solũ ex notitia terminorũ cõissimorũ, euidentiã hñt, vt de quolibet dr̃ esse, vel non esse, & sicut sunt principia, quæ ex ipso sensus testimonio, habent euidentiã, sicut motum esse, & multitudinẽ entium esse in naturali philosophia. sunt. n. ista in illa scientia principia cognitionis, vt patet ab Auer. 1. phy. cõ. 11. fallit autem in aliis principiis scientiarum specialium, quæ indigent aliqua innuitione, & superficiali declaratione, quemadmodum est diffinitio na-

I

turæ, quæ est de principiis positis in naturali philosophia. quæ licet non demonstrari possit, quia non est de numero propositionum, quæ sunt ignotæ naturaliter, nec de numero illorum principiorũ, quæ ex sola notitia terminorum euidẽtiam habẽt. sed est de numero eorum, quæ indigent aliqua innuitione seu suadela, & ita declaratur per syllogismũ hypotheticum, per naturam in quo, vt inquit Auer. in lib. 1. prio. in speciali digressione, quã facit de syllo hypotetico, antecedens est per se notũ: & 9ñs est notũ, & tota illatio est nota, & sua natura est, vt assumatur in declaratione illarum propositionũ, quæ sunt latẽtiores primis cognitionibus, & apertiores primis qõnibus, modo loquendi Auerr. in 1. cœli. & mundi. in cõ. 2. & in. 2. ph. cõ. 3. & 6. phy. cõ. 41. & ita etiam dicit in libro priorum. in loco prçallegato. similiter etiam ex nihilo nihil fieri, est de numero istorum principiorum, quç indigent aliqua ĩnuitione, quã diffuse prosequutus est Lucretius in primo libro, sicut etiam est contingentiam esse, quæ ab Arist. persuadetur aliquibus rationibus hypotheticis,

In primo pihermenias. L

ducẽtibus ad inconueniens, quia nisi daretur contingentia in entibus, periret, sicut asserit consilium, & non oporteret cõsiliari de futuris, nec negotiari, & multa in simili deducit. tales autem persuasiones non simpliciter deducunt ad aliquid, quod ex natura rei sit magis impoße, q̃ fuerit hypothesis data per aduersarium, sed solum deducunt ad aliquid impossibilium, quod est manifestius quo ad nos, uel quo ad hominẽ, contra quẽ adducuntur, & ideo non probãt simpliciter, sed faciunt aliquam fidem, vel innuitionem, non enim omniũ est demõ: vt dicit Arist. 1. posteri.

M

& 4. meta. tex. comm. 9. ineruditi est nõ cognoscere, quorũ oportet quærere demonstrationem, & quorũ nõ oportet, & tale genus hoĩum: ut inquit Auer. in. 2. phy. cõ. 6. nunquam potuit philosophari. nec poterit, nõ. n. quilibet est aptus ad philosophandum, & vt est in prouerbio. non cuiuis licet nauigare Corinthum.

Sed tunc est difficultas, quia scribit Cõ. in 3. de anima. cõ. 36. q̃ nescimus ADDI.

A scimus quando, & vnde, & quō adueniat nobis cognitio primorū principiorum, male igr̄ dr̄ ꝙ sunt sicut locus ianuæ, quē nullus ignorat. Nisi esset, ꝙ hoc intelligitur in prima cognitione naturali, nā vt scribit Aris. in calce. 2. poste. in tex. 27. nō acquiritur cognitio vniuersalis in nobis, ꝙ est principium artis, & sciētiæ, nisi per inductionē, cuius assumptiones affirmat sēsus, & vt inqt lucidis. The. intercedit magnū tpis interuallū, vt id quod in singularibus diffusum, atq; dispersum est, intellectus, cuius officium est, vt inquit Plato, infini- B bilia fini coniungere, ad vnū colligere pōt. & ideo non aduertimus qn̄ talis natura principiorū fiat in nobis. & dat exēplū pulchrū Them. de intellectu ibi, ꝙ ē sicut est de hoīe, qui in infantia non pōt gradi, & paulatim perficitur. & tu vide ibi, & considera de exemplo sicut nosti, quia videtur esse etiam sententia Aristo. in problematibus.

PROPOSITIO XXXIIII.

Substantia prima de nullo prædicatur.

C Propositio est Philosophi in 7. meta. in t. c. 7. vbi dr̄, subiū uero dr̄ de quo alia dn̄r, & illud ipsum non adhuc de alio, vbi Cōmenta. & alij expositores intellexerunt per subiectum, substantiam primam, quia eadem est descriptio, q̄ etiam dedit in prædicamētis. ibi. n. dicitur quod a pr̄ia subā nulla est prædicatio, sed oīa dn̄r de illa. Limitat autem Beatus Tho. istam propositionem ibi, sic quod indirecte nihil prohibet, & per accn̄s, subām primam prædicari de alijs, vt homo est sortes, & album est sortes, aut animal est sortes, quia id quod est animal, aut homo, aut album est sortes, & subdit ꝙ prima substantia per se de alio nō prædicatur, tn̄ bene per se de se ipsa prædicatur, vt sortes est sortes, & ita ēt dicit Porphyrius, ꝙ indiuiduum de uno solo prædicatur, & videtur ēt esse sententia Boethii dicentis, ꝙ nulla est verior propō, q̄ illa in qua idem de seipso dr̄. Tn̄ salua reuerentia, non vr̄ ista sn̄ia vera esse, nā Peripatetici antiqui distinguūt de prædicationibus, & dn̄t ꝙ aliqua est naturalis p̄dicatio, & aliqua est nō nālis, sicut scribit Cō. in 7. meta. cō. 59. Nālis aūt p̄dicatio est qn̄ in propōne subiicit̄ id quod dēt subiici, & prædicat̄ id quod dēt prædicari. Non naturalis vero, est opposito modo, videlicet, qn̄ in propōne id quod debet prædicari, subiicitur, & id quod deberet subiici, prædicatur. Pro quo debes scire, ꝙ subiectū in propositionibus, hēt modum materiæ, & prædicatū hēt modum formæ. nā propositiōnes a prædicatis specificantur, & quia respectus inferiorū ad superiora, & respectus subiectorū ad accn̄tia, est respectus materiæ ad formam. nam superiora continent, & inferiora continentur: respectus autem continentis ad cōtēta, est respectus formæ ad materiam: vt dicitur in 4. physico. tex. commen. 49. & 4. cœli, & mundi, tex. com. 34. & 35. & primo de generatione, & corruptione. tex. cō. 50. respectus etiam subiecti ad accidentia, est respectus materiæ ad formam, sicut scribit Cōm. in. 4. meta. com. 2. & ideo quotiescunque prædicantur superiora de inferioribus, aut accidentia, vel propria vel communia, de subiectis, illę p̄dicationes sunt

Margin notes: Beati Tho. limitatio. — D Cā de sp̄e. — Impugna. — E Prædicatio duplex — ADDI. Vide pulchre pro hac distīōne lucidis. Themi. in 1. post. ca. 38. vbi d. ꝙ prędicatio alia secundū naturā, alia pter nām, & illa quę est pter — F nām non meret̄ appellari p̄dicatio.

G sunt naturales,&propositū, quoties prędicatur inferiora de superiorib', aut subiecta de accidentibus, illę prędicationes sunt nō naturales, sed sūt indirectę, & per accidens. & ideo Porphyrius dixit, semper enim superiora de inferioribus prædicantur, aut æqua de æquis, inferiora vero de superioribus non conuertuntur, non solum quia conuertibiliter non verificantur, quia licet omnis homo sit animal, non omne tamen animal est homo, tamen vna etiam uera, & naturalis prædicatio. alia autem nō naturalis. & licet vniuersalis affirmatiua conuertatur in partem, tamen

Cl de spe.

H vna est sm naturalem prędicationē, alia vero est non naturalis, & similiter quando propositio secundi modi conuertitur, non conuertitur in propositionem per se, nec in eodem modo nec in alio modo perseitatis, quia propositiones per se, non conuertuntur ex. 1. posterio. in illo cap. de statu prædicamentorum. non loquendo de conuersione quæ est passio propositionis, sed de conuersione in per se. Vnde ista, homo est risibilis, est per se in secundo modo, sed conuersa, risibile est homo non est nec in secundo, nec in pri-

I mo, quia homo cadit tanquam additum in diffinitione risibilis, & nō est de substantia eius, sicut sunt prædicata primi modi, vnde Commē in 2. de anima com. 67. ponens differentiam inter primum modum dicendi per se, & secūdum inquit, ꝙ in primo modo prædicatum est causa subiecti in secundo modo, subiectum est causa prædicati. Si igitur propositio p se, secundi modi conuerteretur in propositionē per se primi modi, accideret idē per se respectu vni', & eiusdem esse per se causam, & effe- K ctum, quod non capit intellectus.

Euasio Nec valet, si dicatur ꝙ non inconuenit ꝙ idem respectu eiusdem sit causa, & causatum in diuersis generibus causatum, & secundum diuersos modos, quia hoc non iuuat in casu nostro, quia sumo istam, homo, est risibilis, ista est secundi modi, & secundum Auer. subiectum est causa prædicati, & patet ꝙ non est nisi in genere causæ materialis. nam vt dicit substantia nō est causa accidentis, neq; sm agēs neq; sm finem, sed quia cōstituuntur per illam, & est subiectū eorum: tunc igitur sumo istam, risibile est homo, ista parte est primi L modi, & prædicatum in propositione primi modi, est cā subiecti, quæro in quo genere causæ, si dicas formalis, hoc falsum est, quia subiectū non est forma accidentis, prædicata autem primi modi, si sunt causæ subiectorum, maxime sunt in ratione formæ, quia. 2 physic. tex. cō. 28. partes quæ sunt in ratione, sunt in forma. vbi Cō. inquit. ꝙ diffinitiones componuntur ex forma uniuersali, quæ est genus, & ex forma propria, quæ est differentia. &. 7. meta. text. com. 35. partes diffinitionis sunt for M mæ tantum. cum igitur subiectum non sit forma accidentis, non prædicatur igitur per se in primo modo de sua propria passione. quod si dicas, ꝙ subiectum adhuc dum prædicatur de propria passione, est causa vt materia respectu propriæ passionis, sicut erat dum propria passio prædicabatur in secundo modo de ipso, tunc igitur perit differentia posita per Auerro. inter primum modum, & secundum, quia eadem remanet habitudo.

Et

A Et confirmatur quia propositio-nes per se primi, & secundi modi, per in se, sunt solũ quæ ingrediuntur in demonstratione simpliciter. nam quæ neutraliter insunt, accñtia sunt, & per consequẽs oportet ꝙ tales propositiones, cum deseruiant demonstrationi, simpliciter debent esse naturalis prædicationis, in quibus cogitatio hominis cadit per naturam. nã si quarta figura fuit omissa ab Arist. in libro priorum, vbi traditur ars syllogizandi simpliciter, quia humana cogitatio in ea naturaliter non discurrit, quanto magis omnia quæ sũt præter naturæ ordinem, in discursu B debent remoueri a discursu demonstratiuo, per quem paratur sciẽtia in nobis. Confirmatur, quia Commẽ. 4. physi. com. 33. reddit causam pulchri problematis in logica, propter quid in materia conuertibili cũ syllogismi facti ex ambabus affirmatiuis ĩ 2. figura fieri possint de forma, in prima figura per conuersionem maioris propositionis in terminis, Aristo. has rationes plerunque non adducit in figura prima, cui ex forma syllogizandi, competit ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis syllo-C gizare, sed adducit eas ĩ figura. 2. cui non datum est ex forma, sed ex materia tantum, & soluẽdo inquit. qñ cum tales propositiones componuntur in figura prima: tunc maior propositio erit prędicabilis, non fm naturam, & ideo componuntur in 2. figura. & ita patet quia impossibile est in talibus propositionibus per se, dum conuertuntur remanere naturalitatem in vtraq;, quia si conuersa est naturalis, conuertens non est naturalis, & sine dubio, istæ propositiones secundi modi dicendi per se,

ADDI. Vid Boe. pñtis in illa maxia. Diuerso-rũ gñum, & non subalterna-tim posi-torũ. &c.

No. solu-tioné pulchri pro-blematis in logica.

non conuertuntur in alias quæ sunt D per se, nec in eodem modo, nec in alio, vt probatum est. Præterea. Ad principale Com. in 1. priorum in digressione de 4. figura cõtra Gal. infert, ꝙ si daretur. 4. figura, sequeretur ꝙ idem prædicaretur de seipso, quod est in fine abominationis, & 10. met. com. 8. contra Auicẽ. habet ꝙ in propositione in qua idem prædicatur de seipso, non est subiectum, neq; prædicatum, & est nugatoria. Idem. 4. meta. cõ. 1. Et ideo ad authoritatem Porphyrii dicentis indiuiduum de vno solo prædicari. dico ꝙ verum est, tamẽn non dixit Porphyrius, ꝙ naturaliter, & per se indi-E uiduum de se ipso prædicatur.

ADDI.

Confirmatur. ex expressa sententia Philosophi in primo posteri. 36. vbi expresse dicit. Amplius autem si nõ est hoc huius qualitas, & illud huius, neq; qualitatis est qualitas, impossibile est retrouersum prædicari inter se sic, sed verum quidem contingit dicere, retrouersum prædicare, non contingit uere, vbi expresse dicitur, ꝙ aliqua prædicatio est vera licet non sit propria, & naturalis, vt inductiue in multis declarat Ioã. Grã. ibi, & ibi, signanter dicit quod F ista, risibile est homo, est uera, sed non est propria nec naturalis prædicatio, & per ɔñs nõ est ꝑ se in aliquo mõ, nã tales excludunt a demr̃one, vt patet ꝑ Philosophũ illo ca. vbi op̃ dit statũ in ꝑdicatis. Ad authoritatẽ Boe. r̃ndetur ꝙ penes aliud attẽditur veritas propõnis, & penes aliud naturalitas ꝑdicationis. nam ꝑ Arist. in lib. periherm. & in prędicamẽtis, ex eo ꝙ res est, aut nõ est, redditᶦ oratio vera, aut falsa, vñ dicimus ꝙ veritas propõnis affirmatiuę, attenditur pe-

Penes aliud attẽdiᵗ veritas ꝑpõnis, & penes aliud nãlitas prædica-tionis.

G nes identitatem prædicati ad subiectum,& quia vera,& maxima identitas est eiusdē ad seipsum. propter hoc dixit Boe. ꝙ verissima est propositio, in qua idem de seipso dr, tñ ista prædicatio, nō est naturalis, quia idē respectu, sui met non pōt habere sm naturam, respectum materiæ ad formā,& recepti,& receptibilis, quia ista sunt primo diuersa sm naturam,& in fine remotionis: ideo Auerr. vult ꝙ sit in fine abominationis, vt idem de seipso prædicetur, & ideo Aristo. animaduertens ad hoc, dixit in prædicamentis, ꝙ a prima substātia nulla est prædicatio, videlicet per se, &
H naturalis. vtrum autem indirecte,& per accñs contingat vt aliquo modo prędicari possit, hoc est, ꝙ non curat ars, neq; sciā, quia ista sunt extranea a prima scię intentione.

Primo priorum in cap. de inuentione medii, habet ꝙ singulare, per accidens prędicatur solum, vt hoc album est callias. Sed est obiectio cōtra prędicta. nam Arist. 5. meta. cap. de secundum quod. & est t. c. 23. vbi dr ꝙ homo sm se est homo.

obiectio.

solutio.

Ad hoc respōdetur, ꝙ ille modus non est per se prædicādi alterum de
I altero, quia teles sunt primus,& secūdus modus dicendi per se, de quibus ibidem meminit. & etiā in 1. poste. in cap. de per se, sed talis modus dicitur per se, per negationem alterius causæ. vnde litera ibi dicit, hominis multæ sunt causæ: animal, bipes, attamen homo sm se est homo. Et iō opinio formalizantiū in hoc non est tenenda, qui volunt ꝙ propositio in qua idem prædicantur de seipso, sit in 1. modo dicendi per se, quia volunt ꝙ propositiones primi modi sunt in quatuor gradibus constitutæ. In primo gradu sunt propositiones in quibus superius in quid prædicatur de suo inferiori, vt genus de specie: vel sicut ens de Deo,& creatura. In 2. gradu, sunt propositiones in quibus prædicantur quiditatiua prędicata in quale, sicut quando prædicatur differentia de specie. In 3. quādo tota diffinitio prædicatur de diffinito In 4. quando idem prædicatur de seipso. Auer. autem & antiqui Peripatetici, uolūt prædicata primi modi dicendi per se, esse solū tribus modis. vnde Com. 7. meta. com. 11. inquit ꝙ primus modus prædicabiliū essentialiter, continet tria, genus,& differentiam, & totam diffinitionē,
L quæ diffinitio est idem cum substantia rei, & vniuersaliter prædicabilia substantialia sunt illa quæ adunantur cum subiecto, & adunantur adinuicem, & accidentalia econuerso, & Imorari in hoc amplius est superfluū.

Cōtra formalizātes

K

ADDI.

Sed est instantia. nam Arist. in fine. 2. libri periher. inquit. ꝙ ista, bonum est bonum, est vera per se, sed ista, bonum nōn est malum, est vera per accidens. & per consequens propositio in qua idem prædicatur de se ipso, est per se,& non nisi in primo mō, quare, &c. Respondetur ꝙ ly, per se sumitur ibi, vt distinguitur contra
M per accidens, vt ly, per accñs, ibi stāt pro illo, ꝙ secundo loco est tale, vt bene nōtat ibi Boe. nam principaliter, per naturam propriam primō, bonū est bonū,& secundo, bonū nō est malum, quia omnis negatio vera est, propter aliquam affirmationē priorem, quæ vera est. nam quia homo est homo, ideo homo nō est asinus. non sumitur igitur per se,& per accidens, vt sunt notæ determinantes inhærentiam prædicati in subiecto,

A cto, vt in libro posteriorum sed vt dicunt aliquid, primo & secundo loco, tale, aut tale esse.

PROPOSITIO XXXV.

Si unũ contrariorũ fuerit in rerũ natura, erit & reliquum.

PRopositio ista est Arist. in 2. coeli & mundi in tex. com. 18. Aduerte ꝙ contrarietas quandoque sumitur cõmuniter, & sic se extendit ad opposita secũdum priuationem. & habitum, quandoq; sumitur proprie, & sic est inter formas positiuas. B distinctio est Auer. in 1. phy. cõ. 41. dico tunc ꝙ non habet locum propõ Philosophi in contrariis cõmuniter dictis, sicut sunt habitus, & priuatio, quia non oportet si finitum sit, qđ infinitũ sit, & si est plenum, nõ oportet ꝙ sit vacuum, sed intelligitur in contrariis proprie dictis. nã talia sũt ad perfectionem vniuersi, & vniuersum perfectum est, & ideo si vnum contrariorum fuerit in rerum natura, oportet quod sit reliquum. Hẽt etiã veritatem fm physicam consideratione. fallit autem propositio, secundum logicam considerationem. C nam Arist. in prędicamentis. inquit. in sermone de oppositis, non oportet si vnum cõtrariorũ fuerit, quod sit reliquum. nam si omnes homines sint albi, nigrum nõ erit. nã hoc est fm diuersas considerationes. naturalis. n. sequitur naturas rerum, & perfectionem vniuersi cõsiderat. & sic verum dicit. quia quęlibet forma contraria, positiua, est de perfectione vniuersi, & ideo vna existente, debet esse altera: sed logicus sequit ĩmaginationem rationis, secundum possibilitatem logicam, quæ est res habens latitudinem satis amplam, & sic D dicit non implicare contradictionẽ, vno existente de numero contrariorum, aliud non existere, & in multis consimilibus, aliter dicit artifex rõnalis, & aliter artifex realis. nã Aristo. in prædicamentis. in cap. de quantitate considerans quantitatem secundũ simplicem considerationem, dixit, quantitati nihil cõtrariari: sed naturalis qui considerat quantitatem, vt est terminus motus, dicit in ea esse contrarietatem fm perfectum, & imperfectum: ut patet 5. physi. tex. cõ. 18. & vnusquisq; verum dicit secundum suam considerationem. & E hoc etiam inuenitur in alijs sciẽtiis, nam naturalis dicit motui circulari non inesse contrarium, & geometer imaginatur in motibus circularib9 contrarietatem, vt patet 1. cœli, & mundi. com. 32. & multa consimilia inuenies, in quibus diuersæ scientię secundũ diuersas abstractiones, diuersa dicunt.

ADDI. Immo et sciæ rõnales in plerisq; dissentiunt, nam fm logicum teste Philosopho in secũdo periher. transposita nomina, & verba, idem significant, sed fm oratores, & poetas, trãspositio nominum & verborum, ma F ximam varietatẽ causat: vt notat ibi Boe. Ampli9 nomina synonĩa apud oratores vsui sunt, non aũt apud demonstratores 1. physico. com. 1. ita etiã de metaphoris. 3. de anima. cõ. 5. & 2. posteriorum.

PROPOSITIO XXXVI.

Materia negatione cognoscitur.

PRopositio Aristot. est in 10. primæ Philosophiæ. tex. com. 24. Aduerte igitur, ꝙ materia duplex

G est.prima & secunda materia, prima est natura; sed materia secũda est naturatum, siue habens naturam, prima.n.materia est substãtia simplex, sed secunda est substantia composita ex materia & forma, siue sit materia alterationis tm̃, siue sit materia alterationis, & compositionis simul. propõ igr̃ veritatem habet de prima materia principaliter, vt dicam. Sed est difficultas, quia Arist. 1.phy.tex. cõ.69.inquit. subiecta quidem natura scibilis est per analogiam ad formam, quõo igitur materia negatione cognoscitur? Nisi esset ꝙ duplex est notio materiæ: Vna quam dat prima nostra cognitio naturalis, quæ a sensatis & nobis notioribus proficiscitur, iuxta illud Arist.in.1.phy. te. cõ. 2. innata est nobis via a notioribus nobis, ad notiora naturæ, & quia transmutatio substantialis, est operatio materię vt subiecti, vt inquit Cõ. 1.cœli com.20.& etiam 7.meta. cõ. 9.& 8.meta.cõ.12.ideo naturalis, cognoscendo materiam per transmutationem substantialem, ꝑ analogiã cognoscit eam ad formam, vel ad habens formam, vnde.7. meta. tex.cõ. 7.dicitur, ꝙ materiam est veluti æs. I nã sicut se habet æs respectu statuæ, & vniuersaliter materia rerum artificialium ad formas artificiales, ita se hēt materia.prĩa ad fořas naturales. vñ materia in hac prima cognitiõe, & primo occursu de se cognosci nõ põt. vnde Arist.in.7.meta.tex. com. 35.materia ſm se, est ignota.& reddit causam Cõ. de hoc in 1.phy. cõ. 69.dicens, ꝙ quia prima materia nõ habet quiditatem, in actu intellectã ab ea, ideo nũ est nota de se. nam sicut supra dictum est, actus qui est quiditas est ratio propter quam aliquid est primo intelligibile. sed qa K materia est primo diuersa a forma, quæ est quidditas, quia non est forma, nec habens formam, ideo de se est ignota, & non cognoscitur in prima cognitione naturali, nisi per formã, vel in habitudine ad habens formam. Et talem cognitionem habet naturalis de materia. uam vt a naturali materia consideratur, dr̃ relatiue ad formam, sed post quam materia sic innotuit ĩ naturali philosophia, sciã diuina habita ista cognitione a naturali, quia vt inquit Cõ. 1. physi. cõ.vlt.& 7.meta.cõ.9.esse ꝑimæ materiæ nõ nisi via trasmutationis substantialis, L & per ꝯñs medio naturali potest innotescere, tunc diuinus cõsiderat ipsã in se, vt est ens, & vt est substantia, quæ non est forma, nec habens formam. & est sic concepta ꝑ negationem cuiuscunque formę, & cuiuscunq; priuationis.sic.n. materia negatione cognoscitur. vñ Cõ. ibi in cõ. inquit. materia negatione cognoscitur, cum dicitur, materia est priuatio formæ. intellectus.n. vt scribit Com. 12.meta.c.39.innatus est diuidere adunata in esse, sicut diuidit materiam a forma, & isto modo materia intelligitur esse vna nu- M mero, vnitate numerali, priuatiue, non positiue: sicut sortes positiue, dicitur vnus numero, ab vna fořa dante sibi vnitatem, sed per carentiam formæ dantis talẽ vnitatem, dr̃ materia vna numero. & ista considera- tio de materia, vt inquit Cõm. pertinet ad primum Philosophũ, & isto modo materia non habet esse, nisi in anima. nã manifeste patet, ꝙ materia extra animam non inuenitur cum priuatione omnium formarũ, quia tũc quod non est in actu, esset in

Dificul.

Solutio.

A in actu 2.phy. cō. 12. sed intellectus potest intelligere materiā, per priuationem oīum formarū, quia intellectus est altior virtus, q̄ sit natura, & multa pōt diuidere, quæ natura non pōt. & hoc dicit Cōmen. 12. meta. c. 14. sicut distinctissime deinde repetit in lib. de Substantia orbis. non est autem intelligendū per illa verba, ꝙ materia de se ens non sit, aut essentia, sed per formam, vt quidam male interpretati sunt. nā licet materia nō sit in effectu, aut in actu, nisi per formā, tn̄ essentia materiæ, est alia ab essentia formæ. nō. n. forma causa est,
B ꝙ materia sit materia, licet forma sit causa ppquam materia existit, vnde Boe. in lib. de vnitate & vno, oē esse est a forma. quod Philosophi describentes dixerūt, esse est existentia formæ in materia. Et aduerte, vt aliàs dixi, ꝙ omnis cognitio quam habet naturalis de materia, est relatiua. sic enim Arist. dixit in 2. phy. tex. c. 26. materia relatiue dicitur ad formam.
Dubium. Sed cōtra hoc quidā dubitauerunt. nam ista materia, est materia, est naturalis. nam si ista pertineret ad diuinū, tunc diuinus cognosceret essentias rerū in particulari. Amplius Cō.
C expresse. 7. meta. cō. 9. dicit ꝙ naturalis cōsiderat de prima materia, ut
Solutio. materia est. Nisi esset, quod vt dicit lucidiss. Them. in digressione de potentia, & priuatione materiæ primo phy. nomen materiæ, relatiue dicit. nā materia est ex quo fit aliqd, vt in existente, & ut dicit, nomē materiæ respicit futura, sed nomē subiecti respicit præsentia, materia. n. qualitatibus sensibilibus informata, ex materia, auctoritate Boe. trāsit in subiectū. nam æs ex quo statua fieri potest, materia dr̄ statuæ, vt aūt stat sub forma statuæ, dr̄ subiectū, & ideo bene materia, vt materia, ptinet ad naturalē, quia est adhuc materia foræ, & dicit adhuc relationem ad formā.
D
Vnde Cō. in eodē cō. 9. 7. meta paulo infra declarās quō prima materia cognoscitur à naturali, inquit, quod materia cognosci ta naturali, vt est principium transmutationis. Patet autem, ꝙ ista est consideratio relatiua, sed diuinus ēst, qui solus pōt cognoscere materiam sub rationibus absolutis, & transcendentibus, dum considerat ipsam inquantum ens, inquantum substantia etiam, considerat ipsam inquantum est in potētia,
ADDI. Hoc idem her ex sententia Aue. in 1. physi. c. 67. mā nūeta tui in entib⁹, licet nō sit aliquid in actu fmq̃ materia.
E
vt dicit ibidem. nam potētia, & act⁹, sunt de dfiis entis, vt patet. 9. meta. tex. cō. 1. tamē naturalis considerat ipsam magis limitate, vt est ens ī potentia per transmutatiōnē, nam cū materia fm̄ esse reale quod habet extra animam, cum habeat entitatem diminutam, & potentialem, fm̄ quā non potest per se existere proprius, & adæquatus conceptus eius, est ille quem habet naturalis, licet in relatione consistat, licet entitas materiæ in sua prima notione sit ens per se. i. absolutum, quia est substantia, & sic pertinet ad diuinum, ut dicit Cō. 2. phy. cō. 4. & 21. & in plerisque aliis locis. Sed est dubium de forma, an
F
Difficult. vt a naturali consideratur, semper relatiue cōsideretur, & videtur per auctoritatem Philosophi in 2. ph. tex. cō. 26. ꝙ sic. Amplius est auctoritas Cōmen. 4. phy. cō. 16. scire quiditates vltimorum principiorum, est difficile, & scire materiam sine forma, aut formam sine materia, est impoßē. Ex aduerso autē est auctoritas Cō. 7. primæ philosophiæ. cōm. 8. in calce cō. vbi inquit. & cū induxit ratioci-

G tiocinationes, ex quibus apparet ꝙ „ materia est magis substãtia, & dixit, „ sed impos͏̃e est, vt materia sola sit sub „ stantia, cũ opinatur ꝙ intẽtiones se- „ parabiles in intellectu. s. quę non in- „ telliguntur in respectu aliorum, sed „ quæ intelliguntur per se, sunt magis substantię, & ideo existimatur ꝙ for ma sit & in substantia, cum sit quiditas quam significat diffinitio. vbi patet, ꝙ forma est de numero eorum „ quæ intelliguntur per se, & nõ in ha- solutio. bitudine ad aliud. Et licet magnus Albert. hoc derelinquat sub dubio, tamen vr̃ mihi, ꝙ idem sit vtriusq; iudicium in hoc, quia forma nõ consi H deratur a naturali, inquantum substãtia, nec inquantũ ens, vt patet 12. meta. 5. & 6. cõ. sed consideratur vt est principium, aut terminus transmutationis, & per consequens relatiue concipitur, nec diffiniri potest sine materia, forma naturalis, vt dicit Com. 1. de anima cõ. 16. & patet manifeste in diffinitione animæ, in quã ponitur corpus organicum. Ad auctoritatem igr̃ Cõ. dico ꝙ substantia formę est magis independens, quam substantia materię. nam materia est propter formam, & intelligitur pro- I pter formã, non sic autem est de for ma. materia. n. est propter formam, non forma propter materiam 2. ph. tex. cõ. 91. vnde Auic. 5. suæ meta. dicit materia est materia formæ, sed nõ est cã for͏̃æ, licet Auer. illud qñq; cõcedere videat͏̃, vt patet 1. physi. cõ. 71. & 2. phy. cõ. 30. & forma dr̃ relatiue ad materiã, quia materia dr̃ relatiue ad formã. idẽ. n. est iudiciũ, sicut de põa & actu, vt patet. 9. meta. t. cõ. 13. nã potẽtia reducitur ad materiam, & actus ad formã, vt dicit Cõ. 12. metaphy. c. 26.

PROPOSITIO. XXXVII. K

Infinitum secundum quod infinitum, est ignotum.

Propositio est Philosophi 1. poster. & 2. meta. tex. cõ. 13. notã ꝙ infinitũ in actu intelligi nõ potest, tamen bene potest infinitum in potentia intelligi. nam Auerro. 3. de anima tex. cõ. 19. vult ꝙ intellectus possibilis in propositione vniuersali, intelligit infinita in potentia. glossa ista est Cõmen. 2. meta. cõ. 13. & 12. meta. cõ. 14. & 51. vnde Cõm. 2. meta. 11. cõ. super illis verbis Philosophi, non est intelligere non statuẽtem inquit, impossibile est nos intel L ligere lineam infinitam, nisi qñ accepimus eam finitam, & iterando eam infinities. nam finitũ infinities sumptum, reddit infinitum isto modo: finita vero finities sumpta, reddunt aliquid finitum: vt dicit Arist. in 1. poste. Sed est instantia. nam intel- Instantia. lectus humanus potest habere naturale desiderium ad cognoscẽdas species omnes numerorum, quæ tñ sũt infinitæ, sed desiderium naturale nõ est ociosum, nec est impossium. igit͏̃ sequi videt͏̃, ꝙ intellectus potest in- M telligere infinitum in actu.

Scotus qñq; negauit species numerorum, aut figurarũ esse infinitas, quia in essentialiter ordinatis, est ADDI. status, & iõ dicit numerũ habere vni tatẽ spẽi specialissimę, & ex ꝯñti non sũt numeri spẽs, ternarius, & quater narius, sed indiuidua, sed hoc est cõtra Boethũ ĩ lib. diuisionũ, qui hẽt, ꝙ solutio. spẽs figurarũ sunt infinitæ. Nisi eẽt ꝙ scibiliũ quedã sunt p se, & essentialiter ordinata, sicut principia, & ꝯclusiones, & in talibus nõ est processus in ĩfinitũ, ut testat͏̃ philosophus in 1. post.

A poster. vbi statuit statū in scibilibus, quia ex infinitis non cōtingit scire, vt dicitur in 2. meta. tex cō. 11. Alia uero sunt accidētaliter ordinata, ita ꝙ vnū nō scitur per alterū, nec vnū est ratio sciendi alterum, & sic est in numeris inquantum scibiles sunt, nā vt sic sunt accn̄taliter ordinati, quia accidit speciei numeri prioris, vt addatur vnitas noua ad hoc, ꝙ fiat noua species numeri, & numerus prior, non est ratio, propter quā scitur, aut intelligitur numerus posterior. & in talibus non cōtingit scire ex aliquo vltimo, aut ex aliquo primo scibili, B in suo gn̄e, & pp illud oīa alia sciantur, quia nullum tale assignari pōt.

Limitatio theolo. Diuini autem in nostra lege propositam propositionē intelligunt veritatem habere, de intellectu creato, qui finitus est, sed fallit de intellectu dei, qui infinitus est, & actus suę comprehensionis est infinitus, talis enim potest comprehendere infinitum.

PROPOSITIO. XXXVIII.

Scientia est necessariorū cognitio.

C NOn intelligit ꝙ conditio scientiæ, simpliciter diffinitæ in primo poste. sit quod sit de obiecto simpliciter necessario: sicut notat Scotus in prologo ptimi sēt̄tiarum in q. 3. ista. n. fuit imaginatio Platonis, propter quam posuit ideas pro saluanda scientia de istis singularibus corruptibilibus, vt dicitur in 7. meta. tex. cō. 20. & 22. vnde Scotus assentiēs illi fundamento de necessitate obiecti, propter hoc, inquit. theologiam quoad veritates contingentium nō esse scientiam, eo modo quo scire simpliciter diffinitur in 1. post. quia cognoscere contingēs vt necessariū, non est cognoscere cōtingens in eo ꝙ contingens, sed est scientia eo mo quo loquit Arist. de scientia in 6. ethic. prout videlicet distinguit contra opinionē, quia est habitus, quo verum dicimus. Sed fm hoc sequitur ꝙ Arist. non sufficienter enumerasset omnes habitus intellectuales, nam scīa diffinita in libro poster. nō est dubiū, ꝙ sit de habitibus intellectus. Amplius est contra Auer. ibi in cō. qui vult ꝙ scīa de qua agit Arist. in 6. ethico. vt distinguitur cōtra artem. & alios habitus, & stat pro scientia speculatiua. Amplius sufficit ꝙ scibile quod est ipsum quæsitū, qd̄ postea fit conclusio demr̄onis, sit necessarium, ita ꝙ in eo sit essentialis, & necessaria habitudo, inter prædicatū, & subiectū. quæsita. n. sunt æqualia numero, his quæ sciuntur, vt dicitur in 2. poste. in tali autem quæsito, aut quæritur ptopria passio de subiecto, aut diffinitio de diffinito. manifesse autem patet ꝙ conclusiones in quibus demonstrantur passiones de subiectis, sunt propositiones per se secundi modi, & per consequens sunt necessariæ. conclusiones autem in quibus demonstratnr diffinitio de diffinito, vt quando demonstratur diffinitio materialis per formalem, tanꝗ per medium, sunt in primo modo dicendi per se, & per consequens etiam tales sunt simpliciter necessariæ. Pro quo animaduerte, ꝙ cognitio de contingentibus dupliciter haberi pōt. Vno modo fm̄ rationes vniuersales, & sic talis cognitio ad eandem animæ partē pertinet, ad quam pertinet scientificū, quæ est cognitio necessariorū, vt ait Arist. in 6. ethico. Alio modo talis cognitio pōt cōsiderari in particula-

Scoti opīo in 1. snia.

Impugna.

Scot. nō loquit̄ pter E de obto icōplexo ꝙ dēat eē necessariū sī plr, qm̄ ꝓculdubio negaret eē scias oēs eas cognitiones quę nō sunt de sēpiternis, sed loquit̄ de obiecto cōplexo ꝙ necessariū F esse dēt at q; ea rōne negat cognitionē de contingētibus eē sciam vt dīffinitur 1. posterior. Cognitio de contingētibꝰ du plr haberi potest. Error plus quam cōmentato.

G ri,& sic talia sunt variabilia, nec sup ea cadit intellus, nisi mediantibus viribus sensitiuis. vnde inter virtutes sensitiuas, cogitatiua ponitur, q̃ dicitur rō particularis, & isto modo cadunt cōtingentia sub operatione, & consilio, & sic cognitio talium dr̃ esse in potentia aiæ ratiocinatiua, siue consiliatiua, & sic sunt in intellectu particulari, qui est virtus hoīs cogitatiua, & pōt dici intellectus practicus in particulari. Primum istorum dictorum manifestum est, quia nō est dubium, ꝙ scientia naturalis est tam respectu corruptibilium corporum H quā etiā respectu sempiternorū. nā vt dicit Arist. 4 meta. te. cō. 22 de rebus mobilibus possunt formari propōnes, immobilis veritatis, & sempiternæ. Et ex hoc patet quō Plusq̃ cō. male sentit in 1. tegni cō. 7. qui voluit artem esse in intellectu particulari. cū tñ Arist. 6. ethi. cap. 4. enumerat artem, & prudentiam. inter habitus intellectuales, quibus anima semper verum dicit. Patet aūt ꝙ per habitū particularem anima semper nō pōt verum dicere. Amplius Arist. in fine primi ethi. separat virtutes intellectuales a moralibus, & inter morales I enumerat fortitudinem, & temperātiam, & inter intellectuales enumerat sapientiam, intellectum, & prudētiam. modo idem est iudiciū de prudentia, & arte, quia sicut prudētia est recta ratio agibilium, sic ars est recta ratio factibiliū, & ideo non recte dixit, ꝙ medicina sumpta pro habitu vniuersali, non est ars, sed est scīa. sed sumpta pro habitu particulari, resultante ex illo vniuersali in virtute cōgitatiua, & etiam prout est ex assuefactione, sic est ars. Et tamen totum oppositum est verum, quantum ad medicinā sumptam pro habitu vniuersali, quia verū genus eius est ars. K Nā ex proœmio meta. ars est vniuersaliū collectio. Sed scīa proprie prout accipitur in 6. ethico. sumitur pro scientia speculatiua, vt dicit Cōme. in cō. vnde verum genus medicinæ est ars non scientia, vt dicit Com. 5. meta. cō. 20. vnde medicina proprie est ars. scīa autem est (cōiter sumēdo nomen scīę, non proprie) vt bene nōtauit Gale. ibi ꝙ nomen scīæ cōiter, & non proprie audire oportet. Nam scīa cōiter sumpta diuiditur in theoricam, in actiuam, & in factiuam, ut patet in. 6. primæ philosophiæ. text. L cō. 1. scientia aūt factiua. idem est ꝙ ars. Manifestum est aūt, ꝙ medicina verissime est ars, sumendo aūt medicinā pro habitu particulari in Itellectu practico, particulari. i. in virtute cogitatiua, ille habitus nō est ars, sed est habitus particularis ex assuefactione aggeneratus, & non est ars, sed est habitus experimētalis, distinctus ab arte. Nam differentia est inter experimentum, & artem, vt patet in proœmio meta fit. n. ars cum ex multis experimentalibus conceptionibus, vna fit, veluti de similibus vniuersalis acceptio. Acceptionem quidem habere ꝙ Calliæ, & Socrati hac M ægritudine laborantibus, hoc contulit, & ita multis singularium experimenti est. quod aūt omnibus huiusmodi sm vnā speciem determinatis, hac ægritudine laborantibus contulit, ut phlegmaticis, aut cholericis, aut æstu febricitātibus, artis est. Nec valet rñsio illorū, qui dñt ꝙ alio mō sumitur ars in proœmio met. & alio mō in 6. ethico. Nam in proœmio meta. sumit ars pro cognitione factibilium in vlī, & sic est habitus vniuersalis

Error aliorum.

A uersalis in intellectu possibili subiectiue existens, sed in sexto ethi. sumitur pro habitu particulari in virtute cogitatiua existente. Nam vt supra patuit, hoc est contra intentionem Arist. ibi, qui artem, & prudentiam enumerat inter habitus intellectuales, quibus anima semper verum dicit, qui sunt habitus vniuersales. & ista est mens Auer. ibidem. & diui Tho. Nã vt inquit Diuus Tho. licet cognitio contingentium in particulari sit in intellectu practico. particulari, tñ cognitio istorum in vñi; B est in intellectu possibili, vnde hæc est veritas sine dubio. Reuertamur igitur, & dicamus ꝙ scientia pro tanto dicitur necessariorum, pro quanto conclusiones scitæ sunt veræ necessario, & scitæ per ꝓpositiones veras, & necessarias. Nam est habitudo, & dependentia necessaria, inter præmissas, & conclusionem scitam per ipsas. nam sunt causa vtroq; modo. & in essendo, & in inferendo: vt dicit Arist. in primo poste. Ex hoc patet error illorum, qui asserunt ꝙ demonstrationes fiunt de existentibus, inquantum existũt, & quod ad esse demõstrationis, requiritur permanentia sempiterna secundũ speciem. Nam licet uerum sit secundũ physicam considerationem, ꝙ species rerum quæ sunt ad perfectionẽ vniuersi, sit semper in actu, quia vniuersum semper est perfectum. Nam licet ĩ regione nostra, tẽpore hyemis non reperiantur rosæ, tamen in alia regione in qua tunc est ver, & temperies, reperiuntur rosæ, tamẽ istud esse actualis existẽtiæ, accidit demõstrationi inquantum demonstratio est. Nam demonstrationes sunt de vniuersalibus; quæ sunt cognita per intellectum: talia autem abstrahũt D ab hic, & nũc. vnde lucidissi. Them. 1. poste. c. 19. super illo tex. Eorum quæ sæpe fiũt, vbi Arist. dicit in tex. manifestum est autem, ꝙ secundũ qđ huiusmodi sunt, semper sunt inquit, sed facilis, & absoluta defensio ẽ earum rerum, quæ certis interuallis redire in suos orbes videntur. Forma tantum communis in demonstrationem venit. nec enim de vno aliquo defectu hoc vel illo, qui hac, vel illa hora compareat, demonstratio accipitur, sed de omni quem ex H talibus causis prouenire necessariũ, & perpetuum est. Amplius Arist. E 7. meta. tex. com. 55. vult ꝙ de indiuiduis sempiternis, vt est Sol, & Luna, neq; diffinitio, neq; scientia per demõstrationem haberi potest, immo istæ est vnus de erroribus contingentibus, circa vniuersale, vt patet. 1. poste. in illo cap. Oportet aũt ẽ non latere, & ẽ ꝙ quãdo sub aliquo vniuersali, nõ est nisi vnum solum singulare, intellectus opinatur ꝙ ꝓprietas, quæ ex natura rei primo est ipsius vniuersalis, quod fit primo ipsius singularis, cum nil sit accipere extra ipsum vniuersale, nisi illud singulare. I manifestum est autem, ꝙ si F subiectum demonstrationis requiret actualem existentiam, & permanentiam sempiternam in effectu, cũ nulla sit verior, quã illa quæ est sm indiuiduum, vt scribit Comm in. 2. de gene. & corrupt. tex. com. 59. vbi dicit, ꝙ ens est meli⁹, quàm nõ ens, & ens verum, quàm non verum, & ens sm indiuiduum, quàm ens secũdum speciem. Et. 12. meta. com. 27. scribit ꝙ verus respect⁹, est entis particularis. Accideret igitur sm illam viam, quod singularium sempiternorum,

Error Ioã. de Gãda.

C Vtrum demonstrationes requirant actualẽ rerum existentiam.

G norum, essent veræ diffinitiones, & veræ demonstrationes. Amplius cum res existens, sit aggregatum per accidens, quo igitur poterit esse subiectum demonstrationis, & scientiæ, non video. Et ex hoc patet etiam error aliorum asserentium scientias mathematicas, ideo esse certissimas, quia sunt obiectorum necessariorum. Nã manifestum est, easdem esse lineas mathematicas, & naturales, teste Aristote. in secundo physicorum in tex. commen. 18.

Error quorundam.

Vera solo

H Sed ratio vera est, quia propositiones formatæ de ipsis, vt abstrahunt à materia sensibili, sunt sempiternæ veritatis, & principia talium demõstrationum innotescunt nobis, non per experimentum, sed ex notitia terminorum, & sunt notiora nobis, & naturæ. Sed principia & propositiones formatæ de eisdem, ut concernũt mãm sensibilẽ & variabilẽ, sunt verę, vt in plurib⁹, & raro contingit ꝙ sint sp veræ, & innotescũt nobis p experimẽtũ: vt patet. 6. eth. & sic sciẽtiæ, & demrãtiões mathematicæ dñr aggenerare in aĩa statẽ & firmũ habitũ, qa sunt demrãtiones simplr dãtes cãm, & esse.

Quãobrẽ sciæ mathematicę sint inter oẽs certissimæ.

I Sed demonstrationes nãles, sunt vt in pluribus de numero signorum, aut demonstrationes causæ tm. rarissime autẽ sunt, q̃ dant causam, & esse, sicut dicit Commẽ. in suo prologo super. 1. physi. & etiam. 1. ph. com. 2. & . 2. met. cõ. 16.

PROPOSITIO XXXIX.

In conceptis cum materia, aliud est quod quid est, ab eo cuius est, quod quidest.

NImis vulgata propositio & scribitur in. 7. primę philosophię. in text. commen. 41. Scotus autem K in. 7. suę metaphy. in quæstio. 16, & in. 3. senten. distin. 22. & Antonius Andreas in quæst. 7. in. 7. meta. vbi quærit. vtrum quod quidest, sit idẽ cum eo cuius est, quod quidest, volunt, ꝙ cum materia dicatur relatiue ad formam, ex. 2. physi. tex com. 26. Forma autem est duplex, scilicet forma partis, quæ est altera pars cõpositi, & forma totius exemplũ primi, vt anima hominis, ita materia sumitur dupliciter. Primo pro materia partis, & ista est altera pars essentialis totius, quia cum forma constituit vnum per se, de genere substantiæ. L Alio modo dicitur materia, quę correspondet formæ totius, contrahens quiditatem ad esse hoc, & hæc est proprietas indiuidualis, quæ cũ ipsa quiditate specifica, constituit ipsum indiuiduum speciei, quod est vnum ens per se. Et tunc dicũt, q̃d quidest ipsius speciei, est idem per se, primo cum ipsa specie cuius est, quod quidest, & est ipsius indiuidui per se non primo. vnde dicunt propositam propositionem, veritatem habere de ipsis indiuiduis, quæ sunt concepta cum materia, quæ est differentia indiuidualis, quia in talibus M non est idem quodquidest, cum eo, cui⁹ est, quodquid, per se primo, sed per se secundo. nam quod quid est primo ipsius speciei, & est per se non primo ipsius indiuidui. & isto modo etiam glossant auctoritatem philosophi, in. 3. de anima. tex. com. 9. vbi dicitur, quòd in quibusdam idẽ est caro, & carni esse, in quibusdã aũt aliud est caro, & carni esse. nam sem per quod quidest, est vniformiter idem cum eo cuius est, quodquidest. si per se primo, per se primo, si per se per

A per non primo, per se non primo. Si secundum quid, & secundum accidens, secundum quid, & secundum accidens. Iuxta illud Aristote. in septimo metaphysico. tex. commen. 20. singulum enim nō videtur aliud a suimet substantia. Sed ista positio, non videtur esse de mente Arist. in. 7. metaphysico. quia intentio ei⁹ est in illo loco destruere positionē idearum. Plato autem, propter duo fundamenta præcipue conabatur ostendere necessarias esse ideas. Primum quidem erat, propter scientiā quæ debet esse de inuariabili, & necessario obiecto. Secundum autem erat propter generationem saluandam, in qua generans, debet assimilari genito. Arist. aūt primo Post. in illo capitu. quod incipit. Vtrum autem idem est, aut alterū quodquid erat esse, ab eo cuius est quodquid erat esse, & est tex commen. 20. vsq; ad. 21. destruit illam positionem, quantum ad primam causam. In illo autem capitu. quod incipit. Eorum autem quæ fiunt quædam a natura fiunt, & est tex. commen. 22. destruit positionem idearum quo ad

Impugnatio

C secundam causam, oportet igitur ꝙ Aristote. si contradicit in hoc Platoni, qui ponebat quiditatem hominis, in specie separatam a singularibus substantiis, ad hoc, vt de singularibus habeatur scientia. & ad hoc, vt saluērur generationes quod Aristotel. inquirat, vtrum talis quiditas, quæ per diffinitionem exprimitur, sit idem cum substantia prima singulari, aut sit separata in actu, vt asserebat Plato, & non est quærere an diffinitio per se primo sit speciei, aut non per se primo, de hoc enim non est lis, neque aliqua discordia,

D inter Plato. & Aristote. Nam auctoritate Porphyr. in cap. de specie. indiuidua autem quæ sunt post specialissima, infinita sunt, quapropter vsque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere. descendere autem per media diuidentes specificis differentiis. Infinita inquit relinquenda sunt. neq; enim eorum posse fieri disciplinam Et per consequens propter scientiā ostendit Aristotel. non esse necessarias ideas, inferendo istam conclusionem quodquidest eē idem cum

E eo cuius est quodquidest, conclusio erit in hoc sensu, quod quiditas expressa per diffinitionem non est separata, & distincta in actu a substantia prima, cuius illa est quiditas. vnde in fine illius capituli, isto modo epilogat, quomodo quidem quodquid erat esse idem, & quomodo nō idem, vnicuique dictum est. Et confirmatur, nam Commenta. septimo metaphysico. in commento 20. introducens intentionem Aristote. circa hoc in illo capit inquit. Cū declarauit, quod quiditates simplices non inueniuntur nisi in substantiis, & quod per illas sunt substātiæ, vult hic perscrutari, vtrum ista

F substantia, quę est quiditas, & substātia singularis, scilicet indiuiduum substantiæ, sint idem: ita ꝙ quiditas quæ est substantia eius, sit quiditas singularis. & illud singulare est substantia, per istam quiditatem, aut quiditas rei sit aliud a re in actu, & subdit immediate Commē. causam istius inquisitionis, dicens, & quæsiuit hoc propter formas quas dicit Plato: qm̄ fm̄ illā opinionem erant quiditates primarū substātiarum, aliæ a primis substantiis, q̄ sunt primæ

G mæ substantiæ etiam existẽs per se. Et isto modo introducit illum textum. vnde dicit, & dixit perscrutemur, idest cum sit declaratum, quòd quiditates sunt substantiarum singularium, perscrutemur, vtrum substantia, quæ est quiditas, & substantia singularis, sunt idem, aut non, ante quàm perscrutemur de substãtia, quam significat diffinitio, quid sit, & inspicienti totum illud capitulũ. ad istam intentionem loquitur Aristo. & ista est expositio Commen. sine dubio vsq; in finem capituli. vnde in calce comm. 21. inquit. D.d.

H Manifestũ est igitur, ꝙ in rebus primis, quæ dicuntur per se essentia cuiuslibet singularium rerum, & omne singulare, sunt idem, & vnum, & sunt verba translationis arabicæ, vbi Commẽ. inquit, idest manifestũ est igitur, ꝙ quælibet primarũ substantiarum, est idem cum sua quiditate. Et ita sine dubio philosophi intentio est ibi, ꝙ quiditas, quæ per diffinitionem exprimitur, est idem cũ singularibus, quorum est quiditas. Nam vt inquit Boe. species specialissima est tota quiditas indiuiduorũ.

I Vnde scire debes, ꝙ vt scribit Cõmen. 1. meta. commen. 27. ista insensibilia habent duos modos cõprehensionis: modum qui non est sciẽtia eorum, sed imaginatio, & modũ qui est scientia eorum: & sunt intellecta vniuersalia. Iuxta illud Boethii vniuersale est dum intelligitur, & singulare est dum sentitur. Et ideò secundum sententiam Aristot. quiditas hominis, quæ per diffinitionẽ explicatur, non est aliud quid a singularibus hominibus, quorum est quiditas. Et tunc melius est dicẽ

Opinio Auer. re iuxta viam antiquam Peripateticorum, quàm vbique locorum sequitur Commen. quòd in conceptis cum materia. idest in istis generabilibus, & corruptibilibus, aliud est

K quiditas, & aliud est essentia. vnde 3. de anima. commen. 9. super illis verbis textus, in quibusdam idem ẽ caro, & carnis esse, inquit, causa propter quam hæ duæ intentiones non inueniuntur in omnibus entibus ẽ, ꝙ quiditas & essentia in entibus simplicibus est idem, verbi gratia ꝙ esse carnis est idem cum carne: quia intẽtio carnis in eis non est in materia.

Pro quo debes scire ꝙ i rebus cõpositis ex materia & forma, ipsa forma est tota quiditas, quia ipsa est obiectum intellectus, nam vniuersale est obiectum intellectus, forma autem est subiectum vniuersalitatis, vt dicit Commen. 1. cœli. commen. 92. & idem philosophus formam appellat rationem, & quòd quid erat eẽ. Et per oppositum quia prima materia est primo diuersa a forma, quia non est forma, nec habens formam. ideo vt inquit Commen. 12. meta. commen. 14. non habet aliquam intentionem alicuius vniuersalis intellectam ab ea, & ideo secũdũ se ignota est: vt dicit Arist. in. 7. primæ philosophiæ. te. com. 35. & propter hoc non est quiditas, nec pars quiditatis: tamen bene materia prima est, quædam essentia, alia ab essentia formę: sicut dicit Com. 1. cœli. commẽ. 92. & 8. metaph. commen. 8. & 2. phy. tex. commen. 3. & ibidem com. 12. & isto modo materia est pars essentiæ substantiæ compositæ, vnde materia & forma, sunt partes essentiales substantiæ compositæ, & appellãtur ab Auer. partes fm qualitatem, vt patet primo physi. com. 5. Et hoc dicit

A dicit expresse Commen. 7. meta. cõ. 34. inquit enim, declarando quomodo materia se habet respectu substãtiæ compositæ, si igitur hoc nomen substantia dicitur simpliciter de materia substantiæ compositæ ex materia & forma, & de forma eius, & de composito, tunc forma substãtię dicetur esse substantia rei, cum ipsa declarat essentiam eius: materia vero dicitur secundum considerationem ad substantiam compositam ex materia & forma esse pars substantiæ, secundum cõsiderationem vero ad B substantiam declarãtem essentiam rei, non dicitur esse pars substantiæ, sed esse apparens deferens formam in suam diffinitionem, illud igitur, quod diuersificat essentiam a quidditate in substantiis compositis, ex materia, & forma, est materia, sicut vides: & quia in causis præcisis, & adæquatis, sicut affirmatio est causa affirmationis, sic negatio est causa negationis, vt patet ex primo posteriorum, inde prouenit, quòd in substantiis abstractis a materia quiditas, & essentia sunt idem. Sed cõtra istã opinionem, Scotus argumentatur in. 7. metaph. quæstio. 16. auctoritatibus, & rationibus. nam Aristot. 7. metaphy. tex. commen. 33. incisio non pertinet ad diffinitionem, sed quæ syllabæ ad eam, quæ est elementorũ, sed elementa pertinent ad materiam, quasi dicat, si syllaba diffinitur per elementa, ex quibus componit: elementa autem respectu syllabarũ reducuntur ad genus causæ materialis, vt patet secundo physic. tex. commen. 31. & ita videtur, ꝙ materia sit de quiditate diffiniti. Item ibidẽ, si anima non est animal, tunc dicendum, ꝙ anima nõ est tota quiditas.

Rõnes Scoti cõtra Aeg. opinionem. C

ita enim intelligitur solutio sua. Itẽ D contra Platonem, parabola Platonis non bene se habet, quia non est simile de circulo, & homine. superfluum est enim auferre materiam a quiditate rerum, quia quædam sunt hoc in hoc, idest forma in materia, sicut in naturalibus, Item. 8. meta. tex. cõmen. 6. laudat illos, qui in diffinitionibus ponunt tam materiam quàm formam etiam. Item ibidem tex. commen. 9. habet ꝙ omnis diffinitio habet quid, & quale, & oportet hoc esse vt materiam, illud vero, vt formam. nisi ergo materia pertine- E ret ad quiditatem, non haberet contra Plato. ꝙ idea non est diffinibilis, quia est sola forma, ergo quod diffinitur, vere habet materiam, & formam, & vtrumq; pertinet ad diffinitionem. Item. 7. meta. text. commen. 33. ratio omnis partes habet & sicut partes rationis ad rationem, sic partes rei ad rem. sicut ergo omnes partes rei exprimunt totam rem, ita omnes partes rationis totam rationem rei. Item ibidem text. com. 4. quando cognoscitur vnumquodque quid ipsum sit, sed impossibile F est cognoscere perfecte rem, non cognita materia eius. Ergo forma nõ est tota quiditas eius, quę habet materiam. probatio minoris. Philosophus. 2. meta. tex. commen. 13. si species causarum essent infinitæ, nihil esset cognoscibile: quia infinita non possunt cognosci: ergo ad cognitionem rei perfecte oportet cognoscere omnes causas. Item. 8. metaph. tex commen. 11. ibi de materiali autem substantia hoc idem plane colligitur- Præterea. Substantia habet diffinitionem simpliciter non ex additione: vt patet septimo metaphysic.

physic.tex.commen.17.ergo quicquid ponitur in diffinitione substātię, pertinet ad quiditatem ipsius, sed sexto metaphysico.tex.commen. 2. in diffinitione rei materialis, debet poni materia, & si non esset de ratione diffinitionis, diffinitio esset ex additione. Item quodquid est, est illius quod est primo ens. & cuius est primo esse: sed quod primo est, est compositum. nam. 8. metaphysico. tex.commen. 3. vbi distinguit substantiam: dicit quod substantia cō posita est simpliciter hoc aliquid, &
H separabile primo per se existens. si ergo hoc verum est, ergo quod quid est compositi ex materia, & forma: hæc Scotus & sequaces contra Auer.

Defensio Auer. Pro defensione tamen veritatis, animaduerte quod vt supra dictum est, refert multum apud Peripateticos dicere aliquid esse essentiam alicuius rei, & dicere illud esse illius rei quiditatem in generabilibus, & corruptibilibus. Vnde Commen. in septimo metaphysico. in commen. 21 inquit, soluendo quæstionem sophistarum quærentium, vtrum quiditas hominis, sit eadem cum homine
I aut aliud ab homine, inquit. & solutio est, quoniam quiditas hominis, est hō vno mō, & non est homo alio modo, & est forma hominis: & non est homo, qui est congregatus ex prima materia & forma. Vnde sumendo hominem pro hominis quiditate, forma hominis est homo, sed sumendo hominem pro essentia illa, quæ est quid congregatum, seu compositum ex materia, & forma, sic quiditas hominis non est homo. Et aduerte vlterius, quòd licet secundum Commentato materia non sit pars quiditatis, tamen debet poni in diffinitione substantiæ, compositæ
K ex materia, & forma, physicus enim diffinit per materiam, & dialecticus per formam, vt dicit Aristot. in primo de anima, in text. commen. 16. vbi Commenta. in commen. habet qui in diffinitionibus ponit materiā & dimittit formam, diminute accipit, sed qui ponit formam, & dimittit materiam, videtur dimittere aliquod non necessarium, sed non est ita, quia forma debet accipi in diffinitionibus, secundum dispositiones, in quibus existit. Nec valet ratio adducta per Scotum, quia tunc diffinitio substantiæ compositæ, esset p additamentum, quia materia non est de quiditate, quia reflecto argumentum. certum est, quòd corpus non est de quiditate animæ, & tamen ponitur in diffinitione quiditatiua animæ, quia Aristotel. secundo de anima, text.commen. quinti, diffinit animam dicens, quòd anima est actus corporis organici, habentis vitam in potentia sed dicimus nos, illam diffinitionem (cum sit substātiæ) non esse ex additione, licet detur per aliquid, quod non sit de quiditate diffiniti: tamen est necessariū p̄ cōpleto intellectu eius, quia forma dicitur relatiue ad materiam, vt a naturali consideratur, & ideo est diffinibilis per illam, sed quia ex materia, & forma fit vnum per se, & sunt eiusdem generis. ideo quoties forma diffinitur per materiam, aut materia per formam, non dicuntur istæ diffinitiones esse ex additione. Sed diffinitiones accidentium copulatorum, quæ dantur per propria subiecta, sunt ex additione, quia subiectum est in alio genere, & quia ex subiecto, & accidente, non fit per se

A se vnum, & hoc est, quod pulchre notauit Commenta. in septimo primæ philosophiæ. in commen. 17. inquit enim, quod talia accidentia, aut non habent quiditatem veram, & diffinitionem veram, aut si habent, habent alio mō & secūdario, & hoc est ita, quoniam subiecta talium accidentium, non sunt, sicut genera differentiarum, sunt enim diuersa secundum genus, & secundum naturam, quod non contingit in genere, & differentia Neque illud quod cōgregatur ex eis, & ex subiecto, est vnum in actu, sicut illud quod congregatur ex genere, & differentia, & ita etiam est de materia cum forma si bene aduertis. Præterea. Reflecto argumentum adductum ex. 8. metaphysi. text. commen. 11. & 12. Nam ibi expresse colligitur, quòd in diffinitione substantiæ materialis, habentis omnes causas, debent poni omnes causæ, ita quòd efficiens, & finis, vltra materiam, & formam, sed per se efficiens, & finis, non sunt de quiditate, quia sunt causæ extrinsecæ ergo tales diffinitiones sunt ex additione, vbi datur ibi exemplum C de homine, qui habet quatuor genera causarum, & ille est locus clarus contra Burlæum, & sequaces, qui volunt quòd ad habendam cognitionem perfectam simpliciter p diffinitionem, non oportet cognoscere omnes causas, sed solum causas intrinsecas, cum tamen idem dicatur esse iudicium de cognitione cōplexa, habita per demonstrationem & p diffinitionem. nam omnis diffinitio, aut est demonstrationis principium, aut est demonstrationis cōclusio, aut est solo situ variata a demonstratiōne, vt dicitur in li. poste. analyticorum, quia igitur non di- D stinxerunt Scotistę inter essentiam, & quiditatem, ideo deuenerunt ad hoc, & ita ad omnia argumenta pro bantia, ꝙ in diffinitione substantiæ compositæ ex materia & forma, debet poni forma, & materia concedēda sunt, tamen materia non ponitur quia sit pars quiditatis, sed ponitur in diffinitione, tanquam vehiculum deferens quiditatem, quæ est forma, quia ista vt a naturali considerat̄ in quadam relatione consistunt. vnde Com. in. 4. physic. com. 16. inquit, ꝙ scire quiditates vltimorum principiorum difficile est, & scire materiā sine forma, aut formam sine mate- E ria, impossibile. & sic etiam Comm. bene concedit, ꝙ illa quæ diffiniuntur vere, sunt compositæ substantiæ vt patet. 7. meta. com. 40. Et concedit ꝙ diffinitio substantiæ compositæ, est composita ex materia, & forma. vnde 7. meta. 37. homo in communi diffinitur per carnes, & ossa in communi, tamen alia ratione ponitur materia, & alia forma, vt ex dictis patet, & ita etiam patet quomodo anima non est animal vno modo, & tamen alio modo, animal ipsa F anima dici potest. Reuocamus igitur sermonem eò vnde diuertimus, & dicamus, ꝙ in conceptis cum materia, aliud est quodquid est, ab eo cuius est quodquid est, id est aliud est quiditas, & indiuiduū, seu aliud est essentia, aliud quiditas. in abstractis autem a materia, idem sunt quiditas, & essentia, & præsertim in prima intelligen a, sicut statim dica in sequenti Theoremate.

Prope-

G PROPOSITIO XL.

In prima forma, essentia eius, est quiditas eius, aliæ autē formæ diuersantur in quiditate, & essentia quoquo modo.

PRopositio est Commen. Auer. 3. de anima. in solu. 3. q. in com. 5. & in libro destruct. destruct. in disput. 6. in solut. 6. dub. vbi inquit. ꝙ prima causa est quiditas absoluta, & omnia alia a prædicta quiditate, qui
H ditatem habent. Pro cuius intellectione, animaduerte vnum quod scribit Auer. in præallega. loco. 3. de anima, ꝙ sicut esse sensibile diuidit in materiam, & formam. sic esse intelligibile diuiditur in aliquid consimile materiæ, & in aliquod consimile formæ. Nam vt supra notaui tibi, ista sunt duo extrema latitudinis entium, prima forma, & prima materia. Et sicut prima forma (quæ est Deus gloriosus) retinet supremum gradum, in genere actus: sic prima materia, retinet supremum gradum in genere potentiæ. Nam vt scribit Commen. in fine libri de substantia orbis, potentia habet gradus, & materia habet gradus, & quia actus, & potentia sunt differentiæ oppositæ, vt patet nono primæ philosophiæ. tex. commen. 1. sic etiam actus, habet gradus, & forma habet gradus. V[illegible] materia est substantia, q̄ [illegible] potentia, quia non est a[illegible] habens actum, quia nō est forma [illegible] formatum, sic prima forma [illegible] actus, ita ꝙ non est potenti[illegible] habens potētiam, loquor autē [illegible] potentia quæ passiua est, & an[illegible]ur materiæ, & imperfectio

Deus retinet primū gradū pfectissimę i gñe actus mā vero s gñe potentię.

ni. Vnde Com. in nono. 1. philosophiæ. com. 2. inquit ꝙ sicut in diffinitione cuiuslibet potentiæ passiuæ, sumitur diffinitio potentiæ passiuæ primæ materiæ, sic in diffinitione cuiuslibet potentiæ actiuæ, sumitur diffinitio actionis primę formæ. ista enim sunt duo extrema, iuxta illud etiam beati Aug. in. 12. libro confessionum. Duo domine fecisti, vnum prope te, & aliud prope nihil. necesse est autem, ꝙ omnia media īter purum actum, & puram potentiā, participent naturā extremorū, & quod sint composita ex actu, & potentia, L sed diuersis modis, sicut diuersa est natura istorum mediorum. nam distantiæ entiū sunt valde diuersæ, vt asserit Com. in. 2. cœli & mundi. in com. 63, vnde in oībus intelligentiis citra primam est aliquid simile materiæ, & hoc est potentia, quæ dicit priuationem alicuius actualitatis, & perfectionis. Nulla enim intelligentia, præter primam, continet totam perfectionem, possibilem reperiri in habitu entis, licet quælibet cōtineat tantā, quanta est sibi competēs, quia in æternis, non differt posse ab esse sm philosophos, & ideo dicit Com. 5. meta. in ca. de perfecto, ꝙ solum M primū principiū, qđ est Deus glo. est ens simpliciter perfectum, quia nulla pfectio sibi deficit, nec vt tale ens: nec vt simpliciter ens, sed aliæ intelligentiæ, sunt entia perfecta in genere, quia vnaquæq; habet tm̄ de perfectione, prout natura sua est capax. Et licet intelligētia Saturni (vt talis) omnem perfectionem, quam potuit consequi in propria forma, ab æterno habuerit, & vt sic dicatur esse perfecta, ratione qua talis. si tamen considerata fuerit vt ens, reperitur

Cōpō ī intelligētijs ex pōa & actu ñ est ex positiuo & positiuo, sed ex positiuo & priuatiuo.

Henric. de Ganda. & Scot.

A ritur priuata aliquo gradu perfectionis. licet enim sit perfecta ī suo proprio genere, non tamen est perfectissimum ens, quia non habet tātam perfectionem, quantam habet prima à qua dependet, & sic in suo esse inuenitur composita ex actu & potentia, non tanquam ex positiuo, & positiuo. sed tanquam ex positiuo, & priuatiuo, sicut bene dixit in hoc. Henr. de Gand. in quibusdam qōnibus formatis ab ipso, de simplicitate Dei. & in quolibetis quoli. 4. q. 16. & post ipsum Sco. in. 8. dist. primi. q. 2. vnde talis potētia in ab-
B stractis inuenta, nō dicit aliquid reale, quia nihil in eis est vere possibile, vt dicit Cōm. in. 2. cœli & mundi, cō. 34. Nam possibile in æternis est necessarium, & hoc fuit etiā de mente Philosophi. in. 9. primæ philosophiæ tex. com. 17. vbi habet. est aūt nihil potētia sempiternum, sed ista potentia est logica, & est ens rationis, quia dicit solam non repugnantiam. quia intelligentiæ Saturni inquantum ens, nō repugnat quod sit perfectior, q̄ est, sicut dicimus, ꝙ talpa inquantum animal, potest videre, cum tamen talis potentia in tal-
C pa, nihil reale ponat, sed solam non repugnantiam, & est potentia talis logica, quæ nihil aliud est, q̄ respectus quidam, causatus à ratione, ex non repugnantia terminorum, inquantum non repugnant. vnde nō posuerunt Philosophi aliquam realem compositionem, in talibus intelligentiis, nisi forte in anima intellectiua, propter ipsam eē vltimam in gñe abstractorum, vt testatur Cōm. in. 3. de anima. in cōmen. 19. & 12. meta. com. 17. & videtur esse sententia Arist. in. 3. de anima. sine dubio.

Potentia logica.

In oīb⁹ intelligētijs ꝑter aīam intellectiuā nō est realis cōpositio ex potētia & actu.

in tex. c. 17. vbi vult ꝙ in omni natura D in qua est vnum, quod est omnia fieri, oportet esse alterum, quod est omnia facere. Et aduertitur ex hoc, ꝙ potentia illa, quæ inuenitur in aliis intelligentiis, citra primam, non est potentia illa quæ cum actu diuidit ens inquantum ens. vt subtiliter deduci potest. nam certū est, quod ens quod diuiditur in. 9. metaph. per potentiam, & actum, est ens extra animam. nam Arist. in fi. 6. primæ philosophiæ abiecit à cōsideratione diuini, ens per accidens: quia non habet causam terminatam, & ens in anima, quia est ens diminutum, & ꝑ E consequens ens ſm se, & extra aīam retinuit, qđ diuisit per tres primas diuisiones, videlicet in subām, & accidens, & de ista pertractat in. 7. & in 8. primæ philosophiæ. Et secūda diuisio fuit, per potētiam, & actum. & hanc prosecutus est in. 9. primę philosophię. Et tertia diuisio est, ꝑ vnū, & multa. & istā prosequitur in. 10. primæ philosophiæ. & hoc expressit Cōm. succincte in prologo. 7. meta. & ita potentia, & actus, sunt differentiæ, diuidentes ens extra aīam, quod descendit in. 10. ꝑdicamenta. actus enim talis, & potētia sunt principia. F 10. prędicamentorum, quia res cuiuslibet prędicamenti, quandoq; est potentia, & quandoq; in actu, vt patet. 12. metaph. com. 26. Ideo Cōm. tenuit nullum æternum esse in prædicamento, & ita ſm Philosophos, cum potentia ista in aliis intelligentiis nihil reale ponat, sequitur ꝙ ista compositio in eis, sit ſm rationem, & sunt ex actu & potentia, tanq̄ ex positiuo & priuatiuo, priuatio autē ſm Philosophos, non dicit aliquod reale, sed solū est ens rationis. vnde

G Com. 1. physi. com. 79. priuatio nō est accidens, nedum vt sit substātia, & in hoc discrepo à Diuo Tho. qui tenuit oēm creaturam esse compositam ex actu & potentia, tāquam ex positiuo, & positiuo, stando in principijs Aristo. quia in æternis non est potētia vere, & si dicatur, quod hoc est cōtra Arist. in. 9. primę philosophię. tex. com. 1. vbi habet quod potentia, & actus, sunt i plus quàm eorum, quæ dicuntur secundum motum solum. Dico quod verum est, sed vide quid sequitur in tex. seq. vbi vult, quod licet in immobilibus vt in mathematicis re

Opi. diui Tho. in. 1. par. sum. q. 3. art. 4. & in 2. cō tra genti. c. 49.

H periatur potentia, tamen vt inquit, illa potentia est metaphoricæ dicta, & excludit eam à cōsideratione sua, & per consequens vult, quod potentia illa de qua loquitur, vt de differentia entis, sit potentia realis, & talis secluditur ab ipso ibidem. tex. com. 17. à sempiternis. si loquamur igit' de alijs intelligentijs, citra primam excepta anima intellectiua, in qua pono præsertim in via Auer. veram compositionem, ex intellectu possibili, & agente, vt declaraui in. 12. meta. super com. 17. in speciali quadā quęstione mea, contra modernos, ponētes intellectum agētem, esse Deum.

I Dico quod in talibus, est compositio ex actu & priuatione, & hoc in simili legitur in sacris eloquijs, apud Esaiam prophetam dicentem, & in angelis suis repperit prauitatē. Si vero loquamur de generabilibus, & corruptibilibus, in quibus est compositio vera, ex materia, & forma, in talib' est compositio ex potentia, & actu, tanquam ex positiuo, & positiuo, & vbi ista inuenitur, inuenitur prima, sed non econtra in via Arist. vt patet bene speculanti in hoc. vnde potentia, in istis, quæ sunt, hic, licet importet priuationem, iuxta illud Cōmen. 9. metaph. com. 3. dicere aliquid eē in potētia, est dicere aliquem modum priuationis, tamen non potentia vltra priuationē, ponit aliquid ex natura rei, quod est substantia, & entitas quędam. Vnde Cōm. primo phy sic. com. 79. inquit. ens in potētia est cui accidit priuatio, & nō est in substantia eius. īpossibile enim est com posita compositione reali, non constare ex principijs cōponentibus realibus. vnde Philosophi probauerunt tam formam, quàm materiam, esse substantias, quia sunt partes substā- K

L tiæ cōpositæ, & substantia non componitur ex non substantijs. Sed dices, propter quid ista quæ sunt hic, sunt composita ex potentia, & actu, tanquam ex positiuo, & positiuo, intelligentiæ autem citra primam, & vltimam, sunt compositæ ex potentia & actu, sicut ex positiuo & priuatiuo: vltima autem, inter abstractas intelligētias, est composita etiam ex potentia & actu, tanquam ex positiuo & positiuo? præterea ista compositio si secundum rem est in anima ītellectiua, quomodo diuersa est ab illa quę est in istis generabilibus?

M nam vt inquit Cōm. 12. metaph. in com. 39. omne compositum est nouum. Ad hæc respondetur, quod à primo principio omnia emanant, fm quod apta nata sunt emanare, fm proprias rationes formales. vnde, primo cœli. tex. com. 100. A primo cōmunicatum est esse, & viuere omnibus, his quidem clarius, his vero obscurius. latitudo enim entium, in participando hanc intentionē, est res ampla valde. Ad aliud dico, vt inquit Cōm. quod compositio animæ intellectiuæ,

A ctiuæ, quæ est in medio abstractorum, & corporalium: est enim in cōfinio æternitatis, & temporis: habet compositionem ex materia intelligibilium, quæ est alia à materia sensibilium, quia materia sensibilium recipit formas diuersas, & istas, sed intellectus possibilis, qui est materia intelligibilium, recipit formas vniuersales, & recipit spiritualiter, vt dicit ipse in. 3. de anima, in com. 5. & 28. compositio autem istorum, quæ sunt hic, est alterius rationis, & multę sunt alię dñiæ, quas breuitatis causa omitto. Redeamus igitur ad propositum Theorema, & dicamus ꝙ illud quod in istis generabilibus, & corruptibilibus, diuersificauit essentiam à quidditate, fuit vera materia. in abstractis autem à materia, cum in omnibus, citra primam sit potentia, potentia autem habet reduci ad materiã, vt dicit Cõm. 12. metaphy. com. 26. & quia materia alia est sensibilium, alia intelligibilium. materiæ autem intelligibilium, est intellectus possibilis: ideo illa potentia in intelligentijs, reducitur ad intellm possibilem, & ideo Cõm. dicit. 3. de anima. in solutione tertiæ. q. & in com. 14. ꝙ in omnibus citra primã intelligẽtiam, est natura intellectus possibilis, modo declarato. sicut igitur vera materia, diuersificauit vere quidditatem ab essentia, in istis quę sunt hic, sic illud quod ē simile materiæ, in intelligentijs, diuersificauit quoquo modo in omnibus, citra primam quidditatem ab essentia. ĩ prima autem, quia est act⁹ purissimus, cui omnino nulla est ad mixta potentia. non. n. est in ea materia, nec simile materiæ. Sic igitur intelligis, q̃uo in prima forma quidditas eius,

Declaratio theorematis succincte. B

C In oib⁹ citra primã intelligentiã est nã intellēs possibilis.

est essẽtia eius, oĩbus modis. in alijs D autẽ, citra primã, quidditas differt ab essentia, quoquo mõ, quia in eis est cōpositio aliqua, & quia nō est fm rem, sed fm rōnem, sic quoquo modo differt in talibus quidditas ab essentia. quia fm rationẽ. q̃uo autem omne compositum sit nouum in sequenti Theoremate dicam statim.

PROPOSITIO XLI.

Omne compositum est nouum.

Propositio ista est Auer. 12. met. com. 39. & in libro destructionum in disput. 3. in sol. 19. dub. vbi dicit, ꝙ omne causatum possibile. E Dicunt quidam, ꝙ intelligitur, vel quo ad substantiã, vel quo ad accidentia, vnde cōposita gnabilia, sunt noua quo ad subam, & quo ad accidentia. Cōposita autem ęterna, sunt noua quo ad accidentia tm̃. vnde dicunt, ꝙ in corporibus cœlestibus, in quibus est aliqua cōpositio, est nouitas quo ad accñtia, sic etiã in anima intellectiua in qua est cōpositio, ex intellectu agente, & possibili, est nouitas, quo ad intellectionem. Sed ista positio, nisi aliud dicatur, stare non potest, quia vt supra patuit, in alijs intelligentijs citra primã, & citra animam intellectiuã, est aliqua F compositio ex potentia, & actu, & tamen in talibus nulla prorsus est nouitas, nec quo ad substantiam (hoc clarum est) nec quo ad accidentia, quia in talibus nullum accidens est: vt scribit Commen. 12. metaphysi. com. 25. Ioan. autem de Gandauo, dixit, quandoq; glossando nouitatem, pro dependentia, ita ꝙ omne compositum est nouum. i. est dependẽs. Sed hoc est abuti vocabulis. nã pōt esse dependentia, sine nouitate.

Impugnatio.

Positio Ioannis.

Impugnatio.

G vt patet ex.2.cap.de substantia orb. & primo metheor.ad principiū.vbi dicit Philosophus, ꝙ oportet mundum istum inferiorem, superioribꝰ lationibus esse cōtinuum, vt omnis eius virtus inde guberneť. & 12.primæ philosophiæ.tex.cōmen.38.loquens de Deo inquit: ex tali principio cœlum,& natura dependet. Amplius illa glossa,non est ad mentem, nec ad propositum Cōm.ibi (vt declaraui)& sicut cuilibet speculanti, patere potest. Amplius Cōm. dicit omne compositum eē possibile,vbi aliquādo dicit,omne cōpositum no

H uum esse. nunquā autem dixit compositum sumi pro dependente, licet verum sit,omne compositum depēdere à principijs cōponentibus. Moderni autem, declarantes hoc in disputat.3.in lib.destruct.in solut.19. dub.inuenerūt duas vias.Prima via est,ꝙ duplex est vniuersale videlicet per essentiam,sicut est intellectus agens,& quælibet abstracta substantia,quia talia non sunt abstracta à materia,quia mens auferat ea à materia,& à conditionibus mãæ, aliud vero est vl'e participatiue, sicut sunt formæ rerum naturalium, quæ fm

Moderno tum pō.

I esse sunt singulares: attamen participando lumen intellectus agentis, sunt fm modū,vl'ia separata ab hic, & nunc,& reliquis cōditionibus materiæ,& tunc dicunt,ꝙ vl'e participatiue est minus abstractum,q̄ vl'e per essētiam,quia suam abstractionem non habet,nisi ab vl'i per essentiam, constat aūt,ꝙ tale vl'e participatiue, in nullo potest esse subiecto,nec vniuersali, nec particulari, nisi eo modo,quo cognitum est in cognoscente,& ideo multo magis oportet dicere,ꝙ intellectus,non vniť agens,possibili subiectiue, sicut forma materiæ,sicut vl'ia fm modum.s.mālia, non possunt vniri ei, nec alicui subiectiue, propter eorum vl'itatem, & abstractionem, quam habent ab intellectu agente, & sic asserunt apparere peccatum Ioannis, asserentis animam intellectiuam, cōpositam esse ex intellectu agente,& possibili. & ideo dicūt, ꝙ omne compositum est particulare,ex actu particulari,& potentia indiuidua,& ideo omne tale est nouum, generabile, & corruptibile. Potuisset confirmare hoc,satis ad propositum,per auctoritatem Auer.12.met.com.17.vbi scribit,& ideo intellectus de intelligētia agente,& eius loco,& prosperitate eius,ex ipsa quę est potentia,est quasi locus huius intellectus,nō quasi materia. Sed ista prima via,stare non potest, quia Cōm.in.3.de anima. com.14. inquit.ꝙ ista nomina,potentia,& receptio,& perfectio,modo æquiuoco dicūtur in abstractis,& in rebus materialibus,diuersitas enim istius intentionis.s.receptionis,quę est in intellectu,à receptione quæ est in rebus materialibus,res est,ad quā ducit ratio.vnde non est opinandum, ꝙ ipsa materia ē causa receptionis, sed causa receptionis trāsmutabilis, & est receptio huius singularis,causa autem receptionis simpliciter,est ista natura.& ex hoc modo fuit possibile,ꝙ corpora cœlestia reciperent formas abstractas,& intelligerent eas, & fuit possibile,vt intelligentiæ abstractæ perficerentur per se adinuicem,& si non, non esset possibile vt illic intelligeretur recipiens, & receptibile,vnde quod est liberatum ab hac natura,est primum intelligens. Amplius.2.cœli,com.3.inquit.loquens

K

L

Impugnatio primæ viæ.

M

A quens de corpe cęlesti,& forma eius. recipiens autem istam formã, quod adunatur cum ea,est corpus cęleste, incorruptibile, ad quod sequuntur dimensiones corporales,& alia accidentia quæ in eo inueniũtur,& ideo in eo forma & formatum,sunt idem numero: sed ƒm dispositionem magis diminutam,quã fit adunatio recipientis,& recepti,in forma abstracta,& causa istius adunationis,inter istam formam,& suã materiam est, quia non cohæret suæ materiæ, mediantibus dimensionibus, sicut formæ genetabiles,& corruptibiles. Ex
B quibus verbis clare colligitur, ꝙ licet in intelligentijs non sit receptio, quæ fit per materiam,quæ est causa receptionis signatę,sicut est materia rerum sensibilium,est tamen ibi receptio,quæ fit per intellectum possibilem, qui est mã intelligibilium: nam vt scribit Cõm.3. de aĩa. com. 5. in sol. 3.q. sicut esse sensibile diuiditur in duo videlicet, in materiam, & formam,sic esse intelligible diuiditur in duo,videlicet in aliquid simile materiæ,& ĩ aliquid simile formæ,& vt inquit Cõm. illa adunatio est longe perfectior,quã sit illa quæ
C est inter orbem,& ipsam intelligentiam,quia maior vnitas resultat ex compositione, qua vnus intellectus inferior recipit superiorẽ, quam sit illa,in qua cœlum recipit intelligentiam, maior.n.est affinitas intellectus cum intellectu, & rei incorporeæ cum re incorporea,qùam corporis cum intellectu, & ad auctoritatẽ Auer. 12. metaph. cõ. 17. dico,ꝙ pro quanto intellectus possibilis non recepit agentem,sicut materia quæ est hic, recipit formam, rectius dicitur locus,quã materia: nam forma quę est hic, educitur de potẽtia materiæ,& est constituta in esse per materiam, quia cohęret materiæ; mediantibus dimẽsionibus interminatis,& recipitur per consequens signate,quæ tamen non sunt in receptione intellectus possibilis,respectu intellectus agẽtis,& sic quo ad hoc, rectius dicitur locus, quã materia, tamen intellectus possibilis bene recipit intellectum agentem, sicut perfectibile recipit suam perfectionem, & ex tali adunatione resultat verius vnum,qùam ex materia & forma. in omni. n. compositione deuenire oportet ad aliquam vnitatem. Se- D
cũda expositio eius, est, quam dicũt esse de mente Philosophi in. 13. metaph. Nam omne factum, & causatum,fit & causatur ƒm modum sui esse. Effectus.n.non pullulat,nisi sicut est possibilis in natura entis, in. hoc.n. differt simplex à composito', quia simplex statim est id qd. est, vt patet in fine. 8. meta. cõpositum autem habet eẽ in vnione partium, & colligatione inuicem, & ideo oportet quod modus sui esse,sit ƒm colligationem earum inuicem, ideo causans compositũ,debet colligare partes inuicem,aliter factio eius, nõ differret à factione rei simplicis. modo apparet,quod non ligantur nisi illa quæ in sui natura nõ sunt ligata, & vnita,quoniam aliter agens esset ociosum,ergo oportet,ꝙ natura partium sit nõ de se in colligatione consistẽs, modo partes,quæ in suis naturis non cõsistunt in colligatione, earum,sine dubio possunt esse in opposito colligationis.s.sub diuisione, & separatione: & ex his sequitur,ꝙ oẽ compositum,est solubile in sui natura,quoniam partes eius sunt solu- E Scda Moder. expõ. F

G biles, & in suis naturis nō consistentes in colligatione, & tunc formant rationem in forma sic, omne cōpositum colligatū ex partibus, in quarum natura non est colligatio, & compositio, est solubile, & colligabile, & omne compositum tam vniuersaliter, q̄ particulariter, est cōpositum ex partibus, in quarum natura non est colligatio, & cōpositio. ergo oē cōpositum est solubile, & colligabile: tunc vltra, omne compositum colligabile: & solubile, est gñabile, & corruptibile (vt est manifestum per se) & oē cōpositum est so-
H lubile, & colligabile (vt dictū est) ergo oē cōpositum simplr, & nouum, gñabile, & corruptibile, ideo oē cōpositum, est nouum (vt dicunt) & est via firmissima, & demonstratiua, & est Arist. in prędicto loco, & resumētes suam opinionē dicunt, ꝙ omne compositum ex diuersis rebus, est sine dubio nouum, verum compositum ex duobus modis quoddam ex diuersis rebus realr distinctis, quoddam vero, ex perfectione, & priuatione quadā maioris perfectionis, sicut reperitur in omnibus citra primam, tunc dicunt quod omne composi-
I tum est depēdens, & habet causam, & hæc est vniuersalis, tam in composito primo modo, q̄ in composito secundo modo, sed loquendo de cōposito primo modo, omne compositum est nouum simpliciter, & ad argumētum de anima intellectiua, dicit se dixisse in libro de intellectu, quod in ea nulla est compositio nisi secundo modo, non primo modo: nam intellectus agens, & possibilis, non sunt duæ res, sed duæ operationes. Sed illa secunda via, tanto magis increpandą occurrit, quāto quod errorem quem in se conti- K net, ascribit Arist. Nos enim non descendimus in contradicendo sermonibus istius viri, nisi propter amorem veritatis, sicut Philosophū decet: nam multos tempore meo, scripta istius hominis in graues errores: & manifestissimos detruserunt, suum enim studium est in cōtradicendo patribus antiquis, & scribere, quicquid in buccam venerit. iuxta illud Arist. in primo de generatione: & corrup. tex. com. 7. Qui autem ex multis sermonibus indocti, existentiam entis intuentes, & ad L pauca respicientes, de facili enunciant. Dicimus nos ꝙ Arist. ibi argumentatur contra antiquos, ponentes entia mathematica separata secundum esse a sensibilibus: & inquit. ꝙ impossibile est tales naturas separatas esse a sensibilibus, si enim erunt separata solida: præter sensibilia, ab his altera, & priora sensibilibus palam, & præter superficies alteras, necessarium est separaras superficies, & puncta, & lineas, eiusdē esse rationis: si autem hic palam præter solidi mathematici superficies, & lineas, aliæ separatæ. priora M enim compositis sunt incomposita, & cætera quæ sequuntur. vnde ad imaginationem antiquorū, ponentium mathematica corpora separata, secundum esse a sensibilibus, sequuntur illa inconuenientia, sed nō fuit intentio Arist. ſm mentem propriam, ꝙ gñationes naturales fiant illo modo, sicut fingit iste bonus vir, quod agens naturale colligit partes quarū natura cōsistit: in non colligatione: hoc. n. est imaginari. quod gñationes substantiales ab agēte naturali proficiscantur, quēadmodum genera-

Impugnatio secundæ expositionis.

A generationes rerũ artificialiũ fiunt ab artifice, vbi vna tabula in arte na uifactiua, quæ erat separata ab altera, colligatur cum altera tabula, mediante clauo, & ista imaginatio est vana: nam materia prima, cũ sit ens in pura potentia, nõ inuenitur in esse, quod habet extra aĩam: separata a forma. vnde Commen. 3. cœli & mundi. com. 29. inquit. ens in potẽtia: nõ inuenitur nisi I ente in actu, & si separaretur, esset ens & differentia inter esse in potentia, & non esse, est quia nõ esse, non est in actu ens, neq; in aliquo in actu non distincto

B ab eo, & hoc intendimus in hoc loco, cum diximus de prima materia, quod nõ est ens in actu, & est ens in ente in actu, non distincto ab eo. similiter etiam forma materialis, secũ dum suam rationẽ, nõ inuenitur. separata a materia, qa separatio eius a materia, est eius corruptio: vnde Cõm. 3. cœli. cõ. 31. ostendens differentiam inter elemẽta quæ sunt cor pora, ex quibus constant mixta, inter & elemẽta, quę non sunt corpora, vt prima materia & forma. inquit. & debes scire, ꝙ elementa hæc de quibus perscrutatur: sunt alia ab

C vniuersalibus: de quibus perscrutatus fuit in primo physi. illic. n. declarauit elemẽta vniuersalia corporum simplicium, & cõpositorũ. s. primã materiam, & formam. hic aũt declarare intendit, elementa corporũ cõpositorum tantum, quæ ęquiuoce dicuntur elementa cũ il is: qm̃ cum compositum diuiditur, nõ existunt in actu, forma. n. corrũpitur: & materia induit aliã formã. Amplius Cõm. 12. diuinorũ. com. 18. inquit agens nõ congregat inter duo, in rei veritate: sed est extrahẽs illud quod est in potentia, ad actũ, & quasi congregat inter potentiã & actum, scilicet inter materiã, & formã: secundũ quod extrahit potentiam ad actum, non destruendo subiectum recipiẽs potentiã, & tunc efficiuntur in composito duo. s. materia, & forma. vnde intentio Arist. contra Platonẽ. 7. meta. tex. com. 23. & infra, est ꝙ illud quod per se gñatur, & per se fit, est synolon. i. simul totum, videlicet cõpositũ, & materia, & forma nõ generantur, nec fiunt nisi per accidens, vnde Cõm. ibidem cõ. 26. super illis verbis, in tex. & hoc nõ est aliud, inquit. i. & non facit aliquod vnum in aliquo. verbi gratia formam in subiecto, quoniam manifestum est, ꝙ si facit, facit ex alio aliud, nõ aliud in alio: facit enim ex materia formatũ, non in materia formã: non fuit igitur opinio Arist. ꝙ gñatio naturalis: fiat ab agente naturali, quia colligat naturas, quarum ratio consistit in esse non ligato. & quarũ ratio consistit in esse separato: & dissoluto, quia hoc facit credere gñationes naturales, assimilari artificialibus, quod est maximum inconueniens: vnde Cõm. 12. meta. cõm. 2. super illis verbis tex. etenim si totũ quoddã omne substantia est, prima pars. & si eo quod est consequenter, & ita primum substantia, deinde qualitas, aut quantitas, recitans expositionem Themi. inquit. sed ipse intellexit de vniuerso tres modos, aut uniuersum cõpositum ex partibus consimilibus, adunatis adinuicẽ, aut contangentibus se vt corpora artificialia, aut segregatis, vt pars ciuitatis, & exercitus, & reprehendens ipsum in hac expositione inquit, & hæc additio est superflua, nullus. n. existimat

G existimat. q partes entis q sunt decē prędicamenta, sint contangentes se, aut segregatę in loco, & ita ego dico, q nullus Peripateticorum imaginatur quod gñatio naturalis, ab agēte naturali fit, quia materia & forma, quæ sunt solutę, ligentur, & copulentur adinuicem, nulla enim est ligatura, nullum gluten, nullū deniq; vinculum, inter materiam, & formam. nam vt scribit Arist. 8. meta tex. cō. 15. ideo ex materia & forma, fit per se vnum, quia illud est potentia, & hoc est actus, & huius nulla est ratio intrinseca, à rationibus intrinse-

H cis istorum simplicium. vnde vt concludit, quare nulla alia causa, nisi vt quasi mouens, ex potētia ad actum. Amplius in eo q dicit, quod omne compositū ex diuersis rebus, est simpliciter nouum, falsum est: nam sm Auer. in principio libri de substātia orbis, corpora cœlestia sunt composita ex duab' naturis, videlicet ex natura agente motum, & ex natura recipiente motum, sicut corpora generabilia, & corruptibilia, componuntur, & tamen corpora cœlestia non sunt simpliciter noua. Amplius, q

I dicit de anima intellectiuā, quod nō sit vera cōposita ex duabus substantijs, realiter distinctis, falsum est, & contra Arist. & Cōm. 3. de anima. com. 17. vbi volunt quod in omni natura sunt tria, scilicet agens, & patiens, & factum, & Cōm. 12. meta. com. 17. expresse dicit, vbi recitauit opinionem Alexañ. & Themistij, de intellectu agente materiali, & intellectu in habitu, nos autem iam perscrutati sumus de istis duabus opinionibus, in libro de anima, & diximus, quod intellectus agēs est quasi fora in intellectu materiali, & quod ipsa agit intellecta, & recipit ea se- K cundum intellectum materialem, & q intellectus materialis non est generabilis, neque corruptibilis, & declarauimus illic, quod hæc est sententia Arist. & q intellectus in habitu, idest speculatiuus, habet partem generabilem, & corruptibilem, illud autem quod corrumpitur, est actio eius, in se autem non corrumpitur, & q ex extrinseco intrat nos. Amplius Cōm. 3. de anima. com. 4. mouens obiectionem contra Philosophum, q anima intellectiua sit actiua, & non passiua, quia obiecta extrinseca non mouēt ipsam nisi post L quam mens aufert, vel abstrahit ea, à materia, soluendo dicit, secundum, igitur quod intellecta mouent eam, est passiua, & secundum quod mouentur ab ea. est passiua, & ideo dicit Aristot. post. 1. in tex. com. 17. quod necesse est ponere in aīa rōnali has duas differentias. s. virtutem actionis, & virtutem passionis, & dicit aperte q vtraq; pars non est generabilis, neq; corruptibilis, vt post apparebit, & est in tex. com. 19. vbi expresse Arist. dicit intellectū agentem esse abstractum, & Cōm. p longum processum, ostendit eadē rōne M intellm materialem esse abstractū; & q isti sunt realiter distincti: nā vt inquit ibi Cōm. quēadmodum non scimus multitudinē intellūum abstractorū, nisi p diuersitatem actionum eorū: ita etiam non scimus diuersitatē istius intellectus materialis, ab intellectu agente, nisi p diuersitatem suarum actionū. Amplius in quo differt opinio Auer. ab opinione Them. & Theophrasti, nisi ita ponat vt diximus? nam vt scribit. 3. de anima. com. 5. & 20. Themis-

&

A & Theophrastus voluerunt (vt sibi ascribit ipse) ꝙ intellectus agens, & intellectus materialis, & ĩellectus in habitu, sunt vnus intellectus subiecto, & ꝙ actio, & receptio, intelligun tur ſm similitudinem, sed ipse vult animam intellectiuam componi, ex intellectu possibili, & ex intellectu agente, tanquam ex duabus partibꝰ essentialibus realiter distinctis, & ꝙ recipiat species intelligibiles per intellectum possibilẽ, & ꝙ agat, & abstrahat per intellectum agentẽ. vnde patet error illorum, qui posuerũt intellm agentẽ esse Deum, cũ Arist.
B & Cõm. appellant ipsum animę nostræ partem, sed de his diffuse vide q̃ scripsi in speciali quæstione de hoc in. 12. meta. super expositione. tex. cõ. 17. Dicamus igitur nos, ꝙ si propositio dicens, omne cõpositum nouum esse, & per nouum intelligatur dependens, nulla difficultas contingit, quia omne compositum, dependet à suis principijs componẽtibus. Sed si per nouum intelligatur possibile, & generabile, tunc opus est distinctione, pro quo animaduerte q̃d in quolibet composito necesse est, vt vnum concurrat vt actus, & reliquũ
C vt potentia, vt patuit ex auctoritate, supra allegata ex. 8. metaph. tex. cõ. 15. vnde secundo de anima. tex. cõ. 7. non oportet quærere si vnum est anima, & corpus, sicut neq; cera, & figura, neq; omnino vniuscuiusque materia, & id cuius est materia: vnũ enim, & esse (cum multipliciter dicantur) quod vere est, actus est, potentia autem, pro nunc est in duplici differentia, quædam est potentia simplex, quæ videlicet est ad vnum, quædã vero est potentia multiplex, appello autem multiplicem potentiã, quæ est ad opposita, sicut est potentia contradictionis, sicut est potentia quæ est in prima materia, nã per talem potentiam, res põt esse, & non esse, vt patet. 7. metaph. tex. cõ. 22. & 53. & talis dicitur potentia in substantia, vel ad esse ſm Auer. in libro de substãtia orbis. dicit. n. iuxta principium secundi capi. ꝙ omne in quo non est potẽtia, nisi ad duo contradictoria est potentia, quæ est in substantia, de ista. n. intelligitur dictum Philosophi in. 9. metaph. tex. com. 17. videlicet, ꝙ omnis potẽtia passiua, est potentia cõtradictionis,
E & ideo dum quæritur vtrum omne compositum est nouum, intelligendo per nouum possibile, quod videlicet potest esse, & non esse, distinguẽdum est de composito, quia si compositum fuerit ex potentia passiua, quæ est potentia contradictionis, sicut sunt ista generabilia, & corruptibilia, in quibus talis potẽtia est causa suæ possibilitatis, & generabilitatis, sicut dicit Cõm. in. 1. ca. de substantia orbis. & in secundo declaratum est. ꝙ causa corruptionis entiũ, & factionis eorum, est contrarietas existens in suis formis, & commune
F subiectum, quod nullam habet propriam formam, sed est in potentia ad omnem formam, & in. 2. cap. ponens differentiam inter corpora generabilia, & cœlestia, dicit ꝙ corpora generabilia, componũtur ex substantia, in potentia, & ex dimẽsionibus in potentia. sic igitur omne tale cõpositum, isto mõ est nouũ, & possibile. Si aũt loquamur de cõposito ex substantia in actu, & ex dimensionibus in actu, sicut sunt corpora cœlestia, quę componuntur ex orbe, qui est materia in actu, & rectus

Põ ꝑpria.

Potentia duplex.

G ctus dicitur subiectum, q̄ materia, vt dicit Cōm. in. 8. meta. com. 12. & in 2. cap. de substantia orbis. nam in tali orbe, non est potentia nisi ad vbi tantum, non est potentia ad esse, & non esse, sicut est in prima materia, sic tale cōpositum non est nouum, sed antiquum seu æternum ſm Philosophos, & eodem modo aīa intellectiua, quæ est composita ex intellectu possibili, & ex intellectu agente, quia ibi non est potentia ad substātiam. nam intellectus possibilis est materia intelligibiliū, & recipit alio modo, q̄ recipiat materia, ibi talis cō-

H positio stat cum æternitate in substātia, & similiter cōpositio ex actu, & potentia in reliquis intelligentijs, citra primam, stat cum ęternitate, & cum necessitate essendi. Sed tūc est ardua difficultas, q̄uo ſm istā gloss. Com. habebit intentum suum: contra illos qui ponebant trinitatē in diuinis, & contra Mauros. Nam manifeste patet, ꝙ illi non posuerunt ibi cōpositionem ex tali potentia: quę est potētia contradictionis. Nisi esset: quod prima uia antiquorum ponebat trinitatem numeratam in substantia, & cum hoc ponebant

Arduā difficultas.

Solutio.

I unū deum, quæ quidē non est opinio christianorū (vt quidā male autumant ibi) nā nos nō ponimus substantiam diuinā esse numeratam in tribus personis, immo substantia diuina est vna numero, sine distinctione: & diuisione sui cōicata tribus suppositis. tunc igitur argm̄ Com. est ad hominem ibi, quia numeratio in substantia: nō fit nisi per materiā, ut patet primo cœli. tex com. 92. & 1. cap. de substantia orbis: & in lib. destructio destru. in dispu. prima in solutio. 7. dubij, ubi inquit. causa. n. pluralitatis: seu numeralitatis, est materia apud Philosophos, & ideo si trinitas esset numerata in

K substantia, tunc sequitur: ꝙ in ea esset cōpositio ex tali potentia, quæ infert nouitatem in substantia, si bene animaduertis. Similiter opinio Maurorū, ponebat trinitatē per dispositiones superadditas essentiæ, id est per qualitates, modo ubi est numeratio per qualitates, & accidentia, ibi est compositio ex materia, & forma: quia in totaliter abstractis a materia non est reperire qualitates & accidentia: ut dicit Cōmen. 12. meta. com. 25. Nec hoc etiam dicit

L lex nostra, quia relationes originis in diuinis non determinat essentiā, nec multiplicant essentiam, sed constituunt: & plurificant personas, ut dicit Damasce. & ideo utriq; opinioni contra quam arguit ibi secundū fundamenta philosophiæ contingit quòd in diuinis sit talis compositio ex tali potentia, quæ infert veram nouitatem, & veram possibilitatem, & contingentiam: vnde infert nisi dicant quod aliqua componuntur per se, & si ita esset: tunc aliqua extraherent se de potentia ad actum

M sine causa agēte, ecce quomodo ista deductio est de compositione qua aliquid extrahitur de potentia ad actum, manifestum est autem quod hoc non nisi generabilibus, & corruptibilibus attribui potest, nam in æternis non est possibilitas quæ præcedat actum, quia possibile in rebus æternis est necessarium: vt dicit Cōmen. in secundo cœli & mundi. cō. 34. & sic argumentum Auer. concludit ad hominem. omne igitur compositum ex potētia passiua contradictionis, & ex actu est nouum, &

A & possibile, & de hoc non est dubium.

PROPOSITIO XLII.

Demonstrationes non sunt de his quæ sunt per accidens.

Glossa Auerro.

Propositio est Aristot. in primo poster. & glossatur per Cõm. 4. physicæ auscultationis com. 20. de his quæ sunt per accidens raro, fallit autem de his quæ sunt per accñs semper: nam de his quę sunt per accidens semper, possunt fieri demonstrationes veræ. non essentiales, quæ dicuntur demonstrationes dialecticæ. B Vbi animaduerte ꝙ per demonstrationes veras, & non essentiales, non debes intelligere demõstrationem quæ fuit diffinita in libro posterio. quia ibi ostensum fuit, ꝙ demonstratio procedit ex his quę sunt per se, & necessaria, & ꝙ omne necessarium, ex quo fit demonstratio, est per se, sed per demonstrationes veras, non essentiales, quæ dicũtur dialecticæ intelligas rationes quæ procedunt ex veris & necessarijs, non tamen ex his quæ sunt per se, & istę appellantur rationes logicæ, & non dicuntur proprie demõstrationes, C vnde lucidissimus Themistius secundo posterior. cap. 30. dicit, ꝙ potest fieri reciprocatio in rationib⁹ à causa ad euentum, & ab euentis ad causam, sed primus processus ab euentis ad causam, est logicus syllogismus, secundus vero à causa supra euentum, est absoluta demonstratio, & hoc non intellexit Burlæus, nec Paulus Venetus ibi. Sed tunc iterum est difficultas, quia sciẽtia videtur considerare multa, quæ sunt per accidens, sicut quod qualitates & formæ sunt diuisibiles per accidens.

Quid demonstro vera & nõ essentialis

Themist.

Cõtra Burlęũ & Pauli Vene.

Ad hanc obiectionem rñdet Cõm. D 3. cœli & mundi in commen. 7. dicens. dicamus respondendo ꝙ accidentia de quibus artifex considerat, quædam sunt quæ existũt in suo subiecto essentiali, & primo, vt par, & impar in numero, & quędã existunt sub similitudine ad accidentia, existentia in subiecto alterius scientiæ, naturaliter, vt arithmeticus considerat de numeris superficialibus, & solidis, & considerat geometer de superficiebus, & lineis, & corporibus communicãtibus, & plus de hoc est consideratio tantum inferioris sciẽ in accidentibus contingentibus suo E subiecto, propter subiectum altioris scientiæ, vt prædictum est, & cum tu inspexeris considerationem naturalis, in diuisione cõtinui inuenies ipsam esse in consideratione demonstrata his duobus modis, quos diximus. s. modo per assimilationem, & modo per causam, cum diuisio qualitatis sit similis diuisioni quantitatis, & causa diuisionis earum, est diuisio quantitatis in eo quod quãtitatis in eo quod quantitas, vult dicere sententiam Arist. in. 1. posterior. analyt. in illo cap. non ẽ ergo ex alio genere transcendentem demr̃are, & F ẽ tex. c. 22. vbi habet. nõ est. n. arithmetica demr̃onem accõmodare in magnitudinib⁹ accñtia, nisi magnitudines numeri sunt. ibi. n. colligitur ꝑdicta distinctio posita ꝑ Auer. qđ sunt aliqua accñtia per se primo cõpetentia vni subiecto, quę tñ per similitudinem cõpetunt alteri subiecto, & hoc nõ contingit nisi inquantum vnum subiectum subijt rõnem alterius, vt par, & impar, qđ est accidens essentiale numeri, nã ei per se primo competit, & tamẽ ꝑm similitudinem,

Accidẽtia consideratbilia dupliciter.

G tudinem transferri potest ad magnitudines, inquātum induunt rōnem numeri, quia magnitudo vt numerabilis est, est aut par, aut impar, & hoc erat quod dicebat philosoph' in præfata auctoritate, quod accentia numeri de quib' p se primo cōsiderat arithmetica, p demfonē accōmodari nō pñt ad magnitudines, de quibus est geometria, nisi magnitudines numeri sint. Ex quibus verbis elicio aliā limitationē, sup propōsita propōne, quod de his q̄ cōpetunt p accns isto modo, videlicet p assimilationē, pñt fieri demfrōnes, vñ diuisibilitas p se

H primo, & essētialiter, & p causam est quātitatis in eo quod quantitas: sed qualitatib' cōpetit p assimilationē, quia formæ, & qualitates sunt diuisibiles, sicut quātitas, pro quāto qualitas sit quāta, iuxta illud Aris. in pdicamētis, quāta superficies fuerit, tantā albedinē fore dices, sicut. n. passiones numeri pñt demfari de magnitudine, vt magnitudo est numerabilis, sic passio p se primo quātitati cōpetēs, pōt demfari de qualitate inquantū qualitas subit quāti rationem, & ista est opinio Arist. & Cō. nullus me arguat de superfluitate auctoritatū, qa

I (vt inquit Auer. in lib. Colliget) multoties homo per cribrum immēsam arenæ quantitatem uentilādo, rimatur, vt inueniat paruam gemmam.

PROPOSITIO XXXXIII.

Mathematicus solum de causa formali considerat.

Opio. alio rum. Impugna. Propositio ista scribit' ab Auerr. 1. phy. auscultationis in cōm. 1. Aliqui hac auctoritate moti, absolute dicere consueuerunt, mathematicas demonstrationes omnes procedere p genus causę formalis. Sed ista

K opinio stare non potest, nam sciētiæ mathematicæ in suo genere demonstrant, q̄nq; per medium quod est causa materialis in illo genere, vt in geometria demonstratur quod angulus est rect', ex eo quod est medietas duorum rectorum. manifestū est autem, quod tale medium in hac demonstrōne non est causa nisi in genere causę materialis, quia proportio partis, seu dimidij ad totum, est proportio materiæ ad formam proportio autē totius ad partes est. proportio formæ ad materiam, vt dicit Com. in 7. meta in com. 35. vñ Aris.

L in 2. posterio. volens exemplificare in tex. com. 11. in omni genere causæ, q̄uo demfo fieri possit, adducit istud exemplum in mathematicis, q̄ procedit per genus causæ materialis, & ista via est Aegidij Romani, in loco allegato de tali exemplo, tñ hoc non placet Auer. in cō. dicit. n. sed acceptio quidem causæ quæ est fm viā formæ, termini medij, est sicut quod dicitur. quare sit angulus trianguli, factus supra diametrum immediate circumferentiæ rectus, & dr q̄m ipse est medietas anguli, q̄ est super centro, & angulus qui est super cētro, cū

Opio Aegidii Rom. opi. Auer.

M est triāguli, fm hanc dispositionem sunt æquales duobus rectis, & exemplum acceptionis causæ, quæ est fm viam hylæ medij termini, vt dicatur quare corrumpitur homo, & dicat̄ q̄m est compositus ex contrariis, vbi patet expresse, q̄uo demonstratio illa fm ipsum, est in genere causæ formalis, & nō materialis, vt dixit Aegidius Ro. in illo loco, & Paulus Venetus sibi. Conciliari autē possunt istę opiniones, isto modo, quod in prædicta geometrica demfone, est exēplum

Cōcordia inter opio Aegidii, & Auer.

A plum tam causæ formalis, q̃ etiã materialis, exemplum autem est hoc, omnis angulus super arcum in semicirculo consistens, est rectus, & probatio hu⁹ est ĩ tertio Euclidis, quod angulus super arcum consistens, diuiditur in duos angulos, per lineam ductã ad cẽtrum, & ultra protractã, quorum angulorum vterq; est medietas extrinseci, ad centrum exẽtis, & ita illi duo, simul sunt vnum medium duorum rectorũ angulus aũt qui est medietas duorũ rectorũ, rectus est: ergo angulus super arcũ in semicirculo cõsistens, rectus est. põt B igr̃ sic formari syll's, oĩs angulus sup arcum in semicirculo consistens, est medium duorũ angulorum rectorum: oẽ mediũ duorum angulorum rectorum est angulus rectus: ergo oĩs angulus sup arcum in semicirculo consistẽs, est angulus rectus, iste aũt syll's nondũ factus est ex ĩmediatis, hẽt.n. maior propõ mediũ, quo demr̃etur .s. diffõnẽ formalẽ anguli recti, q̃ ponitur inter principia geometriæ, erit itaq; syll's ex ĩmediatis, talis. oĩs angulus æqualis angulo sibi alternato coniuncto, sup aliquam linearũ continentium ipsum directe, C protractã, est angulus rectus, oĩs angulus qui est medium duorum rectorum, est æqualis angulo alternato sibi coniuncto, & cætera. ergo oĩs angulus qui est mediũ duoꝝ rectoꝝ angulorum, est angulus rectus. mediũ in hoc syllogismo est diffinitio formalis anguli recti, in priori aũt, fuit diffõ materialis anguli recti, medium. Et ita dicit ad literam Robertus Linconiensis in 2. poster. in illo cap. quoniam aũt scire opinamur, cum sciamus causam. Ex quibus manifeste patet, q̃uo in scientiis mathematicis, demr̃ari põt aliquid p gen⁹ D causæ materialis, nã licet sciæ mathematicæ abstrahant a materia sensibili, non tñ abstrahunt a materia intelligibili, vt dr̃ in. 7. met. t.c. 35 Dicamus igr̃ ꝙ pro tanto mathematicus Põ ꝓpria. dr̃ considerare formam tm̃, quia nõ considerat materiã sensibilem. neq; agens; neq; finẽ concernentẽ motũ, sed solum cõsiderat formam vl̃em, declarãtem quiditatem, partes.n. diffinitionis dñr formæ, vt patet in 2. phy. tex. com. 28. vbi Cõmẽ. inquit. in cõ. quod diffinitio cõponitur ex forma vl̃i quæ est genus, & ex forã propria quæ est dr̃ia. &. 7. meta. t. cõ. E 35. partes diffinitionis sũt duplices, quãtitatiuę videlicet, & istę sunt materiales: & diffinitiuæ, & istæ sunt formales. mathematicus igitur bene aliquam demr̃onem formare potest, p materiã intelligibilem, in ratione medii, quod est causa ut materia, vt declarauimus in proposita de monstratione, sed nõ demonstrat p materiam sensibilem, quia illa pertinet ad naturalem. nam naturalia se hñt per additionem ad entia mathematica, habẽt se.n ad illa, sicut simũ ad concauum, vt dr̃ in. 6. primæ philosophiæ, in tex. cõ. 2. Aliud igitur F est solam formã cõsiderare, & aliud est per solum genus causæ formalis demonstrare, vnde bene mathematicus solam formam considerat, quia non solum abstrahit ab hic & nunc, sicut est abstractio qua vniuersale abstrahitur a particulari, qa cũ scientia sit de vniuersalibus, istud gen⁹ abstractionis, est commune omnibus scientiis, verum etiam abstrahit quiditatem, & formam a materia sensibili, ad differentiam Philosophi naturalis, qui diffinit per materiã sensibilem.

G sibilē. similiter etiam nō est dubiū, ꝙ demonstrationes mathematicæ sunt demfones simpliciter dātes causam, & esse procedentes a notiorib⁹ naturę & nobis simpł'r,in tali autem demōstratione mediū est cā vtroq; modo,& in essendo, & inferendo, respectu conclusionis,vt patet ex diffinitione demfonis. 1. posterio. vnde Linconiensis ibi dicit,ꝙ scīa præmissarum gignit sciam conclusionis in anima, & quia illæ demfones simul, & semel dant inuentionem,& inuētionis causam, a notioribus naturæ, & nobis procedendo. ideo dñr esse ī

ADDI. Vide Cō. in 2.ph.in cō.6 8.vbi d. ꝙ sciæ mathema cōsiderāt de foris,: ō eiq; insunt fm solam

H primo ordine certitudinis, vt scribit Cō.in 2.meta.in cō. 16. Non valet igr̄ ista sequela, mathematicus solā formam considerat, igitur per solū genus causę formalis demōstrat. nā illud ideo dicitur, quia mathematicus non considerat materiam sensibilem. sed abstrahit ab illa: nam cū eadem sit linea naturalis, & mathematica, vt patet. 2. phy.tex.cōm. 18. Linea autem naturalis, est forma in materia sensibili, mathematicus solam quiditatem lineæ considerat,nō curando de materia sensibili, quia nō cōsiderat de linea terrestri,aut cę

I lesti, sicut naturalis,sed solum naturam lineæ inquantum linea est, cōtemplatur. Et aduerte vnum singulare,contra multos, ꝙ sciæ mathematicæ non sēper demfonibus simpliciter vtuntur,absolute loquēdo',quia vt aliàs declaraui, scīa dupl'r cōsideratur. Vno modo in sua puritate, fm propriam sui naturā,non respiciendo aliquo pacto ad aliquid extrinsecum. Alio modo consideratur, ut occurrit addiscenda a nobis. & primo quidem modo scientiæ mathematicæ procedunt per demonstrationes

Sci a dupl'r

simpliciter,quæ procedunt ex notioribus naturæ & nobis: sed secundo modo consideratæ, descēdunt qñq; ad aliquas exemplares manuductiones,& aliquas probationes,quæ non sunt simpliciter demfones, imo aliquæ vt sic,fundātur sup locis extrinsecis,sicut in geometria probatur ex proportione diametrorum, proportio quadratorum,& sil'r sphærarum & circulorum, cū tñ notū sit, quod proportio diametrorum, non sit cā proportionis circulorum, aut quadratorum. Et hoc non vidit Iac. de Forliuio in. 1. techni in. q. 1. in solone. 2. argumenti principalis. qui occasione istius argumenti, coactus fuit aliquam ponere demostrationē quæ nō est quia, neque ꝑpter quid, nec simpliciter.

Cōtra Iac. de Forli. L

Vnde dicit Alexan. in principio lib.topi.ꝙ dialectica:& rethorica, circa oēs scias pñt ex cōibus mediis formare rationes probabiles, vñ in geometria, ex cōibus pōt dialecticus facere rōnes dialecticas, & in philosophia nāli,& in medicina,nō tñ ex ꝓpriis istarū sciarū, vñ dū dr̄ ꝙ rōnes mathematicę sunt demfatiuę,intelligit de illis q̄ procedūt ex ꝓpriis illi⁹ scię,sed si procedunt ex cōibus, non erunt demfones mathematicę, sed erūt rōnes dialecticę. sic.n. damnat Brysonē philosophus in 1. poster.de quadratura circuli. Vnde Alex.in. 1. topi.c.3.inquit,ꝙ quæcunq, problemata in qualibet scīa indigent argumētationib⁹, ex cōibus sunt dialectica, sed quęcunq; indigēt maiori indagine q̄ ista,cadunt a ratione problematum dialecticorum, sicut illa quę probationes ex propriis vtriusq; scientiæ expetunt & est sermo philosophi in calce illius cap.3.

ADDI.

M

Et

A Et similiter patere potest, responsio ad problema, quod consueuit quæri a multis, quomodo demonstrationes mathematicæ sunt simpliciter, cum omnes fere illæ demonstrationes sint deducentes ad impossibile, & tamen demonstrationes ducentes ad inconueniens, sunt de numero signorum: vt dicit Commen. in. 1. cæli & mundi, in com. 95. patet solutio ad hoc ex prædictis: vñ multa sunt in scientia, quæ non sunt necessaria ex parte scientiæ, in se consideratæ, sicut sunt diuisiones, & subdiuisiones, quæ teste Auer. in principio sui Colliget. non sunt necessariæ in sciẽtia propter se, sed adducuntur propter debilitatem virtutis discretiuæ scholarium, & sicut sunt exempla, quibus vtuntur in scientia, nõ vt ita sint, sed vt audiant, qui addiscunt, vt dicit Arist. in. 2. priorum. & Com. in 2. de anima. in comm. 67. vbi habet quod de exemplo nõ requiritur verificatio, sed sola manifestatio, vnde non est dubium, ꝙ mathematica, vt nobis addiscenda occurrit. descẽdit etiã vsq; ad sensibiles manuductiones, in materia sensibili, sicut manifeste testatur Arist. in. 1. poster. vbi in tex. com. 25. in illo cap. Omnis. n. demonstratiua scientia, circa tria ẽ, & quæcunq; esse ponuntur. inquit. Neq; geometra falsa supponit, sicut quidam affirmant dicẽtes, quod nõ oportet falso vti geometrã, aut mentiri dicentem vnius pedis esse nõ vnius pedis, aut rectam scriptam, non rectam existentem. Sed geometra nihil concludit in eo, quod est hæc linea, quàm ipse dixit, sed quæ ꝑ hæc ostenduntur. Et si allegetur contra hoc auctoritas Arist. in. 1. ethi. c. 2. vbi inquit simile quippe videtur a mathematico persuasionem accipere, & ab oratore demonstrationẽ requirere, eodem modo glossandũ est, quod hoc intelligitur ex natura scibilium, & ex natura scientiæ in se consideratæ. nam hoc vult ibi habere, quod sermones fiunt ſm naturã materiæ subiectæ. Et immorari in hoc amplius est superfluum.

PROPOSITIO XLIIII.

Multitudo aut est ex multitudine materiæ, aut ex multitudine agentis: si fuerit possibile, ut formæ diuersæ habeant eandem materiã, aut ex multitudine duarum causarum.

Scribitur ista propositio in. 8. primæ philosophiæ. in tex, com. 11. licet tota formaliter non sit in text. sed Com. habet eam in com. in propria forma. Tres partes habet ꝓpositio proposita, prima autem, & vltima sunt absolute, ꝓlatæ, & secũda est cum conditione. Animaduerte igitur, pro intellectione eius, quod vt scribit Com. in. 1. physi. in com. 6. quod omnis multitudo est, aut rerum differentium, secundum formam, aut est rerum differentiũ, ſm quantitatem. Et ideo dico ꝙ prima pars propositionis, intelligiť de multitudine numerali in eadem specie rerum naturalium proueniente, de tali enim loquitur Com. in. 7. primæ philosophiæ. in com. 28. Dum scribit, multiplicatio indiuiduorum in eadem specie, ab vno generante, prouenit a multitudine materierũ in quas agit, loquitur enim ibi de similibus

G similibus in forma: vt Aristot. etiam ibidem in text. Et hoc idem asserit Com. in lib. destruct. in solution. 7. dub. in dispu. 1. inquit enim, cũ pluralitatis, seu numeralitatis est materia apud philosophos, & cũ coueniẽtiæ in multitudine numerali, est forma, & hoc idem colligitur ex. 1. cœl. tex. com. 90. Tertia vero pars propositionis, veritatem habet de diuersitate specifica. Ibi enim & materiæ sunt specie diuersæ, & formæ agentes, sunt specie etiam differentes, sic enim loquitur Aristo. & Com. in. 8. met. tex. com. 11. & Com. in. 8. ph.
H in com. 46. vbi inquit, quorum materiæ sunt specie differentes, etiam formæ sunt specie differentes. Secunda vero pars, propositi theorematis, vt mihi datur cernere, solum locum habet in rebus artificialibus, sistendo præcipue in via Auer. videlicet. quod stante identitate materiæ, põt esse multiplicatio, & diuersitas formarum, ex parte agentis. nam vt dicitur in tex. idem artifex ex eodem ligno potest facere scãnum, & lectulum: nam alia est forma scanni in anima artificis, & alia est forma lectuli: nam vt scribitur in. 7. primæ phi-
I losophiæ. tex. com. 29. forma dom⁹ in materia, fit vniuoce a forma domus in anima artificis, vnde artifex per plures formas ideales, quas habet in anima, ex eadem materia potest diuersa specie efficere, vt clarum est. Et quia hoc non habet veritatem in naturalibus, sed solum in artificialibus, præcipue quia in substantiis naturalibus, ipse tenet ꝙ nulla species est a casu, tenuit enim in. 8. physico. com. 46. quod genita ex materia putri, & genita ex semine, sunt diuersarum specierum, vnde vult quod materiæ ipsorum sunt specie differentes, & formæ etiam quia dantur materiæ propriæ, sicut dantur formę propriæ. Non enim quodlibet ex quolibet indiscriminatim fieri potest. K

Opinio Sco. & rõnes cõua Auer.

Verum ista opinio posterioribus non placuit. vnde Scotus in. 1. senten. dist. 2. q. 7. & Antonius Andreas in. 7. suæ meta. q. 8. tenet oppositũ, sunt enim in hoc quæsito tres opiniones, duæ sunt extremę, & vna media. Auicẽ. n. vt sibi imponit Cõ. in. 2. meta in com. 15. vniuersaliter asserebat quod quæcunq; indifferẽter generari possunt ex putrefactione, quantuncunq; perfecta, quæ ex L semine videmus generari, vt homo & equus: vnde inquit Auic. cum tota sua famositate in philosophia, dicit hominem possibile esse generari ex terra, sicut murem. Auer. autẽ tenuit aliud extremum, ꝙ nihil qđ generatur ex semine, potest idem secundum speciem generari, ex putri materia. Via autem Latinorum, vt diui Thomæ, Scoti, & Conciliatoris est media. videlicet quod animalia sunt in triplici differentia, & similiter plantæ: Quędam sunt entia multum perfecta in suo genere, & talia solum ex semine generari possunt. M Quædam sunt adeo imperfecta, qđ solum ex putri materia generantᷣ. Quædam vero sunt medium obtinentia gradum inter ista extrema, ꝙ videlicet eadem ex semine, & sine semine gñari possunt, & ista videtᷣ fuisse sententia Aristo. sine dubio in 7. meta. in tex. com. 23. vbi expresse dicit tex. postqnam in fine. text. 22. dixerat. generationes, autem alię dicuntur factiones. omnes autem factiones sunt ab arte, aut a potestate, aut a mente: harum autem quædã fiunt

A fiunt a casu, & a fortuna, similiter, & in factis a natura: vnde in principio tex. 23. inquit continuando sermonem suum, cum fine text. praecedentis, quaedam enim & illic eadem ex spermate fiunt, & fine spermate, licet litera translationis arabicae ista verba non habeat, & forte hoc fuit in cã quod Auer. ad illam deuenerit opinionem. Contra quem tales rationes inducunt, tum quia videmus animalia genitã ex putri materia generare alia similia his, quae generantur ex semine, añcedens dicunt pate re in apibus, & in murib⁹, & ĩ aliis hu B iusmodi, & hoc aperte inuenitur in plantis, quae genitae ex putri materia, generant semen, ex quo generantur aliae similes his, quae ex semine generantur. Amplius vt dicunt Cõ. sibimet contradicit, quia in. 2. coeli. com. 42. & in. 2. cap. de substan. orb. vult ꝙ calor aequiuoce generatur a motu, & potest vniuoce generari a calore. &. 7. meta. com. 31. &. 12. meta. com. 18. dicit, ꝙ ignis generatur a motu, quemadmodum generatur ab igne. Amplius talia assimilãtur in figura, in motu progressiuo, & ab eisdem conseruantur, & ab eisdem C corrumpũtur. modo ex vnitate motus philosophus arguit. 1. cęli & mũdi, vnitatem naturae. Et confirmant hoc ex. 1. de anima. com. 52. Membra cerui non differunt a membris leonis, nisi qa anima differt ab aĩa. patet autem, quod mus genitus ex putri materia, & genitus ex semine, habent eadem membra, & eiusdem speciei, ita ꝙ generaliter quaecunq; arguere possunt vnitatem speciei, reperiuntur in talibus. Amplius contradicit sibi expresse magister suus Arist. in tex. com. 22. &. 23. vt iam allegatum fuit, & sine dubio illa vi- D detur fuisse opinio Arist. in. 7. met. & in suis problematibus. Moderni autem, dicunt ꝙ ista positio falsò imponitur Auer. ab exteris, & ab omnibus modernis: nam. 12. meta com. 18. laudat Themist. qui dixit eadem aĩalia posse generatione, & putrefactione fieri, vt apes, & vespae, & ita dicunt etiam apparere ex 7. meta. cõ. 31. Amplius Com. admiratur de Auic. qui dicit hominem fieri in putrefactione sicut murem. Et sic velle videtur eundem murem s͠m speciẽ, posse fieri semine, & sine semine, aliter admiratio nulla esset. Praeterea. E Ioan. Gandauensis curiosus in doctrina Auer. expresse ait Aristot. & Auer. tenuisse medium, & ita dicũt quod exteri inique se habuerunt cõtra Auer. Similiter etiã in solutione argumentorum contra Auer. dicunt falsò imponi Auer. hoc fundamentum positionis eius fuisse, quod vnius naturae, est vnus modus communicandi, dicit enim se nunquam legisse hoc verbum in Auer. & si illud volũt legi, debet intelligi de homine, & de animalibus perfectis, & isto modo nititur soluere omnia argumenta. Sed ista positio est purus F error: nam Auer. 12. meta. non laudat Themistium, in hoc quod dixerit animalia eadem s͠m speciem fieri ex semine. & sine semine, nam haec sunt verba eius. Themist. autem dicit hunc sermonem esse sufficientẽ, sed dixit ipsum esse oblitum animalium, quae fiunt ex non similibus, vt vespae enim videntur fieri ex corporibus equorũ mortuorum, & apes ex corporibus vaccarum mortuarum, & ranae ex putrefactione aquae, & musciliones ex vino corrupto, Natũ

Opinio modernorum

Im pugnatio.

G ra enim non facit ista ex similibus in forma, vbi patet nullibi legi in Auer. laudasse Themi. quod dixerit eadem animalia fm speciem generari ex semine, & sine semine, nec in 7. meta. com. 31. hoc inuenitur, vt patet intuenti verba illius commenti. De illo autem ꝙ dicit Auer. admirari, rñdetur quod Com. in. 2. met. cõ. 15. dicit. ꝙ aliqui non recipiũt principia per se nota, nisi fuerint famosa & si acciderit quod contraria illorũ principiorum sint famosa, negabũt ea, sicut accidit loquentibus, qui negabant impossibile esse magnitudi-
H nem ex non magnitudine, ita ꝙ vidi, vt inquit, multos homines dantes se philosophiæ, qui negabant illam propositionem esse primam. Et sĩr negabant formas specificas esse proprias materiis necessario, Adeo ꝙ Auic. cum sua famositate in philosophia, dicit hoĩem generari ex terra, sicut murem, Auer. n. vult ꝙ formæ ꝓpriæ habẽt mãs ꝓprias, & qđ hoc est vnum de principiis in philosophia naturali positis & concessis, nam non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato, & Auic. dicens hoĩem posse genera-
I ri ex terra, sicut generatᶜ mus: negat hoc principium sicut manifeste sequitur ex opinione eius, quia tunc menstrnũ mulieris non esset ꝓpria materia hominis. Amplius qđ dicunt Ioã. de Ianduno tenuisse hoc de mente Auer. hoc est purum mendacium: nam Ioã. expresse in. 7. meta. suæ. q. 15. vbi ex intentione quærit, an aĩalia genita ex semine, & sine semine, sunt eiusdẽ speciei, tenet oppositum manifeste de mẽte Aris. & Cõ. & tenet ꝙ talia aĩalia, & sine semine, nõ sunt a casu, & qđ differũt specie a cõsĩlibus genitis ex ꝓpagatione, sed qđ dixerit opinionẽ Aris. & Cõ. esse mediã, penes alind refertᶜ illud dictũ, vt poteris videre ab ipso in. q. 14. Quod aũt dicit, ꝙ illa ꝓpõ qđ vnius formæ fm speciẽ est vnus per se modus cõicandi, non legi in Auer. falsum est, quia qñ infert, qđ tunc non esset respectus cãrũ ad causata, & sic auferretᶜ nã necessarii, patet ꝙ hmõi deductio apparentiam non habet, si illa ꝓpõ nõ esset vera, & in cõ. eius in lib. de diuinatione q̃ est fm quietem, an illa parte uersus finem, qua quærit an sciæ speculatiuæ possint acquiri in somno, ita ꝙ sine demſone. hoc idẽ expresse, colligitᶜ sicut poteris videre. Dicam' igr nos, ꝓ Auer. quia hodiernis temporibus multũ inualuit secta Auerroistarum, pp exercitium intelſs, dãdo viam ex fundamẽtis eius, qũo potest dici in via ei' ad rõnes istorũ. Scias igitur quod ipse aliter loquiᶜ in accidentibus, & aliter loquiᶜ in substantiis, nam in accidentibus indifferenter aliquid potest generari ab vniuoco, & ab æquiuoco, vt calor generatur a motu, vt patet. 2. cœli. &. 1. meteor. & etiam calor generatur a calore, & est glossa eius. 12. met. cõ. 13. &. 18. &. 7. met. comm. 31. & est via Arist. in hoc sine dubio. In substantiis etiam imperfectis sicut sunt elemẽta, quæ fm ipsum. 3. cœli & mũdi propter sui imperfectionẽ intenduntᶜ, & remittunᶜ, sicut & qualitates, intantum quod fm ipsum, dñr quodammodo mediare inter substantias, & accidẽtia, vniformiter loquiᶜ sicut de añtibus. vñ expresse dicit, ꝙ ignis gñatur a motu, sicut ab igne, sed in substantiis pfectis, sicut sunt plantæ, & animalia, vult ꝙ gñationes

K L M

Defensio Auer.

A tiones istorum non sunt a casu, sed habẽt causas terminatas, & sicut materia putredinalis, & materia seminalis sunt specie differentes, sic & formæ suæ, sunt specie differentes. Ad rationes igitur eorum, dicendũ est per interemptionem, videlicet qd eædem sunt operationes animaliũ, & plantarum, ex putri materia, & ex semine generatorum. Nam si sic esset, proculdubio essent eiusdem speciei. vnde dicit Auer. in lib. destruc. in dispu. 6. in solu. 6. dub. & inuenimus veritatem harum denoĩationũ
B quæ in indicatis entibus reperiũtur ab operibus cuiuslibet ipsorum, & eodem modo comprehenderũt formas brutorum, videlicet, ex virtutibus, & actionibus ipsorum proprijs in eis. vnde inquit, quod philosophi posuerunt signum subiecti ex passionibus, sicut signum formæ reperiũt ex actionibus, impossibile enim est ꝙ actio, & passio ab vna, & eadẽ natura procedant, vnde si qua planta videtur nobis ex putri materia genita, generare similem plantam in spe plantæ genitæ ex propagatione, diceret Com. ꝙ vbi hoc contingeret, illa planta non fuit genita ex pu
C tredine, sed ex semine quod fuit ibi ab aue, vel ab alia causa proiectum a casu, in tali loco, vbi generatur similis planta, & ita diceretur de mure generante alium murem in naui, quod ille non fuit genitus ex putri materia, sed fuit vectus cum aliis rebus in naui, & erat de illis qui ex semine generantur: vnde Arist. etiam in. 1. de gene. anima. videtur sentire ꝙ mus genitus ex putri materia, vel non generat, vel si generat, generat aliud quod non est, neq; mas, neque fœmina. Nam si alius genitus gene raret, vt inquit, in infinitum genetio talium sm speciem protenderetur, & facit ille locus multum pro opinione Auer. & impossibile vr̃ aliter sequela illa posse deduci. nisi stet via Auer. in hoc quod quorũ materiæ sunt specie differentes, & quæ ex specie differentibus procreant, specie differunt, vt patet subtiliter cõsideranti, & ita pariformiter diceret de plantis genitis ex materia putri, qd vel non generant, vel si generãt, generant aliud quod non est mas, neq; fœmina. Et ideo non habent easdem operationes aĩalia genita ex semine, & animalia genita ex pu
E tri materia. Vnde solertissimus naturæ rimator Arist. in. 2. de anima. vr̃ a talibus opus generationis prorsus remouere, inquit enim in tex. c. 34. Naturalissimum opus viuẽtibus est quæcunq; non orbata, sed perfecta, aut generationem spontaneã hñt, facere tale alterũ quale ipsum, animal quidem animal, planta aũt plantam quatenus ipso semp, & diuino participent, sm qd possunt, vbi loquitur vr̃ de oĩbus viuẽtibus, siue sint plãtæ, siue aĩalia, in quibus apponit illas tres cõdões, vt aliquid generare
F possit, inter quas vna est, vt non sint spontaneam gñationem habentia, sicut q̃ ex putri mã prodeunt, Ad alia autem de accidentibus, vt de figura & magnitudine, & colore, patet ꝙ talia accidentia sunt communia, & multis specie differentibus contingere possunt, vnde videmus plantas specie differentes in colore, sapore, figura, & magnitudine assimilari, quæ tamen specie differunt. Nec valet rõ ipsorũ, ꝙ mẽbra q̃ eandem retinent figurã, eandẽ obtiuẽt operationẽ, famosa ẽ propositio, sed est falsa

G apud Peripateticos, res.n. operationibus distinguuntur, non figura, nã collum matricis in mulieribus, est sicut virga in viris, & tñ non habet eãdem operationem, & sm Gal. mammillæ in viris non sunt propter lac, sed alterius rei gratia, in mulieribus vero sunt gratia lactis. ita notabiliter scribit Auer. in. 1. de genera. anima. quando soluit rationes Gale. in q. illa qua quæritur, vtrum mulier habet verum semen. Ad illud de vnitate motus, quod prouenit ab vnitate naturæ, dicendum est, ꝙ sec⁹ est in simplicibus, secus est in anima H libus, & plantis: quia simplicis corporis est simplex motus, tamen in talibus sunt varij, & diuersi motus, in istis.n. quæ sunt hic, vt dicit Commen. in. 2. cœli & mundi. in cõ. 64. Quanto aliqua sunt perfectora, tanto pluribus actionibus, & pluribus motibus, iuuguntur suo fini: & quãto simpliciora, & imperfectiora fuerint, tanto paucioribus, vt sunt elsta, quæ propter esse propinquissima naturæ materiæ, paucas actiones habent. Non est igitur in hoc assentiẽdum, ꝙ eædẽ operationes sunt vtrorunq; licet eadem illa accidentia cõmunia contingant, talia enim faciũt alteratum solum, vt dicit Porphyr.

Ad authoritatem philosophi 7. primæ philosophiæ, quæ re vera in trãslatione arabica non est, diceret Cõ. & ad omnes consimiles auctoritates, hinc inde adduci consuetas, & ex problematibus, quod talia quæ generantur ex semine, & sine semine, sunt eadem, non specie specialissima sed subalterna, aut genere generalissimo, vnde videtur esse fallacia consequentis, sunt eadem. ergo sunt specie specialissima, eadem possũt ẽt esse eadem accidente, & similitudine K non tamen propter hoc sequitur qđ sint eadem forma. Et ita defendi potest subtiliter via eius sicut vides.

Et apud me est ratio multum apparens, in via Philosophi, nam certum est, quod a perfectioribus causis, & quæ non differunt per magis, & minus, sed essentialiter differunt, debẽt produci effectus specie differentes, manifestum est autem, ꝙ perfectiores, & plures causæ, concurrunt ad animalia ex semine, quàm ad illa, q̃ sine semine: quomodo igit̃ possunt isti effectus esse æque perfecti essentialiter, & habere easdem operatiões L nes pfectas æqualiter? natura enim non abundat in superfluis, néc deficit in necessariis, si animal æque perfectum generari potest ex putri materia, sicut ex semine, cum pauciora concurrant ad hanc generationem, quàm ad illam. videtur igitur alter modus esse superuacuus in natura, quod est absurdum. nam ordo certus, & ratus, quæ est omnium naturaconstantium, vt dicit Arist. in. 8. phy. in com. & te. 15. Reuertamur igitur eo, vnde deuenimus, & quæramus causam propter quid est, quod in rebus artificialibus, vna existente M materia, ex sola tantum diuersitate agentium formarum, potest esse diuersitas specifica in causatis, in naturalibus autem, & perfectis substãtiis apud philosophum hoc minime cõtingere potest. Nisi esset, quod formæ artificiales, non sunt in potentia materiæ, sed sunt ab extrinseco motore, vt tenet Com. in. 7. meta. in cõ. 28. & 29. & in. 3. de aïa cõ. 18. vñ mã nõ hẽt aliquã inclinationẽ nãlẽ, ad aliq̃ formã, q̃ introducit̃ p artẽ in subiecto, nã vel se hẽt ad oppositũ

Rõ ꝑ Cõ.

Soio pulchri pble matis.

præsertim

A præsertim cum plures formæ artificiales introducuntur p diuisionē,& ablationem partium,a subiecto quę attestantur corruptioni ipsius subiecti,ipsum subiectum inclinatur ad oppositum,quia vnumquodq; naturaliter resistit suo corrumpenti. Aut saltem se habet in potentia neutra, ipsum subiectum sicut sunt formæ artis,quæ inducuntur sine diminutione subiecti,sed respectu formarū naturalium, ipsum subiectū habet potentiam, & appetitum naturalē, qui vt scribit Com. 1. phy. in cō. 81.

B Nihil aliud est nisi illud, quod hēt de motu materia, ad recipiendū formam. Et ita in artificialibus (sicut vides) propter allegatam causam nihil cooperatur ad distinctionem specificam effectuum, ipsa materia sicut in rebus naturalibus, nam licet verum sit quod non quælibet forma artificialis,ex qualibet materia,aut ī qualibet induci possit,forma enim serrę non potest induci in materia ceræ, quia æquiuoce diceretur serra cerea, quia caderet a suo proprio fine, qui est secare dura, sicut oculus lapide?, æquiuoce diceretur oculus, tamen

C (vt supra dictum est) vna existente materia,possunt fieri ī artificialibus specie distincta, ꝓpter solam diuersitatem formarum agentium, non sic autem in substantiis perfectis, ꝓpter assignatam causam.

PROPOSITIO XLV.

Motus natus est ignire ligna, lapides, & ferrum.

PRopositio est Aristo. in. 2. cœli & mundi. in tex. comm. 42. & in 1. meteor. Aduerte tamen, ꝙ duæ conditiones requiruntur circa hoc, vt motus calefaciat precipue. Prima, quod sit velox, ita ꝙ corpus calefactibile, distrahatur plusquā fm ꝓpriam naturam est distrahibile. Nam rarefactio, est dispositio ad calorem, & sic motus rarefaciendo corpus motum, calefacit. & si quæras quare corpus rarefactum, cū nō sit formaliter calidum, producit calorem? dic, ꝙ qn̄ est aliqua dispositio, quæ ultimate disponit materiā ad aliquam formam, illa non educitur de potentia materiæ, nisi ea mediante, & ita est de rarit te respectu caliditatis ex materiali ordine taliū qualitatum, qui ordo insequitur naturas earum.

Duæ cōdō nes requi. rūt,vt motus calefaciat.

D

E

Secunda autem est, vt motus sit in magno mobili, & propinquo, & has duas causas, vř assignare Aristo. in. 1. meteo. inquit. n. velocem. n. oportet, & non longe oportet esse, quæ qdem astrorū latio uelox quidem, longe autem, lunæ autē deorsum quidem, tarda autem, quæ aūt solis, ambo simul habet sufficiēter. Arist. etiam in. 5. particula problematum, problemate. 36. videtur dicere, ꝙ non oīs motus calefacit, verū quidam infrigidat, ut patet in ollis

F feruentibus, quoties eas afflamus, aut versamus Vnde ibi etiam redditur ratio propter quid est, ꝙ sub sole stāres, magis incalescimus q̄ dum mouemur, quod etiā cōtingit aquæ stanti q̄ calidior est seipsa mota. Solutio aūt Ari. ibi est qđ hoc ideo cōtingit, qa dum stamus, calor magis imprimit, qa corpus nr̄m assidue ꝑ poros emittit vaporem calidū, qui proximum aerem calefacit, sicut ratio. Et ideo nobis quiescentibus, aer circuens ob ꝑdictā causam, calidus red-

G redditur:sed cùm mouemur, flatus excitatur,qui nos potest refrigerare. Flatus nanq; quisq;,frigidus est. Animaduerte tñ, ꝙ motus cœli in alia, & alia distantia, est productiuus caloris in alio,& alio gradu. Nã Cõ.in 2.cœli,& mundi,in cõ.94.inquit.ꝓpinquitas motui cœli largit̃ calidita tẽ,mobilitatẽ,leuitatem,& raritatẽ, Distantia vero largitur frigiditatẽ, quietẽ,grauitatẽ,& densitatem,vnde ignis intẽsiue calidior est aere, nam 2.meta.tex.cõ.4.vnũquodq; est maxime tale per quod aliis inest vniuocatio,puta ignis calidissim⁹, etenim H est cã aliis hoc caloris,&c.2.de gene. & corru.t.c.22.ignis ẽ magis calidi ꝙ̃ sicci,& ob eandẽ cãm ignis est rarior aere,vnde Cõm.in.2.de aĩa.cõ. 97.maxima dimensionũ quã mã recipit est dimensio ignis, & minima est dimensio terræ. Sic leuitas ignis ꝑp ꝑdictã cãm,est leuitas simpl'r, vt patet.4 cœli & mun.in cõ.& te 38.& in lib.destru.destr.in dispu.1.in solu.11.dub.inquit,sed philosophi tñdent,ꝙ ꝓbatũ est demſatiue, ꝙ mũdus ex quinq; corporibus constat, videlicet,ex corpore sup cœlesti,qđ non est graue,neq; leue. Et quatuor I corporibus elẽtaribus, quorũ quoddã est graue absolute,vt terra, ꝙ̃ centrum est oĩum orbiũ. Et quoddã leue absolute(vt ignis)& tã grauitatis terræ est,quia est in maxima distantia a motu orbiũ, & per contrariam cãm,ignis est in summa leuitate. Et quia alia duo elẽta, sunt interposita inter ignem,& terram, iõ mixta existunt de duabus prædictis naturis.

Et aduerte vnum, ꝙ licet ignis sit primũ calidorũ,quæ sunt hic. Non tñ ꝑp hoc est primum calefaciẽs.Nã vt scribit Cõ.2.ca.de subst. or. sicut in mouentibus, & motis corporeis, K oportet venire ad vnũ primũ motũ ex se quod mouetur a motore ĩ mobili,sic in alterantibus,& alteratis,oportet deuenire ad vnũ primũ alterans,qđ in alterando non alterat̃, & hoc est corpus cœleste, illud.n.calefacit motus ſm prædictum modum vt declarauimus de mente Aristo.& calefacit ẽt alia cã,posita ab expositoribus,videlicet mediante lumine, lumen.n.inquantũ reflectitur,calefacere habet. Et considera bene, ꝙ cum calor, & frigus sunt contraria, & frigus est caloris priuatio, quod aliter ꝓuenit calor a cœlo, & L aliter frigus, quia cœlum mediante propinquitate motus,largitur calorẽ.largitur aũt frigus mediante motus distantia,sicut dixit in simili philosophus in.2.de gene. & corrup. ꝙ motus solis in obliquo circulo, per sui accessum,est cã generationis,& ꝑ sui recessum,est cã corruptionis.idẽ enim manens idem vniformiter, aptum natum est semp idem facere, & per consequens opposita & cõtraria,aut proueniunt ab oppositis, & contrariis causis, aut proueniunt ab eadem causa sub oppositis,& contrariis dispositionibus se habente, sic M enim idem erit cõtrariorum causa. absentia enim nautæ est causa submersionis nauis,cuius presentia erat causa salutis. vt dicitur in. 2. physic. in tex.commen.30. sic Auer. tenuit in.2.cœli & mundi.in com. 42. qđ corpora cœlestia per se, non operantur nisi caliditatem, & non operantur frigiditatem. Huic autem opinioni aduersatur diuus Thomas in 2.cœli in loco præallegato, illud n. vt inquit,videtur esse per accidens, quod non per se producitur ab agente.

Diui Tuo. rõnes contra Auer.

A te. Corpora autem cœlestia, sunt acti ua respectu eorum, quæ sunt hic. si igitur non per se agerent frigiditatem, & humiditatem, & alia huiusmodi, sequeretur ꝙ ista essent per accidens ab agente in vniuerso. Itẽ cum omnes formæ substantiales, inferiorum corporum, sunt ex virtute cœlestium corporum, consequẽs est, quod ex eorum virtute sint etiã qualitates consequentes species, seu formas elementorum, quæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccũ,
B & alia huiusmodi. Et ideo inquit. dicendum est ergo ꝙ omnia corpora cœlestia sm communem virtutẽ luminis, habent calefacere, sed secundum alias proprias virtutes, singulis corporibus attributas, habent nõ solum calefacere, & infrigidare, sed ẽt omnes alios effectus corporales, hic efficicere in istis inferioribus. Et ista fuit etiam opinio Platonis, inquit enim Damascenus in libro de consolatione medicinarum. dotatũ est vnumquodq; (vt inquit Plato) duplici virtute, cœlesti, & elementari. Et istam opinionem insequũtur omnes mathematici, vt scribit Cõ.
C in. 2. cap. de substantia orbis. inquit enim. considerantes autem actiones stellarum, in antiquo tempore vere dicunt, quod quædam largiantur caliditatem, & siccitatem, quædam caliditatem, & humiditatem, quædam frigiditatem, & humiditatẽ, & quædam frigiditatem, & siccitatem, & sic quatuor qualitates cões corporibus cęlestibus, & quatuor elementis dñr æquiuoce, aut secũdum prius, & posterius. Et hanc opinionem maxima pars Latinorum insequitur, ꝙ corpora cœlestia non solum agunt lumine & motu, verũetiam influentia. Arist. autem via & peripateticorum hoc non patitur, vt multiplicentur entia sine necessitate, quia natura non abundat in superfluis, vult autem Arist. in principio. 8. libri dè physico auditu, quòd motus cœli, sit tanquam vita omnibus natura subsistentibus, & in principio libri metheororum dicit. oportet mundum istum superioribus lationibus esse continuum, vt omnis. eius virtus inde gubernetur, ita ꝙ motus est qui conseruat, & saluat, omnia in esse principaliter, & ista est causa caloris, vt patuit. Ab expositoribus etiam ponitur alia causa, & est lumẽ quod inquantum reflectitur, est causa caloris. Non enim est verum ꝙ dicunt mathematici, quod lumen lunæ sit infrigidatiuum. Nam experimentum sermonum verorum est, vt concordent sensatis, vt dicit Commen. in. 8. phy. in commẽ. 2. manifestum est autẽ, quod in æstate noctes plenilunii sunt calidiores, vt asserit Aristo. in. 4. de partib. anima. cap. 5. videmus etiam tunc temporis, animalia exanguia diminuti caloris, pinguiora, & conchylia, & echinos, & id genus animalium magis plena esse in plenilunio, quàm in decremento luminis in luna, qd non contingit, quia nocturno tempore plus cibi assumant ratione lucis, quia talia ẽt contingunt aĩalibus visu priuatis: sed est: qa calor eorũ vigorat a calore cõtinẽtis, qui multiplicat in eo rõne maioris, & intẽsio ris luminis, qñ quidẽ digõ nãlis, a calore nãli pficiscit, vnde ẽt eadem ratione animalia thesaurizantia tempore veris, & æstatis, melius digerunt, quàm tempore hyemis, quia calor naturalis in hyeme a supfluo

Margin notes: D Aris. opio — Opio diui Th. & mathematicorum. — Damasce. — H — E — Contra astronomos. — F

G frigido obtunditur, cum debilis sit, non autem roboratur, sicut in animalibus sanguine, & calore plus participantibus, sicut optime notauit Gale. in prima particula separatorũ sermonum. Nec valet, ꝙ quidam asserunt quod omnia corpora cœlestia recipiunt lumen a sole, & illud ex diuersitate subiectorum recipit diuersas virtutes, & ita aliquod lumen dicitur esse frigefactiuum.

Opinio Alber. mag. Sed hoc quidem stare non potest, licet Alber. in. 2. cęli, & plusquam cõ. etiam illud dicere videantur, nã melius est existimare quod diuersitas formarum sit cã diuersitatis materierum, quàm econtra. vt dicit Cõ. in. 2. de anima. in com. 60. nam in hoc Arist. præcipue contradicit antiquis, quia ipsi volebant quod formæ sequantur materiam, vnde Plato asserebat, ꝙ formæ dabantur fm merita materiæ, sed Arist. opinabať contrarium, videlicet, quod materię sunt pp formas, sicut notabiliter dicit Auer. in 2. phy. auscul com. 87.

Cõtra ponentes influentiam. Opinio autem, ponẽs qualitates virtuales in cœlo, quàm sequuntur astrologi, & Diuus Tho. habet etiam rationem contra se, quia non oportet (vt supra dictum est) multiplicare entia sine necessitate. Forte dices quod ponitur influentia præcipue pro conseruatione elementorum.

Sed contra, omnis qualitas conseruans aliquid, aut est disponens materiam, ꝓ cõseruanda forma, aut est ꝓhibens corrũpens ipsam formam, sed pp neutrum oportet vltra motũ, & lumẽ, ponere influẽtiã ꝓ conseruandis elẽtis in suis locis, nã frigiditas, & siccitas, sufficienter vñt conseruare formã terræ, in mã. Nec ẽt pp fm, quia omnis resistẽtia est merito contrarietatis. si igiť influentia K dr resistere corrumpenti ipsam terram, illud igitur corrumpens terrã, erit contrarium illi influentiæ. sit v. g. illud corrumpens terrã ignis; tunc igitur igni contrariabitur illa influentia, & igni etiam contrariať terra, quæ debet corrumpi ab igne, & ita vni plura erunt contraria.

Replica. Sed dices, nisi daretur influentia in medio, quodlibet elñtum indifferẽter posset moueri ad quemlibet locum, ita. n. arguit Arist. in lib. 4 physicæ auscul. te. com. 66. in tracta. de vacuo, quia cum vacuum sit vniforme, corpora posita ĩ vacuo possunt L moueri ad quamlibet dñiam positionis.

Solutio. Rñdetur dando rõnem diuersitatis, nam in vacuo esset vniformitas per totũ, nos autẽ dicimus, ꝙ corpora cœlestia mediante calore cęlesti, producto mediante lumine, & motu, hñt conseruare, cũ tali & tãta distãtia elñta in suis locis nãlibus, & conuenientibus, & ille calor est intẽsior in sphæra ignis, rõne maioris ꝓpinquitatis, & est remissior in cẽtro mundi, vbi est terra, & in mediis regionibus est medio modo se habẽs, cũ latitudine quadã. fm igitur aliã, M & aliã mensurã, est cõseruatiuus alterius, & alterius elñti, in alio & alio situ. fm. n. approximationẽ maiorẽ, & minorem, causantur istæ diuersæ mensuræ caloris, vt scribit Com. in 2. cœli. in cõ. 94. & ideo bene dixit ĩ fundamentis Arist. ꝙ corpora cœlestia in rei veritate nõ agunt frigiditates, sed calores similes vnicuiq; elementorum, & si Auic. d. ꝙ operatur frigiditatem, hoc est fm cõparationẽ, ꝓ quãto, videlicet ꝓducũt qñq; remissam caliditatẽ, vnde licet cęlũ agat mediãte lumine, & motu, nõ sequitur

A quitur quod cũ semper moueatur,& luceat, quod semper vniformiter calefaciat, quia corpus luminosum nõ semp ęqualiter respicit ista inferiora, aliter.n.se habet in hyeme, & aliter in æstate, quia radii rõne approximationis supra zenith, capitũ nostrorum perpendiculariter multiplicantur in æstate,& ideo magis calefaciunt ex modo diuerso suæ reflexionis. Nec iterum sequitur, ꝙ oẽs hyemes,& omnes æstates deberẽt esse æquales in calore,& frigore, quia alii respectus,& coniunctiones stellarum sunt ĩ vno anno, & aliæ in alio,
B & ideo videmus quod multiplicatũ lumen in uno anno, ex coniunctionibus planetarum, plus caloris operatur,q̃ ĩ alio. Et p hoc patet solutio ad rationes Diui Thomę. Ad primã dico, ꝙ corpora cœlestia sunt causa vl'is, & remota oĩum effectum quæ sunt hic,& ita oẽs qualitates,quæ sũt hic,dependent a cœlo tanquã a causa vl'i,non tñ ad oẽm effectum, qui hic existit, corpora cœlestia per aliquam specialem qualitatem concurrũt, sicut ad determinatum effectũ, determinata causa. Nam videmus naturas rerum, esse multũ distantes
C adinuicẽ in perfectione,entia.n.sunt sicut numeri. aĩalia n.perfecta fiunt a cœlo,& ab agente particulari, iuxta illud Aristo. in 2. physicæ auscul. tex.cõ.26.Sol & homo generant hominem, secus autem est de aninalibus genitis ex putri materia,nã sufficit ibi calor cœlestis, diffusus in terra,& aqua vt dicit Cõm.12.meta.in cõ.18.eodem modo cũ calor sit perfectior frigiditate,frigus.n.est quasi caloris priuatio, principaliori intentione producitur a motu,& lumine, quàm ipsa frigiditas.lumẽ n.& motus sunt p se caloris productiua,modis assignatis,& sic cœlũ vr esse causa positiua caloris,sed respectu frigi- D
ditatis,est cã priuatiua, pro quanto videlicet, p sui distãtiã, talis motus operatur remissam caliditatem. Et si dicat̃ ɔtra,qa effectus positiuus dẽt habere causam positiuam, modo frigiditas, licet caloris comparatione dici possit quodãmodo caloris priuatio, (semper.n. uilius contrariorum est) sicut priuatio respectu perfectiotis, vt dr̃ in.10.meta.in tex.cõ. 15.tñ in se est ipsa frigiditas, quædã forma positiua. Dico ꝙ cã positiua, est causa particularis, generans, sicut sunt venti, vel vapores eleuati ab aqua,& a terra,& sicut sunt agentia particularia generantia ista elementa frigida.quia sm partem generari,& corrumpi pñt, & sic patet so- E
lutio ad sm motiuum Diui Thomę, quia qualitates, & formæ sunt a cœlo modo vl'i, & nõ oportet ꝙ omnia vniformiter, & æque primo inde dependeant,vnde cęlum per propinquitatem operatur calorem, per distantiam operatur frigiditatẽ, quia operatur remissam caliditatem, & distãtia est veluti ratio priuatiua, & propinquitas est veluti ratio positiua.& F
sic,ni fallot,intelligunt Peripatetici, ꝙ corpora cœlestia sunt causa caloris,& non sunt causa frigiditatis.

Dubitatur si motus cœli est causa caloris,quo elementa conseruantur, quõ calore illo existẽte, aqua potest habere summam frigiditatem? nisi esset,ꝙ calor ille est cœlestis, & vt sic habet conseruare secundum diuersas mensuras res, quarum natura est frigida, sicut frigiditas pręseruat corpora calida a putredine, vnde sicut calor naturalis hominis conseruat secundum

Replica.

Solutio.

Solo ad rationes diui Tho.

ADDI- ... ni oũ ... iui ... iunt ... aua

G cundum diuersas mensuras sanitatem, diuersorum mēbrorum, quorū compelxiones sunt contrariæ, multo magis calor cęlestis, qui est viuific⁹, generatiuus, & conseruatiuus entiū. & nota ꝙ ad argumentum Thom. bene rñdetur in via Cō. asserendo ꝙ respectu aquæ, & terræ, fm suas totalitates, non oportet quærere cām per se efficientem, quia fm totum non generantur, neq; corrūpuntur: sed bene oportet quærere, vt sic, cām cōseruantem, sic .n. dicit in simili Cō. in 2. cœli cō. 102. ꝙ medium nō est cā quietis terræ p se, quia terra fm se
H totam, non generatur, sed bene est causa conseruans quietem, q̄ agens, sed si consideratur, vt fm partem generatur, sic bene habet cām per se, & est agens particulare, & hoc bene tetigi occulte, dū dixi, ꝙ agentia particularia generantia, sunt causa frigiditatis. si dicas sic est respectu caloris. Rñdetur concedendo totum. sed est differentia, quia cęlum mediante motu per se producit caliditatem, & absolute, sed frigiditatem non producit absolute, sed comparatiue, vt videlicet producit remissam caliditatem, cum tali distātia, &c. vide pro
I illa solutione cōmentum primum. quarti de cęlo. vnde motus cœli, vt dicit Commen. 2. cęli. c. 42. inquantum est principium caloris cęlestis, est tanq̄ vita omnium natura constantium, vt dicit Aristo. in principio 8. physi. & in principio libri metheororum.

Qūo in animalibus motus sit cā caloris Auic.

Aduerte tamen, ꝙ in animalibus, motus est causa caloris inquantum per ipsum motum expanditur calor naturalis, & spiritus, de centro ad circunferentiam, & maxime quādo est velox, & cum certa mensura, quia si fuerit super fluus, accidit spiritum, & K calorem, resolui, & sic infrigidat, vñ Auic. in. 3. Fen primi, doctrina. 2. in ca 12. de his quæ proueniunt ex motu, & quiete inquit. motus operationes in corpore humano diuersificantur, ideo quod est fortis, aut debilis, aut paucus, aut multus. Et propter illud quod ei ex quiete admiscetur. Et istud quidem apud sapientes est diuisio per se. Et propter illud quod exercent homines, ex materiis. Et motus quidem fortis, & multus, & paucus, & cum quiete mixtus, oēs cōueniunt in hoc, vt calorem efficiant fortiorem. Sed fortis, non multus L differt a multo non forti. & a multo quieti admixto, qm̄ ipse uehemēter calefacit corpus. & si resoluit, parum resoluit. Multus vero paulatim resoluit, plus q̄ calefaciat. Et cum quisq; eorū multus existit, infrigidat. Propterea quod vehementer calorē resoluit naturalem, & etiā exiccat, &c.

A men modum qualitatis. nam inter alias acceptiones qualis enumeratur differentia substătialis, vt patet in. 5. primæ philosophię. in cap. de quali, & genera accidentium licet secundũ rem sint accidentia, habent tamen modum substantiæ, quia prædicantur in quid, & per modum per se stătis. vnde Arist. 1. topi. cap. 7. scribit, qñ colore albo posito dixerit ꝙ positum est album, vel colorem quid est dicit, & quale significat. similiter autem, & si bicubitali magnitudine posita dixerit, ꝙ positum est bicubitalẽ magnitudinem esse, & quid est dicit, B & quantum significat. Et ex hoc incidentaliter defendere possumus Auer. ab argumentis diui Thom. de formis elementalibus, de quibus tenuit. 3. cęli, & mundi. com. 67. ꝙ intenduntur, & remittuntur in substătiis suis nedum in suis qualitatibus, & quod sunt medię inter substantiã, & accidens. sunt enim imperfectissimæ vtpote primæ materiæ propinquissimę, sed inquit Diuus Thom. in primo de generatione, & corruptione in expositione, & digressione super tex. com. 4. ꝙ ista opinio est impossibilis. Primo quidem quia esse C aliquid medium inter substantiam, & accidens est omnino impossibile. esset .n. aliquid medium inter affirmationem, & negationem. propriũ enim accidentis est in subiecto esse. substantiæ vero in subiecto non esse formæ quidem substantiales sunt in materia, sed non in subiecto. nam subiectum est hoc aliquid. forma autem substantialis est quæ facit hoc aliquid, non aũt pręsupponit ipsum. Amplius ridiculũ est dicere mediũ esse inter ea, quæ non sunt vnius generis, vt probatur. in. 10. meta. medium. n. & extrema ex eodem genere esse opòrtet: nihil ergo medium esse potest inter substantiam, & accidẽs. vnde impossibile est formas elemẽtorum suscipere magis, & minus. D omnis. n. forma recipiens magis, & minus est diuisibilis per accidens in quantum subiectum potest eam participare uel magis vel minus, fm aũt id quod esse diuisibile, vel per accidens, vel per se contingit esse motũ continuum vt patet in. 6. phy. si igitur formæ substantiales elementoꝝ suscipiunt magis, & minus, tam generatio q̃ corruptio erit motus continuus, quod est impossibile. nã motus continuus non est nisi in tribus prædicamentis. s. in quantitate, qualitate, & vbi. E Dicimus nos pro defensione Auerr. ꝙ formę elementales fm rem sunt substantiæ, tñ participant modum aliquem accidentis, sicut differentia substătialis fm rem est substantia, tñ participat modum qualitatis, quia in quale prędicatur. inter res igitur quæ sunt substantiã, & accidens nihil mediat, quia omne ens extra animam, aut est substătia, aut accidens, tamẽ in modis substantiæ aliquid esse potest vicinius accidenti, sicut in modis accidentis F aliquid est vicinius substantiæ, multa enim verificantur secundum rationem abstrahentem in qua nõ est mendacium. 2. physicæ auscult. tex. commen. 18. quæ tamen non sunt diuisa in esse, nam vt scribit. Auer. duodecimo diuinorum com. trigesimonono. intellectus innatus est diuidere ea quæ sunt adunata in esse. Nec illo modo sequitur dari medium inter affirmationem, & negationem, quia negatio inhærendi non constituit intellectum

Rõnes D. Th. aduersus Auer.

Defensio Auer.

sub-

G substantię, nec affirmatio intellectū accidentis quātum ad inhærere. vt scribit Auic. in secūdo suæ primæ philosophiæ. Amplius autem medium apud Philosophos est duobus modis secundum cōparationem, & secundum compositionem ex extremis. sic enim primo modo dicimus aerem & aquā esse media inter graue simpliciter, & leue simpliciter, nō secundum compositionem, sicut rubeum. est medium inter album & nigrum, accideret enim vt aqua & aer cōponantur ex igne & terra, sed

Mediū duplicitet.

H hoc intelligēdum vt scribit in quarto cœli & mundi. in com. 26. ubi innuit istam diuisionē de duplici medio, ꝙ duæ potentiæ existunt in eis secundum comparationem, ex quo non sequitur ut sint cōposita. Aqua enim non dicitur leuis nisi in comparatione ad locum terrę. Et grauis secundum cōparationem ad aerem. unde ipsa in se habet vnam naturā simplicem, quemadmodum de aliqua re dicitur ipsam esse dextram & sinistram in respectu diuersorum, & ipsa in se habet vnam naturā simplicem & non compositam. Media

I vero quæ nō dicuntur secundū cōparationem, sunt cōposita ex extremis contrarijs. Et per hanc distinctionem patet solutio ad obiectionem primā S. Tho. qa formę elemētales sunt media secundum similitudinem inter substantiam & accidēs, quia in aliquibus assimilantur accidentibus propter sui imperfectionē videlicet, pro quanto intenduntur & remittuntur in gradu suæ substātialitatis, licet sm rem sint substātiæ.

Et per hoc patet etiam ad aliud, qn̄ enim dicitur ꝙ media sunt eiusdem generis cum extremis, hoc habet veritatē de medijs quæ sine cōparatione dicuntur, immo sunt formaliter cōposita ex extremis, & ita, argumentum peccat per fallaciam æquiuocationis, si bene aduertis. K

Ad illud autē in quo dicit ꝙ in forma elementali esset verus motus & continuus, si talis forma est diuisibilis & partibilis. Respondetur ꝙ argumentum peccat per fallaciam cōsequentis, qa ad hoc ꝙ in aliqua forma sit per se motus continuus non sufficit, ꝙ illa sit diuisibilis, sed oportet ꝙ subiectum transmutationis p quam acquiritur illa forma sit ens in actu: vt dicitur in. 5. phy. tex. commen. 8. vnde licet motus distinguatur a mutatione, & per terminos, & per subiecta, quia primi termini motus sunt affirmati, sed primi termini generationis sunt priuatio & forma. subiectum vero motus est in actu, sed subiectum generationis ē in potentia, quia quod mouetur est, & ꝙ generatur non est, distinctio tamen per subiecti secundum doctrinam Auer. in loco præallegato. 5. physi. est magis per intrinseca, quàm quæ est ex parte terminorum, licet Scotus in hoc dissentiat, & beatus Tho. in. 1. cœli & mundi. quia igitur subiectum transmutationis substantialis elementorum est prima materia, vt dicit Arist. in. 1 de genera. & corruptio. in tex. commen 24. quæ sm se est in potentia ad quamlibet formam: ideo non sequitur ꝙ illa trāsmutatio sit verus & continuus motus: immo stat aliquam formā per se diuisibilem non acquiri per motum continuum, sicut patet de motu augmenti, vt declarat Auer. in. 3. physi. com. 6. & in. 8. phy. com. 33. L M

Et animaduerte ꝙ in via eius consequenter

Subtile dictum.

A sequenter loquendo sicut dicimus formas elementales esse medias inter substantiam & accidens, pariformiter dicere debemus ꝙ modus ille transmatationis quo acquiruntur, non est vera generatio substantialis nec verus motus, sed ē quasi medius inter generationem, & motũ, quia idem est iudicium de via, & de termino, vt dicit Com. in. 5. phy. com. 9. sic igitur intellexisti quomodo inter substantiam, & accidēs datur medium. Quod autem moderni dicere voluerunt super hoc quod substantia, & accidens dupliciter sumi

Expōnes modernorum.

B mi possunt, transcendenter, videlicet & prædicamentalr, & tunc dicũt ꝙ inter substantiam, & accidens prędicamētaliter sumpta motus est medium, quia non est substantia, neq; accidens, sed est via ad vtrunq;, hoc quidem dicunt Auer. intellexisse in proposita propositione. Si vero sumantur substantia, & accidens transcendenter sic sunt opposita immediata, & transmutatio est accidens illo modo. Sed ista solutio non est de mente Auer. quia tunc sequeretē

Impugna.

C sm istam glossam, ꝙ formæ nō sunt in prædicamento, nisi inquantum sunt habitus quiescentes, & cum motus non potest esse species quiescentis, sic mot⁹ formar non erit in prędicamēto, sed si dr̄ eē in prædicamē to erit solummodo ratione materiæ & termini motus. & ista erat opinio Auic. quæ late impugnatur per Auer. in. 5. phy. com. 9. Dicas igitur ꝙ licet sm rem quicquid est, est aut substantia, aut accidens, tamen sm modum, & rationem potest inueniri medium, quia aliquid secundum rem existens substantia potest habere, & participare aliquem mo-

Proposi-tio ꝑpria.

dum accidentis, & vt possis bene hoc capere, manuducam intellectũ tuũ, per quoddam simile. certum est ꝙ sm rem, sanitas & ægritudo sunt cōtraria īmediata, vt dicit Arist. in prędicamentis, & tamen vt concipiunē ab arte medicinę, sic datur medium quod est neutralitas. veritas autem non contradicit veritati, vt dicit Aristo. in. 1. ethico. ca. 8. sic in proposito omnis transmutatio sm rem ipsam, aut est substantia, aut est accidens. nam transmutatio si in substātia fuerit est substantia, & si trāsmutatio fuerit in accidente, erit accidēs, D

E quia in eodem prædicamento per se est via, & terminus viæ, seu motus, & terminus motus, vt dicit Com. in 5. phy. com. 9. & non differunt, nisi sicut diminutum a perfecto, tamen transmutatio sm suam transcendentiam non est substantia neq; accidēs, quia ratio multa potest præscindere quæ non potest diuidere natura. nam animal secundum rationē abstrahentem, neq; rationale, neq; irrationale est, & tamen omne animal in re ipsa, aut est rationale, aut ē irrationale. Vnde subtiliter rimare & siste gradum hic, quod inuenies motum, & transmutationem in se consideratum habere vim trāscendentis conceptus. nam Arist. sic imaginatus est in. 3. physi. vbi tex. commen. 4. dicit, tot esse species motus quot sunt spēs entis: vnde diffinitionē motus venatur per diuisiones transcendentes potentiæ & act⁹, & per diuisionem entis in decem p̄dicamenta si bene aduertis: sic igiē ratio inuenit medium, quod nō potest habere natura. ens enim quod diuiditur in substātiam & accidēs: est ens extra animam absolute sumptum F

G ptum,& sic omne extra animā ens, aut substantia, aut accidens: tamen anima potest considerare aliquid secundum rationem formalem, vt nō est formaliter substantia, neq; formaliter accidens, sed est via ad vtrūque:& hoc colligitur ex proposito Theoremate ex mente Auer.

PROPOSITIO I.

Locus totius, & locus partis idem est.

H PRopositio ista est Arist. in. 1. cœli & mundi in tex. com. 19. 77. & in. 2. cœli. 35. 92. 102. &. 105. Glossat autem Commen. istam propositionem in. 3. physi. in commen. 52. de loco secundum speciem, non de loco sm numerum, quia maior ē locus totius quàm locus partis.

ADDI. Ista etiam est glossa Themistius ibi. Sed aduerte ꝙ oppositum scribitur primo cœli. text. commen. 84. & Commenta. in commen. dicit ꝙ idem numero est locus totius, & partis, nisi esset ꝙ hoc est verum de
I loco communi non de loco ꝓprio, quia locus proprius est æqualis locato, & pars non est æqualis toti, etiā locus in actu est vnus numero, qui primo est totius, partes enim locantur locutione totius. Et aduerte ꝙ cum vnitate specifica stat vnitas numeralis, sicut sol est vnus specie, & vnus numero, locus igitur terræ totius, & partis vnus numero est, & quia maior vnitas infert numerationem, etiam vnus est specie, sed non vniuersaliter est vnus specie, igitur plures numero. Habet etiam veritatē propositio quando pars est separata a suo toto, quia tunc ad eundem locum mouetur pars, ad quem moueṫ K totum, aut moueretur totum si eēt separatum, vel extra suum locum. Nam partibus non separatis a toto non debetur locus per se, sed per accidens. Animaduerte tamen hic diligenter ꝙ pars non mouetur ad locum totius, ratione qua est pars totius, quia tunc vbicunq; poneretur totum mouerentur partes sicut ferrum ad magnetem, quod tamen falsum est, sed mouetur ad locum naturalem totius qui in tali, & tanta distantia habet qualitatem conseruatiuam totius, & cuiuslibet partis ei⁹. L vnde si totus aer poneretur in loco aquæ, ī hoc casu pars aeris nō moueretur ad suum totum. Colligo hoc ex mente philosophi & Auer. in. 4. physicæ auscultа. in tex. com. 42. vbi Auer. in commen. inquit super illis verbis text⁹. ꝙ vero graue deorsum est, quod quidē est ad medium continens deorsum est, & ipsum mediū. Et dixit medium, quoniam graue non quærit hunc finem. s. finē aquæ nisi sm. ꝙ est medium totius, nō sm ꝙ est finis aquæ, & si non, tunc terra moueretur ad aquam vbi esset finis eius, sicut ferrum mouetur ad magnerem vbicunq; fuerit, & hoc non M sentitur de aqua, hoc idem confirmat Aristote. in. 4. cœli & mundi. in tex. commen. 22. ꝙ si terra esset sub luna, partes non mouerētur ad totū. nam si partes terræ mouerentur ad totā terrā, non mouerentur ad totū rōne qua totū, sed rōne loci in quo totum naturaliter est locatum. Habet etiam veritatem propositio in his quæ sunt homogenea: vt glossat Com. 1. cœli. com. 19. Nam quæ habent eandem diffinitionem habent eandem formam, & quæ habēt

ean-

A eandem formam, habet eandē actionem, & ideo fallit propositio in heterogeneis, quia non est necessarium ꝙ ad id ad quod mouetur totū moueatur pars, aut econtra, sicut clarum est de se.

ADDI. Vnde Alexan. dicit 1. cęli 84. ꝙ ista propositio locum non habet de animalibus, quia esse animalis non consistit in motu ad locum naturali ꝙ debetur partibus ex quibus constat, sicut esse mundi consistit in naturali motu primarum partium ex quibus constat, nam animal mouet ab anima non a natura.

B Animaduerte tū vnum pulchrum hic secundum Philosophos. Quod locus debet corporibus ratione magnitudinis, sed differentia locorum debetur eisdē ratione qualitatis sensibilis. Ratio primi est, nam cum locus sit æqualis locato, ęquale autem, & in æquale sunt quanti passiones: vt dicit philosophus in prędicamentis, ideo locus absolute debetur corporibus ratione magnitudinis. vnde Arist. in 4. physicę auscultationis, in te. cō. 76. inquit. sicut. n. si in aqua apponat aliquis cubum distabit tāta aqua quantus est cubus & parum in C fra ibidem dicit. quare, & si separet ab omnibus aliis, & neque leue, neq; graue sit cōtinebit æquale spacium, & in eadem erit quæ est, & loci, & vacui parte. vbi Cōmen. in cō. inquit. & dixit ad hoc declarandum ꝙ impossibilitas penetrationis corporum accidit eis ex suis terminis mathematicis non ex suis accidentibus sensibilibus. vnde corpora mathematica, ꝗ abstrahunt a qualitatibus sensibilib⁹ sunt in loco. nam vt scribitur in primo de generatione, & corruptione. in tex. com. 44. locus, & tactus sunt inseparabiles a corporib⁹ mathematicis, licet huius oppositum Arist. dicere videatur in 1. cœli, & mundi in tex. cō. 69. vbi habet ꝙ omnia corpora quæ sunt in loco sunt sensibilia, tamen Commen. ibi soluit istam contradictionem dicens, ꝙ Aristo. intellexit conuersam, videlicet. ꝙ omnia corpora sensibilia sunt in loco, quæ tamen expositio non concederetur ab Alex. qui vt scribit Auer. in co. in 4. physicę auscultationis. in cō. 43. dixit. ꝙ non est impossibile corpus aliquod non in loco esse, quia locus non est corporis essēcialiter, quia non accipitur in diffinitione corporis, neque corpus in diffinitione loci. Ideo aliter solui potest, ꝙ omnia corpora quæ realiter sunt in loco, sunt corpora sensibilia. Nam corpora mathematica sunt in loco secundū imaginationem. ita scribit Commen. in quarto physicæ auscultationis. in cō. 47. & tertio physi. commen. 60. inquit. quòd propositiones geometrię sunt fundamenta imaginationis. De ratione igitur quanti est facere distare, & ideo locus corporibus principaliter debetur ratione quantitatis, sed differentia locorum: puta ꝙ igni debetur locus sursum, terræ autem qui deorsum est. Hæc competunt istis corporibus ratione qualitatum sensibilium, videlicet, merito grauitatis, & leuitatis.

D

E

F

PROPOSITIO LI.

Vbi est dare maius & minus, ibi est dare æquale.

Famosa est propositio, sed fallit in rebus naturalibus in plerisq; casi-

G casibus. nam datur animal inæquale quantum ad perfectionem asino fm maius,& minus,& tamen non est dare æquale. aliquod enim animal est magis perfectum asino, & aliquod est minus perfectum, & tamen non datur aliquod animal æque perfectum sicut asinus, nam species entium sunt sicut numeri. vt patet. 8. metaphysi. tex. com. 10. Similiter loquendo de magnitudine propriè dicta,seu fm modũ loquẽdi beati Augustini de magnitudine molis est in stantia.nam datur in rerum nã corpus maius luna,& datur corpus minus

H luna,non autem datur in natura corpus æquale lunæ. Et ideo patet error illorum qui super hac propositione fundati,inquiunt,dari æquale ad pondus in qualitatibus alteratiuis. patet enim ꝙ prædicta propositio,si quid ueritatis continet est in mathematicis, & in entibus imaginariis. nam propositiones eoꝝ sunt fundamenta imaginationis. vt dicit Auer.3.physi.com.60. Vnde aduerte ꝙ multę propositiones sunt verę fm mathematicam considerationẽ quæ in sola imaginatione consistit, quę tamen non sunt verę secundum

I physicam considerationem,& vt excitem intellectum tuum dabo exemplum in plerisq; casibus. Dicunt mathematici ꝙ sphęra contingit planũ in puncto, sed hoc negat naturalis. pro hoc vide Arist. 1. de anima text. com.13.vbi inquit,sed sicut recto in quãtum rectum multa accidunt, vt tangere æneam sphæram fm punctum, non tamen tangit hoc separatum rectum. inseparabile.n.siquidẽ semper cum quodam corpore est. vbi Commenta. inquit contactus vero quem habet linea cũ sphęra,hoc enim inuenitur extra animã inquantũ linea est in corpore & figura sphęrica in corpore, verbi gratia, inquantum linea est in ligno,& sphæricum, in cupro. Impossibile est enim vt contingat linea sphęrã inquantũ vtraq; est abstracta a materia nisi contact' sit mathematicus non naturalis. idẽ habetur in 3. meta. in te.com. 8. vbi dicit Commen. in com. ꝙ geometer demonstrat ꝙ linea recta tangit circulum in puncto, sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem nisi in linea. Et similiter ponit ꝙ sphæra tangit superficiẽ in puncto,sed sphæra sensibilis non tangit superficiem sensibilem nisi in superficie. Et ex hoc poteris diiudicare quantum defecerit in naturalibus subtilis doctor in 2. sententiarum distinct. 2. q. 9. de motu angeli, qui per argumenta facta in mathematicis quæ procedunt de motu imaginario, contendit idẽ asseuerare de motibus physicis. Nã licet conclusio vera sit in se, non tamen in via Peripatetica cõcessa est, vt patet 6.physi.tex.com.32. Similiter etiam motui circulari secũdum phy. considerationem nihil dicitur esse contrarium,tamen mathematici sequentes imaginationem in motibus circularib' imaginariis,ponũt contrarietatem. vnde Comment. 1. cœli & mundi in comm. 32. inquit. ego autem longo tempore feci moram in hoc,in quo non intellexi explanationem illius loci vltimam,sed Deus induxit me ad veritatẽ. Et secundum hanc explanationem erit intentio sermonis Aristot. ꝙ motus circularis non habet contrariũ, non in eo ꝙ motus est abstractus a corporibus naturalibus,sed inquantum est a corpore naturali fm naturam, qm

Margin notes: Error multorum. (beside H); K; L; Cõtra sco. (beside "hoc poteris diiudicare"); M

A quã si esset acceptus motus in imaginationibus abstractus a moto nõ contingit impossibile ponendo eos contrarios, & eiusdem speciei. verbi gratia cum imaginauerimus duos motus super eundem polum, & idẽ centrum ad duas partes diuersas contingit necessario vt prohibeant, sed & contrarientur inter se, & secundũ hunc modum possibile est existimare ꝙ in motu circulari sit contrarietas. Et cum isti duo motus fuerint positi in corporibus naturalibus reuertetur possibile ad impossibile. s. esse contrarietatem in eadem specie, B quia tunc contingeret vt una res destrueret se, & sic natura faceret ociósum, verbi gratia fm considerationem geometrę superficies, & sphæra possunt se contingere super punctũ, & cum fuerunt in corpore naturali non possunt se tãgere nisi super partem diuisibilem. Et ex præfata authoritate collige vnum aliud quod mathematicæ loquendo contraria possunt esse eiusdem speciei, vt patet in casu de duobus motibus circularibus super eodem cẽtro, & eisdẽ polis ad partes diuersas. Sed naturaliter contraria sunt diuersarum specierũ, & tunc diffinitio cõtrariorum, & in C 10. meta. in tex. cõ. 13. contraria sũt quæ sub eodem genere posita maxime distant, veritatem habet de contrariis sensibilibus. Nam si aliqua contraria fm physicam consideratio nem essent eiusdem speciei, tunc aliquid seipsum corrumperet. nam cũ vnum cõtrariorum sit per se destrũctiuũ alterius, & in his quæ sunt eiusdem speciei quicquid per se competit vni per se cõpetit cuilibet, sic accideret aliquid per se esse suimet corruptiuum, vt patet intuenti. hoc autem mathematicis abstrahentibus a D qualitatibus sensibilibus contrariis, quæ sunt causa actionis, & passionis non contingit, vnde sine præiudicio dicere põt aliqua contraria esse eiusdem speciei, sicut expressè fatet Cõmenta. in loco præallegato. Similiter etiam mathematicus insequens imaginationem dicit continuum esse augmẽtabile in infinitum: sed naturalis, vt supra dictum fuit in hac propositione simpliciter loquendo non concordat cum geometra, vt dicit Commenta. in. 3. physi. in comẽ. 60. quia ire ad augmẽtum est ire ad formam, forma autem est ratio fini- E tudinis & terminationis, & si concordat hoc nõ est nisi fm quid, & ratione materiæ, quia augmentatio meri to materiæ statum nõ habet. Similiter in hac propositione simpliciter concordat naturalis, & geometer, videlicet continuum est diuisibile in infinitum; quia ire ad diuisionẽ est ire ad nihil, & ad nõ esse, vt dicit Cõmenta. & imperfectiones simpliciter reducuntur ad materiam, tum quia diuisio non competit formę nisi per accidens. diuisio. n. in infinitum ratione formæ non progreditur, quia datur minima caro, vt dicit Arist. in primo physi. in tex. com. 36. & ideo F dicit Commenta. in. 4. physi. in com. 72. ꝙ quemadmodum linea secundum ꝙ linea est: potest diuidi in infinitum quod est impossibile secundum ꝙ est linea terrestris, aut ignea, ita de subtilitate potest intelligi, processus in infinitum ex sua natura, scilicet secundum ꝙ est subtilitas simpliciter non secundum ꝙ est subtilitas corporis mobilis. & ita in ista secundum quid discordat, quia diuisio attestatur. imperfectioni simpliciter.

Q̃do i motib⁹ circularib⁹ põt dici eẽ cõtrarietas.

Nota. Contraria mathematicè loquẽdo pñt eẽ eiusdẽ speciei, nãliter nequaquam

Quare diuisio in infinitũ impossibile exi stens fm formã cõcedatur a philosopho.

G citer. sic intellige dictum Com. in 3. phy. com. 60. q in illa non cōcordāt quę dicit continuum est augmentabile in infinitum naturalis cū geometra. videlicet simpliciter, qa augmētatio attestatur perfectioni, & absolute reducitur ad formā nō ad materiam nisi secundario, & secundum quid, & quia materia est causa infinitudinis, ratione eius augmētatio vadit in infinitum, vt supra dictū fuit. sic igitur in hac discordat simpliciter, & secundum quid concordat, & ita oppositis modis se habent in istis duabus propositionibus isti duo ar-

H tifices, naturalis, uidelicet, & geometer. Similiter geometer insequens imaginationem dicit motum inquātum motus est esse augmentabilem in infinitum, sed nālis negat istud, & ista est solutio Auer. si bene consideras in 6. physi. in com. 15. ad quæstionem ibi motam dum quærit quomodo est possibile quod omne motum potest moueri motu velociori suo motu. Nam declaratū est quod motus motorum naturalium terminatus est in velocitate, & tarditate. Et cœlum impossibile est, vt sit velocius, vt post declarabitur. ergo pro-

I positio quę ponitur hic possibilis est impossibilis, & soluēdo dicit. ad hoc autem dicamus q omne motum secundum quod est motum, possibile est vt moueatur motu velociori suo motu secundum quod est motus, & causa in hoc est, qm̄ motus est de cōtinuo, & velocitas q̄ ē in motu est similis diuisibilitati in continuo, quēadmodum igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitum. Similiter velocitas in motu, quoniam si velocitas finiretur in motu secundum quod est motus, esset possibile motum fieri in instanti. Et forte K propter hoc dixit prius quod omnis motus est in tempore, & sic ista propositio est possibilis per se, impossibilis per accidens, scilicet quia accidit motui qui fuit in rebus naturalibus. i. materialibus, vbi expresse testatur propositionem illam veritatem habere de motu, vt est in rebus mathematicis, & secundum esse imaginarium, non autem vt est in corpore naturali, sic enim omnium natura constantium terminus est magnitudinis, & augmenti, & actus vniuscuiusq; est determinatum minimū tempus ad nō excedere, vt dicitur in L 2 cœli, & mundi. in tex. com. 39. & ista est vera expositio illius loci, sic enim dicit in simili Commenta. de subtilitate in 4. physi. in com. 72. in calce commenti quod ex natura sui est diuisibilis in infinitū sicut linea, non autem secundum quod est subtilitas corporis mobilis, & sic dicit illam propositionem esse falsam possibilem, & ex falso possibili nō sequitur falsum impossibile, & dicit quod Arist. illo modo declarationis multoties vtitur, & etiam Plato. & est vera declaratio, quoniam non ponitur falsum in eo quod est falsum impos- M sibile, sed secundum quod est falsum possibile. Similiter etiam naturalis dicit q figura recta non est comparabilis figuræ arcuali, quia 7. physi. tex. com. 31. comparatio fit in specie atoma, & ideo motus circularis non est comparabilis motui recto, tamē mathematicus sequens imaginationem dicit oppositum, vnde Comm. 7. physi. com. 29. inquit, & intendebat per hoc quod impossibile est de quātitatibus esse æquales nisi rectas tantum, aut circulares tantum, scili- cet

A tet quæ sunt eiusdem speciei cū istæ sibi superponantur. & ideo dicimus ꝙ quantitates curuæ non æquabuntur, nisi sint eiusdem circuli, quod autem dicunt geometræ quòd linea recta est breuissima linea ducta Iter duo puncta, dicitur large, & æqualitas dicitur de eis fere æquiuoce, & similiter hoc ꝙ dicitur quod circunferentia alicuius circuli est æqualis figuræ polygoniæ, dixit, & geometer non decipitur in hoc, quia possibile est existimare lineam rectā quæ incuruetur, & fiat circularis, & quia hoc accidit in mente, attribuit hoc

B propriè geometræ. Et ex hoc aliàs recolo me dixisse, & nunc idem confirmo quòd quadratura circuli non est possibilis propter prædictam causam physicè loquendo, vnde Auer. dicit in 10. metaphysi. commen. 10. quod linea arcualis nō potest æquari lineæ rectę. Tamen mathematice illa quadratura possibilis est, vt testatur Diuinus Boet. in prædicamentis, quia mathematicus potest imaginari lineam rectam incuruari. Similiter etiam secundum mathematicam considerationem in-

Nota de quadratura circuli.

C stans causat tempus, sicut punctus lineam, & tamen naturalis in 6. phy. ostendit ꝙ tempus non componitur ex instantibus, nec linea componitur ex punctis, eiusdem enim rationis est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil, vt dicitur ibidem tex. commē. 4. Et sic potest ibi patere solutio arduę difficultatis, an sit idem nūc in toto tempore, quæ fuit mota ab Aristot. in 4. physi. & soluta ibidem in text. commen. 104. dixit enim quod est idem nunc secūdum substantiam in toto tempore, variatum tamen secū-

Solo arduæ difficultatis.

D dum esse. patet enim ꝙ solutio illa est secundum mathematicam considerationem, vnde Comment. ibi in com. 104. scribit causa in hoc ꝙ instans tale est hoc quod dicam. iam enim prædiximus ꝙ motus sequitur quantitatem in hoc quod sit cōtinuus, quoniam continuatio, & alia quem habet secundū quod est quantitas continua sunt in eo ex mensura, & similiter etiam tempus sequitur motum. Et secundum hunc modum translatio sequitur trāslatum, & tempus instans, quoniam instans

E agit tempus, sicut translatum trāslationem, & punctus mensuram. nam vt geometræ dicunt cum punctus mouetur facit mēsuram. Ecce quod vult instās agere tempus per sui fluxum, sicut punctus per sui fluxum causat mensuram seu lineam, omnia enim ista uera sunt ad imaginationem, secundum quam possibile est imaginari aliquod indiuisibile moueri & fluere. Cum tamen naturalis ista habeat negare, & ista est vera solutio illius quæstionis, quam Antonius Andre. & alii videre non

F potuerunt in tertio metaphysi. quæstione vltima. vnde cā erroris fuit, quia non uiderunt istam perplexionem contingere, quia istæ scientiæ plerunque miscētur, vnde non quęlibet rō in philosophia naturali est naturalis, sicut in simili nō quælibet rō in scīa diuina est metaphysicalis, vt clarē patet exercitatis ī istis sciētiis. Sed nunc est difficultas. Nam Cō. scribit in 2. cœli & mundi. in cō. 59. q̄d demōnes naturales non sunt innatæ poni in hac scīa. s. in naturali. Et confirmatur hac authoritate Philosophi ī 1. post. vbi expssē dicit in tex.

Pulchra obiectio.

G com. 22. Non ergo est ex alio genere transcendentem demonstrare, vt geometram in arithmeticam. Ad hoc respondetur, quod sunt aliquæ causæ quæ quodammodo sunt naturales, & quodammodo sunt mathematicæ, accidit. n. causis mathematicis. s. propinquis in mathesi, vt sint causæ primæ pluriũ rerum naturalium, sicut accidit scientiis subalternantibus cũ subalternatis sicut arithmetica cũ musica, & geometria cũ perspectiua, & idẽ scribit in 3. cœli, & mundi in comm. 6. & idem sentit Auicen. in 1. sufficientiæ suæ cap. 8. Nam vt scribit Philosophus in principio primi de cęlo, & H mundo, Scientia de natura ferè plurima videtur circa corpora, & magnitudines, & horum existens passiones, & motus, &. 2. phy. tex. com. 18. Eædem sunt lineæ mathematicæ, & naturales. Et ideo quãdo aliqua causa mathematica accidit, vt sit causa alicuius proprietatis naturalis, ĩ hoc casu, licet mathematico descendere ad probandum illam in scientia naturali, quia circa eadem versantur, licet alio, & alio modo. Sed hoc non licet semper facere. Nam ubi effectus naturalis habet causam proximam naturalem, per illam debet de I mõstrari, & non per causam mathematicam quæ est remota, quia demõstrationes naturales sunt ex causis naturalibus, & sensibilibus, & in hoc Arist. damnat plerunque Platonem, & antiquos qui reddebant rationes entium sensibilium ex causis intelligibilibus, vnde Commenta. 1. metaphy. com. 21. inquit. contingit antiquis non dicere sermonem conuenientem in sensibilibus, quia intromiserunt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus, & de Platone specialiter dixit in 3. cœ. & mũdi cõmẽ. 61. inquit. & intendebat quod Plato non intendebat facere sermonem falsum, sicut faciunt sophistæ, sed accidit ita quod fecit sicut illi propter amorem magistri, & geometriæ. quia in suo tempore magnificabatur geometria, & credebant eam esse principium rerum sẽsibilium, & ita bene vides quanta sit difficultas, & perplexio a qua non nisi solers ingenium potest euadere in qualibet scientia. & Deus sit dator auxilii. k

Solutio.

PROPOSITIO LII.

Semper in uno genere est contrarietas una. L

PRopositio est Arist. in. 1. physic. auscultationis. in tex. cõ. 56. Aduerte quod contrarietas quandoque sumitur proprie, & quandoque sumitur large, vt dicit Auer. in 1. phy. com. 41. tunc enim dicitur tam de contrario, quam etiam de priuatione, & isto modo sumitur ibi, vt inquit. & eadem ratio ne hic. Potest autem proposita propositio veritatem habere de contrarietate secundum esse, & non esse. 1. secundum priuationem, & habitum, nam in omni genere est priuatio, & forma, vnde Com. in cõm. illo, inquit. M si prima contraria in vnoquoque gñe sunt opposita secundum esse, & non esse, tunc opposita in substantia secũdum esse, & non esse sunt causę aliorum oppositorum existentium in aliis prædicamentis, & illa debent esse prima contraria, & in hoc sensu sine dubio intelligitur propositio Arist. ibi, quia intentio eius est venari principia generationis in vniuersali, siue sit in substantia, siue sit in accidentibus. vt patet in tex. com. 57. Potest etiam

Contrarietas duplex.

A etiam alio modo glossari, ꝙ in omni genere est contrarietas differentiarum, nam differentiæ diuidentes genus sunt opposite, & sunt simul natura, vt inquit Aristo. in prædicamẽtis. in cap. de simul. nullo autem modo oppositionis pñt opponi. quam secundum contrarietatem. Non. n. opponuntur secundum affirmationem, & negationẽ, quia negatio nullius speciei est constitutiua. Nec secundum priuationem, & habitum, propterea quia priuatio nullius habitus est constitutiua. Nec relatiue, quia in prædicamentis absolu-

B tis relatio non potest esse differentia cõstitutiua speciei absolute, quia isti conceptus sunt diuersi, & ideo a sufficienti partium enumeratione oportet istum modum oppositionis reducere ad contrarietatem. Animaduerte tamen ꝙ licet differentiæ diuisiue eiusdem generis sint contrariæ, tamen nõ oportet dicere species constitutas per illas differentias esse contrarias. nam tametsi rationale, & irrationale sunt differentiæ contrariæ, tñ homo, & asinus non sunt species contrariæ. Et ratio, sicut mihi datur cernere, est ista, quia diffe-

C rentiæ sunt partes specierum, nã species componitur ex forma vniuersali que est genus, & ex forma propria, quæ est differentia, vt dicit Com. in. 2. phy. c. 28. & etiam. 1. phy c. 5. contrarietas autem inuenta in parte nõ infert de necessitate contrarietatem in toto, nam est in promptu instanstantia. in. 1. cœli & mundi, in te. cõ. 29. quod motus in duobus semicirculis, licet sint contrarij, non tamen motus in circulis completis sunt contrarij. Sed tunc est difficultas, nam si in omni gñe est contrarietas, tunc

Obiectio pulchra.

in substãtia erit cõtrarietas, quod tamen negat Arist. in prædicamentis, & in. 5. physi. in tex. cõ. 10. vbi negat in substantia esse motũ, quia in substantia non est contrarietas. Aduertens autem Alexã. ad hoc isto modo talem contradictionem sedare conatus est, vt scribit Cõ. ibi in cõ. 10. 5. phy. nam in prædicamentis, dum dixit substantiam nõ contrariari substantiæ, intellexit de substantia composita ex materia, & forma, sed dum dixit hic in omni genere esse contrarietatem, & similiter dum dixit 2. de generat. & corrup. tex. cõmẽ. 22. quod igni contraria est aqua, terræ autem aer, quod ibi loquitur de substantia simplici. s. de forma, quia forma ignis contrariatur formæ aque, & forma aeris contrariatur formæ terræ, quia suspicatus est, vt sibi imponit Commenta. ibi ꝙ qualitates proprie in elementis essent formæ substantiales elementorum, vt calor respectu ignis, & frig⁹ respectu aque. Sed ista opinio stare nõ potest, quia in his quæ vniuoce dicuntur ꝙ vni est accidens alteri nõ potest esse substantia, aut ecõuerso, nunc autem caliditas, & vniuersaliter qualitates primæ inuentæ in elementis, & in mixtis corporibus sunt vnius, & eiusdem rationis vniuoce, quia rectus iudex de qualitatibus tangibilibus est sensus tactus, vt dicitur in 2. de aĩa. tactus autem vniformiter immutatur a calore ignis, & a calore mixti sine aliquo discrimine. sequitur ergo ꝙ si caliditas in mixto est qualitas qđ in igne non est substantia. Amplius si calor in igne sit substantia, tunc corpus mixtum calidum cum componatur ex substantia, & qualitate, tale igitur compositũ haberet ignis

D Opĩo Ale. E Impugna. F

 diffi-

G diffinitionem, præsertim cũ sit eiusdem rõnis vniuoce calor ignis, & calor mixti, vnde si in igne esset substãtia, & in mixto qualitas, tunc diceretur æquiuoce, sicut hoc nomen ens dicitur de substantia, & accidente, vt inquit Com. in. 8. meta. commen. 5. quod ideo suspicor dictũ esse quia in his quæ æquiuoce dicuntur nõ inconuenit, vt id quod vni est substantia, alteri sit qualitas sicut sciã in nobis est qualitas, vt patet per Arist. in prædicamentis. & in 7. phy. in te. cõ. 20. vbi demonstrat quod in parte intellectiua animæ non est alteratio, &

H tamen scientia in deo est substantia, quia in abstractis a materia penitus non est aliquod accidens, vt testatur Commenta. 12. meta. com. 25. & in ipsis idem est intelligens, & intellectum, & intellectio, & præcipue hoc ueritatem habet de primo intellectu vbi ista omnibus modis simpliciter sunt eadem. vt patet in 12. metaphy. com. 51. scientia autem æquiuoce dicitur de scientia dei, & de sciẽtia nostra, quia scientia dei est causa entium, & scientia nostra est causata ab entibus, vt dicit Auer. in 12. primæ philosophiæ. com. 51. & in libro

I destructionum. in disp 3. in sol. 18. dubij, & in disp. 6. in sol. 3. dub. & 5.

Motiuum Alexan. Quod autem mouit Alexan. vel mouere potuit vltra rõnem adductam fuit hoc, quia illud ad cuius ablationem aufertur substãtia rei, est substantia, sed ab ablationem caliditatis ab igne sequitur ablatio ignis. igitur caliditas in igne est substãtia. Soluit Cõ. in 8. meta. com. 5. hoc, limitando isto modo, ꝙ illud ad cuiꝰ ablationem primo, & per se aufertur substantia illud est substantia, vnde inquit. & ignis aufertur per ablationem caloris, sed non aufertur primo K neq; ꝑ se, sed mediante ablatione formæ ignis, sicut quando aufertur risibilitas, aufertur hõ sed nõ primo, sed mediãte ablatione rationabilitatis. Sed ista solo Auerr. vr̃ imaginari id quod primo corrũpitur esse formã ignis ablato calore, & ad ablationem formæ aufertur substantia compositatotius ignis. sed hic est duplex error sicut videtur, tum quia quod ꝑ se primo corrumpitur est compositum, sicut etiam quod per se primo gñatur est cõpositum, nã forma nõ gñatur, neq; corrumpitur per se, sed per accñs, vt patet. 7. met. te. cõ. 26. & 31. vnde Auer. 12. diuino. cõ. 18. scribit. imaginatio super creationes formarum induxit hoĩes dicere formas esse, & datorem esse formarum. tum ẽt quia argũ adhuc stat, quia si ad ablationẽ caloris auferť forã ignis, sed per vos forma ignis est substantia. igr̃ adhuc argũ Alexã. vr̃ stare. Nisi esset quod pro tanto dixit illud Auer. vt innueret ablationem qualitatum, & accidentium non esse primam causam ablationis substantiarum per viã primæ intẽtionis, quia accñtia sunt ꝑꝑ substantiam principaliter sicut imperfectum, & deteriꝰ rei perfectioris, & nobilioris gratia est, vt dicit Arist. in 7. politicæ, vnde ablatio qualitatum, & proprietatum inseparabiliter insequentium substãtiam, est sicut causa sine qua nõ, aut per accidens ablationis substantiarum non prima causa, nam non potest saluari forma ignis in mã sine caliditate, nõ quia caliditas sit igneitas, sed quia est dispositio eius, & isto modo credo dictum Auer. debere intelligi. Aut aliter dici põt ꝙ Auerr. loquitur de ablatione quę est ſm intellectum

Obiectio contra Auerro. (margin)

L (margin)

solo pri. (margin)

M (margin)

Solo Ada. (margin)

A tellectũ ſicut intelligitur ĩ diffinitio ne prioris ſm naturam ĩ qua dicitur priora ſm naturam ſunt quæcunq; poſſunt eſſe ſine aliis, & alia nõ ſine ipſis, ſicut ſupra dictum fuit ĩ limitatione illius propoſitionis, & ſic dicimus quod ablata per intellectum forma ignis primo, & p ſe auferť ignis, ſed ablata caliditate non auferť ignis niſi per viam ſigni, pro quanto talis ablatio arguit ablatam fuiſſe formã ad q̃ concomitabatur tanq̃ naturalis, & inſeparabilis proprietas, & ſic intelligitur dictum Porphyrij in cõmunitatibus dũ dixit, quod propria

B interempta interimunt ea quorum ſunt propria, & his interemptis ipſa ſimul interimuntur, nam vt inquit ibi Boe. ſpecies, & proptia cum ſunt æqualia alterna ſe uice conſumunt. nam ſi nõ ſit riſibile homo nõ erit, & ſi homo non ſit, riſibile non manebit, tñ prima eſt per viam ſigni, & ſecunda eſt per viam cauſę, & ſic vbi ad ablationem alicuius ſequitur per viam cauſæ ablatio ſubſtantiæ, illud eſt ſubſtantia, ſed fallit ſi fuerit p viã ſigni. Ad aliud autem motiuũ Alexan. dicendũ ꝙ Ariſto. in. 2. de generatione & corrupt. in tex. cõ. 49. in-

C quit. terra quidem aeri, igni vero aqua cõtraria eſt vt contingit ſubſtãtiæ conttariam eſſe, quod pro tanto dixit, quia ſubſtantia ſm ſuum eſſe ſubſtantiale non contrariatur alteri ſubſtantiæ, ſed merito ſuarum qualitatum. Sed contra obiicit Alexan. nam Ariſt. in eodem. 2. de gener. in tex. cõ. 24. inquit. elementa aũt oĩa habent contrarietatem adinuicem, quia differentiæ contrarię ſunt, manifeſte autẽ patet ꝙ per differentias non poteſt intelligere niſi illas quæ ponuntur in diffinitionibus elementorum, cum itaq; caliditas ponatur

Replica contra Cõmenta.

D in diffinitione ignis, & frigiditas in diffinitione aquę: ſequitur manifeſte quod ſunt ſubſtantiæ, quia ſubſtantia non diffinitur per accidentia. Ad hoc aũt reſpondet Com. in 5 phy. cõ. 10. aliter gloſſando prędictam authoritatem dicens. & opinãdum eſt quod ſubſtantię ſimplices ſunt contrariæ ſm qualitates ſuas, & propriæ qualitates in eis nõ ſunt ſubſtantia, & ſi aſſimilentur ſubſtantiis. qm̃ impoſſibile eſt, vt aliquid in aliquo ſit de aliquo prædicamento, & in alio ſit de aliis, ita ꝙ calor in hoĩe

E ſit de qualitate, & in igne de ſubſtantia, ſed eſt in igne propinquius ſubſtantiæ, & ideo accipitur in diffinitione loco differentiæ, & in aliis cõpoſitis eſt remotius a ſubſtantia, vbi aduerte quod qñ dĩiæ ſubſtantiales rerum ſunt nobis ignotę, tunc in diffinitionibus rerum circumlocutiuè ponere poſſumus qualitates, & accidentia propria ſicut teſtatur Auerr. in 6. meta. cõ. 50. & in 7. meta. com. 41. & Auicen. in 5. ſuæ meta. inquit. quod difficultas percipiendi differẽtias rerum, & paucitas nominum, aut hoc, aut illud facit declinare nos a principali ad comitans. Sed eſt

F dubium propter quid Commen. dixit, quod in elementis huiuſmodi qualitates ſunt propinquiores ſubſtantiæ, q̃ in compoſitis. Niſi eſſet quia vt ſcribit Commen. in 4. cœli, & mundi. in com. 40. quanto aliqua forma magis fuerit diminuti eſſe, tanto dignius eſt, vt diffiniatur per accidentia, & quanto fuerit forma perfectioris eſſe, tanto dignius magis accidentia diffiniri per ipſam, & elementa ſunt formæ imperfectiſſimę propter maximam propinqui-

G tatem quam habent ad primam materiam, ideo in elementis sunt propinquiores substantiis huiusmodi qualitates. Accedit etiamquod tales qualitates videntur esse accidentia propria inseparabiliter concomitantia tales formas. vnde Auerro. inquit in 8. meta. cõm. 5. in calce com. & scire debes ꝙ actio formæ ignis q̃ sequitur formam ignis est calor maximus, & motus ad superius, & calor in igne est sicut abscisio in acumine gladij, non sicut ablatio in ablato, hoc est dictu quod sicut abscisio est accidẽs inseparabile ab acumine gla-
H dii, sic est de calore respectu ignis, & non est sicut ablatio in ablato, hoc ẽ non est eius differentia substantialis, ad cuius ablationẽ primo, & per se auferatur eius substantia sicut ad ablationem differentię substantialis prĩo, & ĩmediate aufertur species cõstitura per ipsam. sic igitur dicimus elementa esse contraria rõne suarũ qualitatum, vt quia caliditas contrariat frigiditati, sic ignis ratione qua calidus, contrarius est aquæ ratione qua est frigida, & ideo Aristot. dixit igni contrariam esse aquam, vt contingit substantiã substantiæ esse con-
I trariam. Sed dices, quorum propria suut contraria ipsa sunt cõtraria, sed proprietates elementales sunt cõtrariæ, ergo elementa ipsa sunt contraria. Amplius Com. in 1. cap. de substantia orbis dicit, ꝙ formæ elementales sunt contrariæ, & ideo passiua quodammodo dicuntur contraria, & quodammodo dicuntur esse similia. Amplius in 1. phy. cõ. 52. expresse dicit, & similiter etiam nihil prohibet vt substantiæ sint contrariæ secundum formas. non contrariæ secundum subiectũ, & sic dicere quod

Obiectiones cõtra prædicta.

substantia non est contraria substantię sm subiectum est verum, & quod substantia est contraria substantiæ secundum formam est verum etiã, & hoc adiuuat Alexan. dum dixit, ꝙ in substantiis simplicibus potest esse contrarietas, non in compositis, & Alex. intelligit hoc quod Arist. dicit in prædicamentis, q̃ dicit quod proprium est substantiæ non habere cõtrarium de substantiis cõpositis non de simplicibus. Aristo. enim dicit in libro de genera. & corrup. ꝙ corpora simplicia sunt contraria. Amplius in sua expositione super 4. metheo. inquit. ꝙ hæc quatuor sunt elementa per virtutes actiuas, & passiuas, & per consequẽs vult quod qualitates actiuæ, & passiuæ sint causæ formales elementorum. Ad primũ istorum Commenta. dereliquit solutionem sub dubio in 5. physic. com. 10. inquit enim. vtrum autem illa quorum propria sunt contraria necessario sunt contraria, aut diuersa, considerãdum est, sed non hic. quod pro tanto dixit, quia ista speculatio pertinet ad diuinum. nam vt scribit Philosophus. in quarto primę philosophiæ. in tex. commen. 5. Philosophi est de omnibus posse speculari. nam si non Philosophi, quis erit qui inuestigabit si idem Socrates sedẽs, aut si vni vnum contrarium, aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? & infra in tex. commen. 5. ibidem habet. Et ideo non est geometræ speculari quid contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuersum, nisi ex suppositione. Dicimus nos tamen, quod illa quorum propria sunt contraria, non oportet illa semper proprie, & formaliter loquendo contraria K L M

Solutio.

A traria esse, nam in simili licet genus semper diuidatur per contrarias differentias, non tamen semper diuiditur in contrarias species, licet illud possit quandoq; contingere, dicim⁹ enim quod animal diuiditur per rónale, & irrationale, tanquam per differentias contrarias, & tamen homo & asinus quæ sunt species, non sunt contraria. Ex aduerso autem color diuiditur per cōgregatiuum, & per disgregatiuum visus, tanquam per contrarias, differentias, & species cōstitutę per illas sunt contrariæ, vide
B licet albedo, & nigredo, & sic debes tenere in simili, vnde stat, ꝙ proprietates contrariæ proueniant quandoque a contrariis causis formaliter, vt rarefacere, & condensare, quę sunt proprietates contrariæ proueniuut a calore, & frigore, quæ sunt causæ formaliter contrariæ, sic enim contrariorum effectuum sunt contrarię causæ. stat etiam quandoq; propria esse contraria, licet subiecta nō sint proprie contraria, sed rectius dicunť diuersa, aut dr̄ia, aut in casu nostro. nam substantia ignis dr̄ differēs, aut
C diuersa a substantia aquæ, & nō cōtraria, & hoc tene. Et ideo Sanct. Thom, cum supportatione in hoc non bene reprehendit Auerr. in. 5. phy. in lectione. 3. super expositione. rex. com. 10. nam postquã Auer. ibi cōtra Alex. declarauerat qō elementa sunt contraria fm qualitates actiuas, & passiuas, subdit, quòd hæc responsio difficultatem patitur, manifestum enim, ꝙ proprię passiones causantur a principiis subiecti. si igitur propriæ passiones ignis, & aquæ sunt contrariæ cum contrariorum sint contrariæ causæ, videtur, ꝙ formæ substantiales sint contrariæ.

Item in. 10. metaph. probatur quod D omne genus diuiditur per contrarias dr̄ias, dr̄iæ autem sumuntur a formis, vt in. 8. eiusdem dicitur, videtur ergo ꝙ sit contrarietas in formis substantialibus. Et ideo relicta responsione Auer. ipse aliter soluit dicens, quod contrarietas differentiarum, quę est in omnibus generibus attenditur fm cōem radicem contrarietatis, quę quidem est excellentia, & defectus, ad quam oppositionem omnia alia contraria reducuntur. omnes enim dr̄iæ diuidentes aliquod genus, hoc modo se habent, quod vna earum est vt abundans, & alia vt deficiens respectu alterius, vnde Aristo. dicit in. 8. meta. tex. com. 10. ꝙ diffinitiones rerum sunt sicut numeri, quorum species variantur per additionem, & subtractionem vnitatis, non autem oportet, ꝙ in quolibet genere repe-riatur contrarietas fm propriam rōnem huius, & illius speciei, sed solum fm communem rōnem excellentiæ & defectus. quia enim cōtraria sunt quæ maxime distant, oportet ꝙ in quocunq; genere inuenitur contrarietas, quod inueniantur duo termini maxime distantes, inter quos cadunt omnia illa, quæ sunt illius generis: & paulopost concludit, quod formæ diuersarum specierum sunt adinuicem differentes fm excellentiam, & defectum, inquantum vna forma est nobilior alia, & ꝓp hoc ex diuersis formis possunt cāri diuersę passiones, vt supra obiectum est, tñ vna forma speciei fm ꝓpriam suam rōnem non habet cōtrarietatem ad aliam, hæc ille. Sed vr̄ mihi diuus Tho. qd̄ in reprehendēdo nō careat reprehensione, nam argm̄ factum per

Opi. Diui Tho.

E

F

Instantia cōtra solonem Diui Tho.

G per ipsum contra Auer. stat & procedit æque bene contra ipsum. nam propriæ qualitates cõtrariæ causantur ex principiis subiecti, & contrariorum sunt contrariæ causæ. Tu dicis quia vna forma secundum cõem rõnem contrarietatis inuẽtam in quolibet genere, vna est abundans, & alia deficiens, & sic ex diuersis formis causantur diuersæ passiones. hoc quidem verum est, sed non est ad propositũ, quia licet ex diuersis formis oriantur diuersæ passiones, non tñ semper ex diuersis formis oriuntur passiones contrariæ, sicut est in casu
H argumenti. Et confirmatur, quia homo & asinus habent huiusmodi diuersitatem secundum excellentiam & defectum, & vr omnes species, quia sunt sicut numeri, non tñ proprietates omnium specierum sunt contrariæ. argũ autem hoc contendit probare quorum propria sunt cõtraria, ipsa sunt contraria, quia contrariorum sunt cõtrariæ causæ, aut igr impugnatio sua cõtra Auer. nõ procedit, aut ipse patitur in sua decisione cõsimiles angustias. Et ideo dicimus nos pro Auer. & pro ipso quod subiectum respectu propriæ passionis,

Opinio propria.

I & subiecti principia nõ sunt causæ accidentium propriorum nisi in genere causæ materialis, sicut testatur expresse Auer. in. 4. meta. in com. 2. vbi inquit. quod substantia est causa oĩum accidentium nõ secundum agens, neq; secundum finem, sed quia constituuntur per illam, & quia est subiectum eorum. & Arist. in. 1. phy. auscul. in tex. com. 80. inquit. subiecta quidẽ materia cum forma cã est omnium eorum, quæ fiunt sicut mater, manifestum est, aũt quod eadem est materia contrariorum. & calidi & frigidi, & aliarum physicarum contrarietatũ K vt dicit expresse Arist. in. 4. physicæ auscultationis in text. com. 84. & in 1. de gene. & corrup. in tex. com. 50 vbi decidit quæstionem, & controuersiam antiquorum de actione, & passione. vtrum fiat merito similitudinis an fiat merito contrarietatis. vnde Commen. ibi in com. inquit. quod causa receptionis est commune genus eis. s. genus subiectum, & causa actionis est contrarietas. vnde mirum est de beato Doctore cũ ipse teneat subiectum non concurrere, vt efficiens, sed solum, vt materia respectu propriæ passionis, quo- L modo deuenerit ad hoc. Et ista ẽ Nota. vna de limitationibus, quam addes superius in illa propositione dicente, quod contrariorum sunt contrariæ causæ, fallit enim in causis materialibus, sed vera est in causis agentibus vt plurimum. Aut supplenda est contrariorum sunt contrarię causæ aut diuersæ, & in hac solutione concordare habet Auer. & Thomas si bene consideras. Similiter causæ agentes contraria sunt contrariæ, vel formaliter vel virtualiter.

secundum alium gradum. bene verum est, ꝙ anima Christi in natura sua nobilior est, & superior in gradu naturæ, q̄ anima Iudæ. Vel forte vt inquit, est alius modus secundum quem hoc potest contingere quem fatetur se ignorare, & subdit, & propter illam eandem rationem qua in formis specialissimis substantię non est secundum eos magis, vel minus nisi in forma humana, vel anima rationali. iuxta hoc quod determinauit quondam Episcopus Parisiensis, cuius sententiæ non contradico, similiter neq; in alijs quæcunq; sint &c. Sic igitur patet, ꝙ isti viri generaliter tenent in formis substantialibus esse magis, & minus secūdum prædictum modum. Auer. vero solum in formis elementalibus. Cōmunis tamen opinio tenet in via Arist. ꝙ formæ substantiales perfectæ non recipiunt magis, neque minus, nec in se, nec vt sunt in suis indiuiduis, quia tunc in eis posset eē motus. nam vt inquit Cōm. in.3. physicor.com.4. motus nihil aliud est, quàm generatio partis post aliam illius perfectionis ad quam intendit motus donec perficiat, & sit in actu, & illa ratio ponit ab Auic.in.3.sufficientiæ suæ cap.1. quod incipit. Ponemus fundamentum. dicit.n.ꝙ in substantia non est motus, quia non est magis, neq; minus. Opinio etiā Peripateticorum tenuit, ꝙ in talib⁹ formis substātialibus specialissimis sit ęqualis participatio à suis indiuiduis. participatiōe.n.spēi p̄les hoīes sunt vn⁹ hō, sine aliquo discrimine, vt testatur ipse Porphyr. inquit.n. in cōmunitatibus differentię, & speciei, quod cōe est vtrique æqualiter participari, homine.n.ęqualiter participari

K

L

opi.cōis.

M

tici-

A ticipant particulares homines, & rationali differentia. & prisci eã Theologi ante decisionem reuerendi Parisiensis Episcopi hoc tenuerunt. vnde Grego. in 21. moralium exponens illud Iob. 31. Nunquid non in vtero fecit me qui, & illam operatus est, dicit sic. Magna est virtus humilitatis considerata æqualitate conditionis. omnes nanq; homines secundũ naturam æquales sunt, sed accidit dispensatorio ordine, vt quibusdã prælati videantur. si ergo a mente deponimus ꝙ temporaliter accessit inuenimus citius quod naturaliter sum⁹. Si enim apud seipsum descendit de B virtute culminis citius planitiem inuenit naturalis æqualitatis. nam oẽs hoĩes natura æquales genuit. homo quippe animalib⁹ irrationalibus, nõ aũt cæteris omnibus hominibus natura prælatus est. tñ quicquid sit de hoc, in hoc me submitto Romanę ecclesiæ: vnum scio ꝙ illa opinio Peripatetica non est, vnde. 3. meta. t. cõ. 11. In indiuiduis non est hoc prius, & illud posterius. Sed Auerr. in via sua habet vnam præcipuam difficultatem, propter quid est ꝙ cum secũdum ipsum formæ substantiales elementorum cum intensionem, & re- C missionem suscipiant, non sic autem est de figuris ipsorum cum sint accidentia. Hanc aũt difficultatẽ Com. isto modo euadere conatur. 3. cœli, & mundi. in c. 67. dicens, Dicemus ꝙ figuræ sunt ex qualitatibus associatis formis substantialibus perfectis in hoc, quod non recipiunt diuisionem, & ideo caret motu alteratio nis, vt dictum est in 7. physi. vt patet ibi in text. com. 15. & 16. Sed tunc contra Auer. insurgit maior difficultas, quia propter eandem causam ẽt formæ elementales non debent reci- D pere diuisionem, quia per Philosophum. in. 5 phy. tex. com. 10. in substantia non est motus. Amplius sequi videtur ꝙ forma substãtialis elementi sit minoris raritudinis, & perfectionis, q̃ figura quæ est qualitas in eis, nam quod intendantur, & remittantur habet ex sua imperfectione propter multum vicinari naturæ materiæ, vt inquit in 8. physi. cõ. 82. & tunc si figura non intẽditur neq; remittitur, quia ĩ hoc associatur formis substantialibus perfectis. ergo vt sic figura videtur esse magis eleuata a natura materiæ, & ab imperfectione, per consequens q̃ sit ipsa forma substantialis elementi, quod nullus E sani capitis fatetur. Ad hoc dicendum puto, ꝙ sensus Auer. talis est, ꝙ figuræ associantur. id est assimilantur formis substantialibus perfectis, quòd quemadmodum illæ non recipiunt diuisionem secundum magis, & minus, sic nec figuræ. vnde author sex principiorum in simili dicit, ꝙ substantię, qualitatibus in quantitate magis, & minus, non cõuenit. quoniam ipsarum impositio in termino est vltra quem transgredi impossibile est, qualitates autem in quantitate appellat qualitates de quarta specie, vt est forma vel circa F aliquid constans figura, vt etiam dicit Auerro. in quarto physic. cõmẽ. 18. vbi dicit quòd Aristote. in. 7. declarauit ꝙ motus alterationis non inuenitur in prædicamento qualitatis, nisi in genere qualitatis passiuæ secundum tactum, gustum, & visum. nam istæ qualitates recipiũt, magis, & minus, & non est ita de qualitatibus quæ sunt in anima, & inanimato, & in qualitate quę est secũdã qui-

Difficultas contra Auer.

Sol. Auer.

obiectio.

solutio.

G quãtitatem.& per qualitates.n.quæ sunt in anima,& animato intellexit qualitates de prima specie qualitatis,quæ sunt habitus,& dispões, & per qualitates fm quantitatem qualitates de quarta specie, & ita etiam dicit in.7.physi.in com.15. & est ēt sententia Boethij in prędicamentis. in hoc igitur conuenit figura cũ forma substantiali perfecta, ꝙ fm rõnem formalem essentia earũ consistat in termino,& in indiuisibili. vnde Ari.dicit ĩ ꝑdicamentis assignãs rationem quare qualitates in quantitate,vt triangulus,vel quadrangu-
H lus,& hmõi non suscipiũt magis,& minus,dicit.quæcunq;.n.diffinitionẽ trianguli,vel circuli recipiũt silr trianguli,vel circuli sunt. Ex hoc tñ non licet inferre, ꝙ figura sit perfectius,& magis ens,q̃ forma elementalis. nam ꝑdicamentum qualitatis recipit magis & minus.prædicamentum aũt quantitatis non recipit magis,neq; minus,vt dicit Arist.in prędicamentis,similiter relatio fm plurimum sui magis & minus non recipit,& tñ non dicimus prædicamentum qualitatis esse minoris ratitudinis essendi,q̃ prędicamentũ quanti-
I tatis,cũ quantitas insequatur mãm, & qualitas formã,aut saltem nõ est minoris ratitudinis, q̃ sint illæ relationes quæ non recipiunt magis,& minus.nam vt inquit Cõment. 12. meta.cõ.19.relatio est debilioris eẽ alijs prędicamentis,ita ꝙ quidam reputauerunt ipsam eẽ ex secundis intellectis,vnde licet in genere substãtiæ formæ,quæ non recipiunt magis neq; minus, sint perfectiores, q̃ formæ elementales quę recipiũt magis & minus fm Cõm. tamen comparando formã vnius prædicamenti ad formam alterius prædicamenti. Ex hoc non licet vlr hoc inferre, immo si recte speculatus fueris inuenies, ꝙ in formis eiusdem prædicamenti in prędicamentis accidẽtium hoc gñaliter locum non habet.nam certum est, ꝙ in qualitatibus tertiæ speciei in quibus est motus alterationis est reperire magis & minus,vt sunt qualitates tangibiles. qualitates autem de quarta specie non recipiunt magis neq; minus. nullus autem sanæ mentis diceret qualitates quartę speciei,ex eo ꝙ non recipiũt magis,neq; minus esse maioris entitatis,& perfectionis, quàm qualita-
tes tangibiles, cum illæ non sint de virtutibus actiuis,sicut neq; quantitas in qua fundantur,vt dicit Cõm. in quarto physicæ auscult. in com. 84. quãtitas non est de potẽtijs actiuis,sed sequitur potentias actiuas, & operationes earum.s.calidum,& frigidum,immo Arist.omnem realem transmutationem, & alterationem in istis generabilibus inuentam reducit ad istas quatuor primas qualitates contrarias,quibus mediantibus fit actio,& passio. Non bene igitur inferebatur,ꝙ figura cum sit accidens,& non recipiat magis & mi-
nus,forma autem elementi recipit, ergo est magis ens,& perfectius ens, q̃ forma elementi. nam perfectio in formis ex operationibus earum innotuit à signo philosophis,sicut dicit Cõm.in.6.disput.in lib.destruct. destruct.in solutione sexti dubij,vbi inquit,ꝙ Philosophi sumpserunt signum subiecti ex passionibus, sicut signum formæ repererunt ex actionibus. impossibile.n.est ꝙ actio , & passio ab vna,& eadem natura procedãt. Manifestum est aũt ꝙ forma ele-

A elementi longe nobiliores operationes habet, ꝗ figura: tum quia facit hoc aliquid qđ nō facit figura, tū ēt quod est principium effectiuū principale motus localis intrinsecum in ipsis elementis. Nam Commenta. in 1. cœli & mundi. in com. 17. inquit declarando descriptionem grauis, & leuis ibi positas: & intelligendum est ex descriptione grauis, & leuis naturam quæ est innata ad mouendū ad medium vel a medio. s. habitum & formam, ex qua procedit hæc operatio, etsi hoc nomen grauitas, & leuitas nō dicantur vulgariter nisi ex ac-

B cidente. Sed tunc iterum insurgit noua difficultas in via Auerro. nam figura est de accidentibus terminatis. talia autem insequuntur formā, vt patet in n. 1. cap, de substantia orbis, & ideo mirabile videtur ꝙ causa ad quam consequitur aliquid recipiat magis, & minus, & suus effectus non recipiat magis & minus. Nisi esset ꝙ accidētia terminata sunt a forma tanquam a fine, sed sunt ab agente tanquam a causa efficiēte. quia agēs dans formam dat accidentia concomitantia formam mediante tamen forma. ab agente autem, & forma ac-

C cidentia emanāt fm ꝙ sunt apta nata emanare, & ideo si forma est intēsionē recipiens, & remissionē figura ꝙo nō ē capax intēsionis, & remissionis forma illo mō, & figura diuerso mō erit ab agente. Accedit etiam ꝙ figura in elementis non est essentialiter sicut in cœlo, sed est accidentaliter, quia in eis intendebatur receptio multarum figurarum cum esse elementorum est propinquius ad esse primę materiæ, quam ad esse formę, sed corpus cœleste est econtrario, qa suum esse est propinquius formis, vt

Alia difficultas.

Solutio.

dicit Com. in. 1. cœ. in cō. 22. Elīnta D enim de se infigurata sunt, sicut mā de informis est, sed recipiunt figurā per accñs, videlicet rōne continētis, vt dicitur in 3. cœli, & mundi in tex. cō. 67. & ideo nō valet si forma substantialis elītis intenditur, & remittitur, ergo & figura, quia non est de accidentibus essentialiter concomitantibus formam elementariam, sed per accidens modo declarato.

PROPOSITIO LV.

In specie atoma est comparatio.

Famosa est propositio, & colligitur ex mēte philosophi in 7. ph. E t. cō. 29. & 31. vbi inter alias conditiones requisitas in vera comparatione addit ꝙ debet esse vnius naturæ, vnde dicit in genere latitare equiuocationes. Veritatē aūt hēt propō de physica comparatione. de tali. n. loquitur Philosophus ibi. illa. n. requirit vnitatem naturæ, species autem uere vna natura est, nā species cōpletiue sumitur teste Porphyrio in ca. de dria, & teste Philosopho in 7. primæ philosophiæ te cō. 43. ab vltima dria seu vltimo actu qui vnus est vere in natura, sed genus nō sumitur ab aliqua vna fora in nā uere exñte, F sed solū fm rōnem. Nō. n. est aliqua fora realis in nā per quā hō est aīal; alia fm rē ab illa per quā hō est hō, omnes tñ hoies cum sint vnius spēi conueniunt in forma quæ cōstituit speciem, quia quilibet hēt animam rationalem, sed non est ī homine, & equo, & asino, aliqua aīa cōis quæ cōstituat aīal præter illā aīam, ꝗ cōstituit hoīem, & pter illā quæ cōstituit æquū aut asinū. Nā si ita esset, genus vtiq; physicæ esset vna nā. Et in eo posśēt fieri cōparatiōes. vñ lucidissimus

mus Themist. in. 1. de anima. super 8. tex. vbi Arist. inquirit vtrum diffinitio de anima inuestiganda sit vna vnitate generis sicut animal, aut sit vna fm speciem inquit. Neq; parũ refert hoc an illo modo diffinias. genus enim, aut mera notio est sine euidentia soliditateque aliqua, sed ex tenui sub obscuraq; similitudine singulariũ collecta, aut penitissime nihil, aut quam singularia multo posterius. at species natura quædam eẽ amat, & forma nam ratio hominis simul atq; iugata materiæ ẽ, homo fit. & propter hoc Boethius bene dixit, ꝙ species est tenuis similitudo H
ex indiuiduis collecta, & genus longe magis tenuis est similitudo specierum. hic igitur Aristo. fm physicam ratione loquutus ostendit physicas cõparationes eẽ in his, quę sunt eandem naturam participantia, & quia species specialissima vnam naturam, & vnam formam realem importat, iuxta illud Porphyrii, participatione speciei plures homines sunt vnus homo, ideo in tali specie physicæ comparationes fiunt, & ideo Aristo. vult ibi ꝙ motus localis non est comparabilis motui alterationis; I
nec motus localis rectus comparari debet motui circulari, quia nõ sunt eiusdem speciei. Ex quo aduerte quomodo infinita argumenta sophistarum solita fieri. 5. &. 6. physi. de vnitate, & diuersitate motuum, & de continuitate ac de contrarietate soluuntur, quia sunt argumenta imaginaria secundum mathematicã considerationem procedentia, non secundum physicam considerationem. nam comparant mot⁹ rectos circularibus, & imaginantur graue moueri per chordam, & aliud

Contra sophistas.

moueri per arcum, & quærunt vtrũ isti motus descensus sint eiusdẽ speciei, & imaginantur aliquid moueri duobus motibus, videlicet motu lineæ gyratiuæ, quæ mouetur circũdando columnam, & ex motu puncti sup linea taliter mota, & sic imaginantur lineam helicam, & infinita similia, quæ sunt intricamenta intellectus, & nullius roboris, neq; momenti sunt in philosophia. omnia enim hoc fundamento soluuntur, quia tales casus non sunt admittendi in philosophia naturali. male aũt & praue disputat mathematicus cũ L
naturali per regulam Arist. in. 1. posterio. analiticorum, vnde tene menti hoc fundamentum, & confirma p authoritatem Auer. in. 1. cęli & mũdi, in c. 5. vbi Arist. diffinitiones motuũ circularis, vez & recti proponit dicẽs, ꝙ motus circularis est qui est, circa medium. motus autem rectus est vel a medio, vel ad medium. inquit enim, quod tales diffinitiones ĩtelliguntur de motibus fm ꝙ sunt motus naturales sensibiles, & in corporibus motis natura, non violentia. per hoc enim excipiũtur omnes motus imaginarij, sicut est motus M
puncti, & lineæ, & sicut sunt motus corporum mathematicorum, & excipiuntur omnes motus artificiales.

Vnde proposita propositio veritatem habet fm physicam, compara tionem. fallit autem fm logicam cõsiderationem. nã in genere possunt fieri comparationes fm logicum, quia ille solum considerat vnitatem conceptus fm rationem: non autem considerat vnitatem formæ sicut naturalis. vnde Arist. in prædicamentis comparat species, & genera ad primas substantias. Fallit etiam fm mathe-

Summa totius limitatiõis

A mathematicam considerationem, quia propositiones mathemeticæ sunt fundamenta imaginationis, vt dicit Com.in.3.physi.com.60.vnde motus specie differentes possunt inuicem comparari fm imaginariã comparationem.sic enim comparari potest rectum circulari.glossa est Auer.in.7.phy.comm.29.nam geometra dicit ꝙ linea recta est breuissima, quæ duci potest inter duo puncta. Fallit etiam fm considerationem diuinam, quia scientia diuina est scientia vl̃is,& considerat ens inquantum ens, & quæ illi insunt, vt sic.& ideo ille habet considerare omnem comparationem sub rationibus transcendentibus,& generalib', vnde diuinus comparat substantiã ad accidens in ente quod est vnum analogice dictum fm viam antiq̃. quod non dicit aliquam naturam, aliam a natura substantiæ, & aliam a natura accidentis, sicut dicit Cõmen.10.meta.com.8.contra Auic. &.12.meta.commẽ.19.&.20.ens.n. per prius dicitur de substantia, quã de accidente. vnde dicit metaphysicus, ꝙ substantia est magis ens, quã accidens,& verius ens. nam fm philosophum.7.meta.tex.com.2.&12. meta.tex.com 3.accidentia nõ sunt entia, nisi quia entis. vnde Auer.7. meta com.2.inquit in principio cõmenti cum declarauit ꝙ hoc nomẽ ens significat substantiam, & accidẽtia substantiæ, quæ sunt nouẽ prædicamenta.intendit declarare, ꝙ hoc nomen ens principaliter, & simpliciter significat prædicamentum substantiæ secundario, & determinate, scilicet relatiue ad substantiam, alia prædicamenta accidentium quę nõ dñr esse, nisi quia accidunt enti, qđ est ens per se.Similiter etiam in sciẽtia diuina comparari possunt genera accidentium inter se, vt dicamus, verbi gratia ꝙ prædicamẽtum qualitatis est magis ens, quàm prædicamentum quantitatis. Similiter Cõmen.12.meta.com.19. comparat ꝑdicamentum relationis reliquis prædicamentis dicens, ꝙ est debilioris esse oĩbus aliis prædicamentis.

PROPOSITIO LVI.

Priuatio cognoscitur per habitum.

PRopositio ista colligitur ex.3. de anima tex.com.25.vbi Commen.declarat ꝙ vl̃r omnes priuationes non cognoscuntur nisi per contraria, iuxta textum ſ.per cognitionem habitus,& per cognitionem defectus habitus, & ita est de sensibus sicut de intellectu.quemadmodum enim visus comprehendit obscuritatem per comprehensionem defectus lucis, ita intellectus comprehendit priuationem per comprehensionem defectus formæ.vnde Arist.in 7.primæ philosophiæ tex.com.23. inquit.Contrariorum modo quodam eadem species est, priuationis enim substantia, substantia illa quæ opposita est, vt sanitas infirmitatis. illius enim absentia cognoscitur infirmitas.vnde ratio alterius oppositi est quodammodo rõ, & substantia priuationis cui illa forma opposita est.vnde per rationem formæ cognoscitur forma,& priuatio formæ alio tamen & alio modo, quia ꝑ formam cognoscitur ipsamet forma, sed per absentiam formæ cognosciť priuatio eius. Pro quo animaduerte ꝙ sicut in transmutatione reali, alterum cõtrariorum sufficiens est facere

G cete absentia, & præsentia mutationem, vt dic. Arist. in. 1. phy. te. com. 68. nam forma quæ est contrarium principium respectu priuationis, sui præsentia sufficit in generatione, & sui absentia sufficit in corruptione, sic imaginari debes ꝙ forma per sui speciem ducit in cognitionem sui, & per sui absentiam ducit in cognitionem sui oppositi, sic substantia priuationis est quoquo modo substantia formæ oppositæ, & ista est dña, vt dic. Com. 7. meta. com. 23. inter contraria quæ sunt in materia, & inter contraria quæ sunt in anima, qa
H anima recipit formas cõtrarias, qm̄ formæ contrariæ in anima quodãmodo sunt eadẽ forma, & hoc erit fm ꝙ est manifestius de eis, nõ quia congregantur in anima duæ formę contrarię insimul, quemadmodum non congregantur extra animam, qm̄ esse alterius est corruptio alterius, & corruptio alterius est generatio reliqui, in quibus verbis videtur Commen. manifeste contradicere sibi ipsi, quia prius dixit ꝙ anima recipit contraria, quia formæ contrariorum in anima quodãmodo sunt
I eadem forma. demum dicit ꝙ cõtraria simul nõ sunt, nec in anima, nec extra animam, quia generatio vni⁹ est corruptio alterius, & econtra.

Expõ verborum. Ideo nota ꝙ subtiliter loquitur Cõmẽ. si bene aduertis, quia contraria inquantum contraria nullibi simul esse possunt, quia ex suis rõnibus formalibus sunt incompossibilia. vnde licet anima recipiat simul species cõtrariorum, tñ species contrariorum non sunt contrarię, sicut sunt formę contrariorum contrariæ, vt existũt in materia. vnde videmus ꝙ in eodem puncto in potentia visiua est species albi, & nigri, & ita in sensib⁹ K interioribus, & in intellectu, quia ꝗ contrariantur in materia non oportet ꝙ sint contraria in anima, quia anima recipit similitudines rerum, non autem rerum materiale, sicut cera recipit simulacrum characteris aurei aut ferrei, non autem recipit ferrum, aut aurum. proprium enim sensus est esse susceptiuum formæ sine materia, & multo magis intellectus. vnde. 3. de anima. tex. com. 38. lapis non est in anima, sed species lapidis, vnde intellectus dr̄ locus specierum. 3. de anima. text. com. 6. & Commen in lib. destruct. in solu. 18 L dub. inquit, quęlibet forma duobus modis habet esse, videlicet esse intelligibile qñ comprehenditur separata a materia ab intellectu, & esse sensibile, videlicet idquod habet actualiter in materia. v. g lapis sine dubio formam habet materialem extra animam, & ali m formam, quæ est intellectio, & comprehẽsio facta in anima, prout anima rõnalis capit eã separatam. vnde si species contrariorum in anima essent cõtrariæ, vtiq; simul esse non possent. vnde cũ opiniones de contradictoriis sint con- M trariæ, simul in anima esse non pñt, vt patet. 4. meta. tex. com. 9. & ideo dixit Comm. ꝙ si anima recipit contraria hoc est fm, quod est manifestius de eis, hoc ẽ dictu, ꝙ vnum cõtrariorum manifestius redditur per cognitionem alterius contrarii. nõ quod contraria quatenus cõtraria simul esse possunt. nec in anima, nec extra animam, sed in anima hoc cõtingit ꝙ anima in cognitione vni⁹ cõtrarii iuuatur per cognitionẽ alterius, vt patet. 2. cœli & mundi. tex. c. 40. vbi dr̄ ꝙ contraria sensibiliora sunt

A sunt inuicem posita, sed vnum contrarium in materia existens impeditur, & corrumpitur ab alio, & in hoc est differentia. vnde contrariorum mos est, vt magis appareant sensui, quàm res non contrariæ, eo quòd vnumquodq; contrariorum se mutuo ostendunt atq; insinuant, vt dicit Comm. in paraphrasi, super 2. cœli sup tex. c. 40. Si igitur anima simul recipit species contrariorum, propter hoc non dicitur recipere cõtraria simul, quia species contrariorum non sunt contrariæ, forma igitur per se ducit in cognitionem sui

B directe, sed per absentiam ducit in cognitionem suæ priuationis. sic rectum enim idem iudex est sui, & obliqui, vt dicitur. 1. de anima tex. cõ. 85. sic etiam eadem est substantia priuationis, & oppositi, quia priuatio propriam speciem non habet.

Priuatio qñq; ẽ notior habitu. Aduerte tamen ꝙ licet ita sit, tamen cõtingere potest in aliquo casu priuationes notiores esse nobis aliquibus habitibus propter nostrum modum intelligendi qui est tempori, & continuo obnoxius, vnde. 7. meta. tex. com. 10. multoties debiliter

C nota, & parum aut nihil entis habẽt attamen ex male quidem noscibilibus ipsi, aut noscibilibus, quæ omnino nescibilia noscere tentandum, vnde patet ꝙ motus, & priuationes, & accidentia non sunt tantę ratitudinis, sicut sunt substantię rerum, & tamen sunt magis nota, quantũ ad nostram primam cognitionẽ, quæ ortum habet a sensibus, quàm substantiæ rerum, quia talia sunt magis sensata, quia talia cadunt sub sensu tãquam sensibilia per se, vel vt ꝓpria, vel vt communia. sed substantia non ita sensibilis est, sed per accidens, & si sentitur hoc non est nisi a

D sensibus hominis inquantum hominis, vt voluit Com. in. 2. de anima, Cõ. 63. & 65. & propter hoc licet priuatio cognoscatur per habitum, tamen potest cõtingere priuationem quandoq; notiorem esse aliquo certo habitu. vt de Auer. 8. phy. com. 27. vbi Aristo. diffinit quid sit mouens per se, per negationem motoris per accidẽs inquit, & fecit hoc, qm̃ illud quod est per accidens est notius illo quod est per se, & ideo accidit in quibusdam locis describere habitum per negationem priuationum. Proposita igitur propositio ꝙ priuatio cognoscitur per absentiam formæ, vera est

E vtplurimum, tamen vbi accidit priuationem notiorem esse forma, tũc per negationem priuationis deducimur in cognitionem formarum. & sic vt dicit Dionysius in lib. de diuinis nominibus de deo magis cognoscimus quid nõ est, quàm quid sit. nam vt scribitur. 2. meta. text. com. 1. sicut se habet oculus noctuæ ad lucem diei, sic se habet intellectus aĩæ nostræ ad ea quæ manifestissima sunt in natura. Aduerte etiam qđ contingere potest, ꝙ aliqua diffinitio data per priuationem aliquam,

F magis notificat substantiam diffiniti quàm data per habitum oppositum, & hoc in casu quo priuatio est magis naturalis rei descriptæ, quàm habitus cui opponitur illa priuatio. sicut contingit in diffinitionibus elementorum grauium, & leuium, quarum quædam dantur per motum, & quędam danť ꝑ quietem, vt patet. 4. cœli & mun. nã graue diffiniť per motum sic, graue est qđ moueť ad mediũ, & diffiniť etiã per quietem. videlicet, graue est qđ

G quiescit sub omni corpore, videlicet graue simplr. Sil'r leue diffinitur p. motum, & est illud quod mouetur a medio, & diffinitur per quietem. videlicet leue est, quod quiescit supra oīa corpora. & Com. 4. cœli, & mundi. com. 26. vbi inquit, & iam descripsit superius graue, & leue alia descriptione, & est quod graue est illud, quod moueť ad medium, & leue, quod moueť a medio. Sed hæ descriptiones, quas modo dixit magis appropinquant veritati, quia mot⁹ non accidit eis, aut a medio, aut ad H medium, nisi post violētiam. quies autem leuis supra omnia corpora, & grauis sub oībus corporibus est eis naturaliter, & ideo ista diffō magis demīat naturas eorum, & in istis diffinitionibus in loco dr̄iarum accipiuntur actiones, pueuientes ab eis, cū drīę lateant. Patet igr̄ ꝙ qes quę est priuatio motus, magis notificat naturas eñtorum, quàm motus qui est tanquam habitus.

Cōtra Alber. sanct. Thom. & Aegid. Intelligere etiam qđ est optima operatio magis quieti comparať q̄ motui. 1. de ani, 48. & 7. phy. 20. Iam igiť vides quō famositas ppōnum multos decipit etiā illustres, & magnos viros. vnde ex hoc Albert⁹, I cognomēto magnus, & diuus Tho. & Ægid. Ro. in hoc cum reuerentia, pp prædictam cām defecerūt. nam, Alber. ponit corp⁹ mobile nō quiescibile esse subiectum, & Ægid. cū diuus Tho. ens mobile.

ADDI. Pro opinione Alber. facit authoritas Com. 8. phy. com. 23. vbi dicit, ꝙ motus ē notior, quo ad nos, quiete, quia motus est habitus, & quies est priuatio, & iō dicere oīa moueri est minus exire a via nālı, quā dicere oīa quiescere, licet vtrunq; sit falsum. sed dic tu, ꝙ ad rōnem forma- K lem duo requiruntur, & notitia, & vl̄itas, quia autem motus non omnia comprehendit, oportet addere quietem etiam, & licet motus sit notior, tñ ēt quies est per se nota, vt patet. 8. phy. 22. & 23. Quare autē nō ponunt mobile, & quiescibile nō satisfacit rō quam dicunt, quia quies est priuatio, quia licet priuatio sit, tñ est sensibile commune sicut motus, vt patet. 2. de anima. te. com. 64. vnde Arist. in. 8. physic. in tex com. 22. inquit, omnia igitur quiescere, & huius rationem quærere dimitten L tes sensum, infirmitas quædā est intellectus. & infra tex. com. 26. cōtra, negantes quietem sicut erāt illi, qui omnia ponebant in motu dicit. Sed de hoc quidem intendere, & quærere rationem eorū, quæ dignius habem⁹, quàm si rationis indigerem⁹, est hominis male iudicātis, quid est melius, & peius, & credibile, & non credibile, & principium, & nō principium. & Auer. ibi in com. dicit, ꝙ ista opinio contradicit sensui, & oīs opinio cui contradicit sensus, nō est bona opinio. apparent enim hic res, quæ mouentur in rei veritate, & iu- M dicat sensus pręcise eas moueri in rei veritate pp congregationem quinque sensuum in testimonio econtrario ei, quod apparet sensui visus, qđ ei apparent aliqua moueri, quæ nō mouentur. Patet etiam ꝙ hoc commune est etiam de quiete, ꝙ per cōgregationem omnium quinq; sensuum possumus percipere aliqua eē quiescentia. Amplius Arist nō dubitauit ponere quietem in diffōne naturæ, quæ est de primis principiis. suppositis in scientia naturali, & concessis non demīatis, vt est sñīa philosophi.

A ophi.2.phy.tex.com.6.& late probatur contra Aui.per Auer. ibidem in com.3. vnde cum diffinitio naturæ cõis sit superioribus,& inferioribus debuit poni motus, & quies præsertim,ꝙ quies in simplicibus & mixtis,quæ mouentur ad motum simplicis dominantis in eis sit magis naturalis q̃ motus,quia motus non cõpetit illis,nisi qñ passa sunt violentiam.sic corpus,quod est vr̃e subiectum dr̃ habere rõnem cõem nãlẽ oĩbus.quies aũt est magis naturalis aliquibus corporibus,quàm motus, vnde Auic.in hoc melius loquutus B est in primo suæ meta.dicens,ꝙ subiecta scientiæ naturalis sunt corpora mota,& quiescentia. Aut longe melius diximus nos in speciali quæstione nostra de hoc,ꝙ corpus naturale est subiectum adæquatum inquantum natura,quæ est rõ formalis est principium motus & quietis.

Auicen.

PROPOSITIO LVII.

Semper propter quod unumquodq; tale, & illud magis est.

C VVlgata passim auctoritas, & ẽ Arist.in.1.poste. analyticorũ. Et in ea etiam concordat scia diuina pp vtilitatem considerationis. nã vt scribit Com.in.1.physi.com.35. logica vtitatur in scientiis duobus modis, aut fm ꝙ est instrũm distinguens verum a falso,& hic est modus proprius:aut fm ꝙ declarata in ea accipiuntur pro maximis in destruendo,aut construẽdo aliquid,& ista consideratio cũ vtitat' in artib' pticularib' est nõpropria.in arte aũt vr̃.i.in prima philosophia est propria. Ratio aũt est, quia circa eadẽ versantur istæ sciæ cõmunes, vt dic. Aristo.in.4 primæ philosophiæ. in D tex.com.4.& hoc etiam est de mente Auer.in.7.meta.com.2. vnde sub aliis verbis eadem sñia scribitur ab Arist.in.2.meta.in tex.com.4.vnũquodq; est maxime tale pp ꝙ aliis inest vniuocatio. Et licet quàmplures instantiæ adducantur ab auctoribus scribentibus in lib.post. nihilominus isto modo ĩtelligitur videlicet. Quotiescunq; fuerit aliqua dispositio recipiens magis, & minus denominans formaliter causam, & causatum,& competit causato propter causam,semper per prius,& simpliciter dr̃ de causa, & per posterius, E & fm quid dr̃ de causato. vnde Cõmen:8.phy com.77.inquit. Horũ autem de quibus nomen dr̃ fm pri' & posterius,& simplr̃, & fm denoĩationem,illud de quo dr̃ prius est cã eius de quo dr̃ posterius.& in.7 meta.com.3.inquit,est declaratum, ꝙ cum plura cõicant in eodem nomine,& quoddam dignius quibusdam, illud quod est dignius illo nomine est cã cæterorum,& dispõ cæterorũ ad causalitatem est, sicut dispõ illorum in illo nomine. hoc idem scribit infra ibidem in com. 7. & in 8. met.etiam in com.7. Et aduerte ꝙ F isto modo intellecta propositio est vr̃ vera,& tenet in oĩ genere causæ, quia istæ notæ reduplicationis propter ꝙ,& fm ꝙ & cõsimiles, possunt importare vnumquodq; genus causæ,sicut scribit Aristo.in.5.meta.in tex.commẽ.23.quòd tot modis dicitur fm se,quot modis dicitur causa.vnde tenet in genere causæ formalis.& est exemplum.7.met. &.8. vtrobiq; in text. com.7.compositũ est in actu,& forma est in actu,& cõpositum est in actu pp formã, ergo

Limitatio propõnis.

Vr̃ hec veritatẽ propositio.

G forma est magis ens in actu, quàm compositum. Manifestum est autē φ compositum non est in actu propter formam nisi ī genere causę formalis. nam vt inquit lucidissi. The. in.2. de anima cap.6. & est super expositione.7. text. Nempe forma tametsi in materia producitur, non tñ ipsi materię forma est, sed eius φ ex duabus facultatibus conditum est. Silr si arguatur isto modo, compositum est in potẽtia, & materia est in potentia, & compositum est in potẽtia, propter materiam, igitur materia est magis ens in pōa, quā com

H positum. Manifestum est aūt φ ista rō tenet in genere causæ m̄alis, quia compositum nō est in potentia pp materiam, nisi pp cām materialem. nam tametsi materia sit mā formæ non tñ est cā formæ, sed compositi, vt dicit Auic. in.5. suæ meta. Silr veritatem habet propositio assumpta in genere causæ efficientis. sic.n. procedit rō Arist. in.1. poster. dum arguit principia esse magis scita, q̄ conclusiones, quia conclusiones nō sunt scitæ, nisi pp principia scita. nā vt inquit Linconiensis, & scientia p̄missarum in aīa vr gignere scientiā

I conclusionis. Tenet etiam in genere cāæ finalis, vt si amamus diuitias, & felicitatē, & diuitias amamus pp felicitatem, sequitur φ lōge magis amamus felicitatem, quàm diuitias. Notabiliter aūt apposui in limitatione istius propositiōis, φ dispositio illa in qua fit cōparatio debet esse talis quod recipiat magis, & minus. nam vt scribit Auic. in.6. tracta. suæ meta. cap.3. iam putatur, φ in plerisq; cātum est minus in esse, quam sua cā in eadem intentione si ipsa intentio fuerit talis, vt recipiat magis & minus. Et ideo pp defectū K istius conditionis non valet, homo est resibilis, & animal rationale, est risibile, & homo est resibilis propter animal rationale, igitur animal rationale est magis risibile, quàm homo. nam teste Porphyrio in communitatibus generis, & proprii, proprium æqualiter dicitur de his quorum est proprium. Dixi etiā quòd requiritur quòd talis dispositio in qua fit comparatio formaliter denominet tàm causām. quàm etiam causatum, & ideo non valet, homo est ebrius propter vinum, igitur vinum est magis ebrium, nec valet, L terra est calida ꝑpter solem, igitur sol est magis calidus quàm terra. Dixi tertio requiri quòd illa denominatio competat causato propter causam, quia si aliūde sibi adueniret illa denominatio quàm a causa, manifeste pateret regulam non habere locum.

PROPOSITIO LVIII.

Augmentatio præsupponit alterationem.

Aduerte vt inquit Auer.1. cœli & mundi. commen.22. vnde M extrahitur præsens auctoritas, omne augmentabile est alterabile, & non conuertitur. Et inquit ibidē quòd augmentatio & diminutio sumuntur tribus modis. Aut secundum augmentum verum, & diminutionem veram, & hoc est tantum in plantis, & animalibus. Aut secū dum alterationem, vt accidit aquæ, & aeri cum inspissantur fiunt minoris quantitatis, & dum rarefiunt, fiūt maioris. Tertius modus est secundum accumulationē, & hoc inuenitur

Augmēta tio, & diminutio sumuntur tripliciter

Intellect⁹ ꝓpōnis.

A tur in mineris,& in corporibus consimilium partium.& inuenit etiam in elementis,& est vt super rem addantur aliqua alia extrinseca,& continuētur cum prima. Intelligitur igitur proposita propositio de augmento inuento in physicis corporibus,fallit enim de augmento imaginario inuento in rebus mathematicis. Glossa est Arist.in prædicamētis.nam quadratū creuit, vt inquit, circumposito gnomone nulla præexistente alteratione. Et habet locum de vera augmentatione, quæ fit in plantis,& animalibus. nam ta-
B lis requirit præuiam alterationem, sicut scribit Commen.1.de generatio.& corrupt.in com.38. talis autē est augmentatio proprie dicta. Augmentatio vero secundo modo est idem ꝙ rarefactio in qua nō aliquo extrinseco apposito fit maius, sed ꝑ solam alterationem.raritas enim,& densitas sunt rerum qualitates insequentes calidum & frigidum, vt dic. Commen.in.7.physi.com.15.& dicitur transumptiue augmētatio. vnde Commen.4.phy.com.63.inquit
C quia Arist.ibi dicit contingit autē, & densari non in vacuum, sed propterea,quia ea quæ insunt illabuntur,vt aqua colliso aere cui inest,& augmentari non solum ingrediente aliquo,sed ex alteratione, vt si ex aqua fiat aer.Commē. dicit ꝙ istud augmentum dicitur transumptiue, quia augmentum in rei veritate nō est nisi in animato,& per aliquid extrinsecum. Augmētatio etiam tertio modo sumpta quæ fit per accumulationem est trāsumptiue dicta, quia in vero augmento ꝗlibet pars aucti,est aucta. Et Aduerte ꝙ in vero augmento,quod inuenitur solū

In vero augmento requirunt plures motus.

in viuentibus concurrunt plures,& diuersi motus.vt declaraui in quæstionibus miscellaneis in propria qōne de motu augmēti.vnde Auer. in.2.de anima.in com.50. scribit ꝙ sermo de nutrimento & augmento nō perficitur nisi in pluribus libris. In libro enim de genera.& corrup. determinatum est motus augmenti & diminutionis.In meteoris autē determinati sunt modi calorum,& modi actionum,vt decoqui,& assari. Et in lib.de anima determinatus est primus motor in istis motibus. Et in libro etiam de aīalibus determinatum est quot sunt instra istius virtutis in vnoquoq; aīali. Et qūo completur actio ꝑ ipsa in vnoquoque eorum,& per quot membra,& qūo seruiunt illi illa membra. Et qualis est proportio eorum in ista actiōe adinuicē, vn̄ oportet ferè vidisse totum negotiū physicū q voluerit distīcte loq de hac mā.& hoc ē in cā,ꝙ ꝑpauci resolute scripserūt in hoc iuxta illud Arist.in.1.de gene.& corru.te.cō.7.Ad pauca respicientes de facili enunciant. E

Loca in quibus completur sermo de augumento.

PROPOSITIO LIX. F

Potentia superior potest quicquid potest inferior, & nobiliori modo.

Vera est ꝓpō in potētiis q̄ sunt eiusdem ordinis in subalitate eo mō quo vegetatiuū est in sensitiuo,sicut trigonū ī tetragono. vnde aīa vegetatiua q̄ cōstituit plantā in specie,in brutis euadit pōa aīæ sensitiuæ,nam aīa sensitiua est q̄ reponit brutū in specie, & vegetatiua nō est distincta aīa in brutis, sed euadit potētia sensitiuæ, & vt est potētia vir-

 tualiter

G tualiter cõtenta in aĩa sensitiua operatur oẽs actiones quas operat̃ aĩa plantæ.& nobiliori modo, quia aĩa plantæ nutrit, auget, & generat plantam, sed vegetatiuum in brutis vegetat, auget, & generat aĩal. In his aũt quæ non sunt eiusdem ordinis in substantialitate propõ locum nõ habet. nam non est dubiũ apud philosophos, ꝙ aĩa est nobilior virtus, quàm forma elementi, & tñ in corpore animato non põt supplere vicem elementi, quia in istis oportet ſm viam cõem formaliter esse efnta, & silr aĩa est superior virtus, quã H sit corpus, nõ tñ aĩa põt supplere vicem corporis, & forma est superior mã, & non potest supplere vicẽ materiæ. Silr comparãdo potẽtias materiales potentiis abstractis locũ nõ habet ꝓpositio formaliter loquendo. nam nõ valet hõ generat, ergo intelligentia gñat. Amplius ẽt ĩ intelligentiis in quibus est diuersitas ſm perfectionem veritatem non habet ꝓpõ ſm Peripateticos. nam certum est, ꝙ intellectus possibilis est ignobilior intellu agente, vt testat̃ I Arist. in. 3. de anima. in te. com. 19. Semper enim honorabili' est agẽs patiente, & principium materia. vñ vt scribit ibi Auer. intellectus possibilis est infimus in genere abstractorum, & tamen intellectus possibilis intelligit ista materialia, & singularia, nam intellectus in propositione vniuersali ĩtelligit infinita, & tñ intellectus agens nõ intelligit aliquid eorũ q̃ sunt hic, vt dicit Com. ibidem. Quòd si instes, ꝙ tunc vr̃ intellectum poẽm perfectiorem esse intellectu agente. Ad hoc rñdet lucidissimus Them. in 3. de anima. cap. 45. Etenim intellectus agens ab iũctior a materia quã intellectus potentiæ. quamobrem is semper intelligit id quod maxime est, & ꝙ maxime forma existit, & ꝙ longissime K ab omni priuatione informitateq; abest talis ipsemet est, seipsum ergo intelliget, atq; hic est cuius substantiam merito actum vocauimus, & q̃ proprie separatus est. Et qui neq; illum innexum potentiæ continet. Nec eo tñ imperfectior videri dẽt q̃ is qui contraria, & priuationes intelligit. non. n. numero rerũ q̃ sciũtur perfectio, aut præstantia corrogatur, sed pondere, nec qui plurima intelligit. idem ẽt pluris est, sed qui L meliora nobilioraque nouerit. & Auer. 3. de aĩa. com. 36. inquit. Ex eis comprehendẽtibus, quæ nõ sunt admixta materiæ, quod cõprehendit minus perfectũ cõprehendit magis perfectũ, sed non econtrario. nã intellectus possibilis ex hoc, quod intelligit ea quæ sunt hic, quæ sunt potentia intellecta, multomagis intelligit abstracta, quæ sunt actu intellecta, sed non conuertitur, quia Deus, & intelligentiæ superiores nõ intelligunt ſm ipsum ea quæ sunt hic, ꝙ qũo sit ĩtelligẽdũ infra dicã.

Vel potius qñ põ ĩ inferiora sua nã recedit, & cũ sit melior alteri' exuemi subit rõnem.

PROPOSITIO LX. M

Principium in cognitione est finis in operatione, & principium operationis est finis in cognitione.

COlligitur ista propositio ex. 2. phy. te. com. 89. & ex. 7. meta. tex. com. 23. vnde elicit eam Com. & magis dearticulate habetur in. 3. ethic. com. 6. vbi de processu consiliatiuo loquitur. Veritatem autem habet ꝓpõ ĩ operabilibus sicut sunt actiones

Limitatio ꝓpõnis.

A actiones & factiones: nam vt dicit Arist. 3. ethic. com. 6. vbi docet quō fit, & fiat processus consiliatiuus, qa videlicet non consistit in quocūq;. nullus enim dicitur consiliari de aliquo sicut insipientes. sed sicut illi, q̄ sm rōnem consiliantur, nec dr̄ aliquis consiliari de rebus necessariis, & de rebus æternis, vt de cursu siderum, nec ꝙ diameter non sit commensurabilis costæ quadrati, nec de his, quæ vt plurimū facit, & in ptāte nr̄a non sunt, vt de planta, & de siccitate, nec de his, quæ sunt a fortuna vt de thesauri inuētione, nec vr̄ de
B omnibus rebus humanis, quæ in potestate nostra non sunt aliquis consiliatur. nullus enim Lacedęmonius consultat quō respublica Athenarū bene fit legibus instituenda, & null⁹ etiam consultat de fine, sed fine præsupposito tanquam principio consulit de his, quæ sunt ad finem, & p̄cipue circa ea quæ vt frequentius accidūt, & sunt incerta quō euadūt, & indeterminata sunt. Nam medicus non consulit an sanū faciat, nec orator an persuadeat, nec gubernator Reipublicæ, an bene ciuitatē instituat, nec vniuersaliter aliquis arti
C fex de fine deliberat, sed posito fine quemadmodum ad illum perueniatur considerant, & si per plura videtur posse fieri, per quod illorum facillime, & optime fiat perquirunt, si vero per vnum quemadmodum p illud fiat, & id rursum per quod donec deueniant ad primam causam, ꝙ in inuentione vltimum est. qui enim consultat videtur quærere ac resoluere prædicto modo quemadmodum diagramma. Et hanc eandem sententiam in exemplo clarissimo enunciauit in. 7. meta. in tex. cō. men. 13. vbi declarat quō sanitas, q̄ D est in materia fit a sanitate sine materia, fiet enim sanitas ab aliquo intelligente, vt inquit isto modo, quoniam sanitas hæc necesse est si sanitas erit hoc existere, puta regularitatem, sed si hoc calorem. Et ita semper intelligit donec vtique adducat in hoc, ꝙ ipse volet vltimum facere. Deinde iā ab hoc motus factio vocatur ad sanandum, quare modo quodam accidit ex sanitate sanitatē fieri, & domum ex domo, sine materia materiam habentem. medicinalis enim est, & ædificatiua species sanitatis, & domus, dico autem sub- E stantiam sine materia, quod quid erat esse. Gn̄onū vero & motuū, hęc quidem intelligētia vocatur, illa vero factio. quę quidē a principio, & a specie intelligentia. Quæ vero ab vltimo ītelligētiæ factio. Vbi imaginatur Arist. ꝙ in sanitate quæ producitur ab arte concurrrunt duo motus, & generationes, vna est motus animæ, & est illa inquisitio, & excogitatio, quæ fit ab anima medici, seu illa consultatio, & talis incipit a specie sanitatis apprehēsa. illa enim est principium sanitatis, quæ produ- F citur in corpore sicut dicit, medicus enim in illo motu consiliatiuo præsupposita ratione sanitatis videlicet ꝙ sanitas est æqualitas calidorum, frigidorum, humidorū, & siccorū. isto modo discurrit. qn̄ vult aliquē sanum facere videlicet, si sanitas inducenda est cum sanitas sit æqualitas. oportet igitur talem æqualitatē fieri, & si talis æqualitas debet induci, oportet calorem induci, & si calor debet induci medicina calida est exhibenda. Et istud est vltimum in motu cōsilij a quo tanq̄ a pricipio.

In sanitate artificiali sunt duo motus.

G quod poteſt facere extra medic' incipit. vnde ad iſtum motum conſiliatiuum ſequitur, motus ſecundus realis, & executiuus, qui appellatur factio, & iſte motus ſecundus habet pro initio illud, qđ fuit finis, & terminus in primo motu metaphorico qui fuit motus conſiliatiuus, & iſte ſecundus motus procedit retrogrado modo, & terminatur ad ſanitatem in eſſe reali, quę in primo motu fuit principiũ, & ſic ſanitas, quæ eſt finis motus. qui eſt factio produ citur a forma ſanitatis, quæ fuit pri-
H cipium in motu intelligentiæ. Et in hoc eſt differẽtia inter iſtos duos motus, quia motus intelligentiæ, ſeu conſultationis, vt loquitur Ariſ. in ethicis fit per viam diſſolutionis, quia ille proceſſus eſt reſolutiuus incipiendo a poſteriori aſcendendo ꝑ ordinem ad prius, quia id quod eſt poſtremũ, in opere eſt primũ principium in cognitione. Secundus autem motus qui ẽ executiuus, ſeu factiuus in compoſitione conſiſtit, quia vt inquit Auer. I com. iſte motus incipit ab vltimo in diſſolutio-
I ne, & eſt compoſitio, quia in tali ſecundo motu ſanitas, quæ erat in aĩa ordinatur ad eſſe ſecundæ ſanitatis, quę eſt extra animam: vnde dicit & intendebat. ꝙ eſſe ſanitatis quæ eſt in anima eſt in compoſitione ad eẽ ſanitatis, quæ eſt extra animam. Et hoc eſt illud quod dicitur ꝙ principium operationis eſt finis cognitionis, & principium cognitionis eſt finis operationis. vnde Ariſto. dicit primum proceſſum reſolutiuum eſſe ad inſtar illius, qui reſoluit diagrãma, nam quemadmodum diagrammata, & theoremata in mathematicis diſciplinis per ordinem reſoluũtur vſq; ad immediata reſpiciendo K ad ea quæ mediant inter ſubiectum quæſiti, & prædicatum. eodem modo proceſſus reſolutiuus, qui eſt in motu primo, qui dicitur motus intelligentiæ, vt loquitur in ſcĩa diuina, vel dr̃ cõſultatio, vt loquitur in ethicis, incipit a fine noto, & per ordinem aſcẽdit a poſteriori, ad prius poſteriori, quo ad eſſe. extra, donec deueniat ad vltimum, qđ poteſt facere, vel a quo põt operari, quia terminus cõſilij ẽ factionis principiũ. Et iſti duo motus cõcurrũt in agibilibus, & factibilibus vr̃. Et iſtud ẽ L illud in quo omnes expoſitores hallucinãtur in principio microthecni Gale. de tribus doctrinis, & ſunt diuerſæ ſn̄iæ extra mentẽ Auct. Quidam enim vt pluſquãcõ. volunt doctrinam reſolutiuam eſſe demõſtrationem propter quid, compoſitiuã vero eſſe demonſtrationem quia. Conciliator autem & Iacobus, & fere omnes alii volunt oppoſitum videlicet ꝙ doctrina compoſitiua ſit demrõ ꝑpquid, & reſolutiua ſit demrõ quia. Et iſta per vitã meam ſunt magis remota a mẽte Gal. quã ſit cęlũ a terra. Nã Gal. in illo ꝓœmio teſtať nullũ ante ipſum tradi- M diſſe illã doctrinã, q̃ incipit ex notione finis ex qua oẽs artes cõſiſtũt ſm rõnẽ. Manifeſtum eſt aũt ꝙ ſm nullam illarum expõnem hoc poteſt accomodari. nam & Hippoc. & Archigenes & Democritus, & multi alii medici rationales vſi ſunt, & demonſtratione quia, & demonſtratione ꝓpter quid in ſcĩa medicinæ. non, n. opinandum eſt Gal. iſta adinueniſſe. Amplius Gale. infra dicit cõparãdo doctrinã diffinitiuã doctrinæ reſolutiuæ, ꝙ q̃tũ relinquiť ab

Digreſſio cõtra pluſquã cõ. & alios expoſitores in microthecni de tribus doctrinis.

A ab ea quæ ſm reſolutionem fit,& dignitate,& ratione, tantum abundãs eſt ad comprehenſionem totius artis,& memoriam eorum quæ ſecundum partem. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ ſi per doctrinam diffinitiuam ipſe intelligit artem diffiniendi ꝙ diffinitio ipſa quę docetur per talem artem excedit doctrinam reſolutiuã, quæ docet demonſtrationem quia aut propter quid, quia ſcientia habita per diffinitionem eſt nobilior ſcientia quacunque habita per demonſtrationem, ſiue quia, ſiue propter
B quid, quia talis eſt intellectus,& intellectus eſt nobilior habitus q̃ ſciẽtia, quæ acquiritur per demõſtrationẽ, vt teſtatur Ariſto.in.2. poſter.circa finem,& 7.meta.tex. cõ. 4. expreſſe dicit,tũc.n: ſcire ſingula maxime putamus quãdo quid eſt homo cognoſcimus, aut ignis magis, q̃ cum quale, aut quantum, aut vbi. Si autem per doctrinam diffinitiuam ipſi intelligant artem diſſoluendi diffinitionem in ſua principia, tunc non erit verum dictũ Gal.ꝙ talis ars magis proficit ad memoriam eorum q̃ in medicina traduntur,q̃ via reſolutiua. ſi ſm pluſquam com. talis do-
C ctrina eſt demõſtratio propter quid. nam diagrammata mathematicalia ſunt bene,& facile memorabilia, vt dicit Ariſto.in lib.de memoria,& reminiſcentia,& tñ ſcientiæ mathematicæ non vtuntur niſi demonſtratione ſimpliciter,& maxime tali reſolutione vtuntur, vt ipſemet Pluſquam com. fatetur. Opinio igitur vera Gal. fuit iſta ꝙ tres ſunt doctrinæ, quibus tota ars medicinæ ſub compendio tradi poteſt. Vna eſt quæ procedit ex notione finis artis medicinæ,& iſta eſt ſecundum diſſolutionem,

Declaratio mentis Cal in procemio mi crotechni

Tres ſunt doctrinæ.

D nem, quia incipit a poſteriori in eſſe per ordinem diſſoluendo ad vltimũ in cognitione,& principium in opere. Nam cum medecina ſit ars factiua, non enim ſcientia niſi communiter dici poteſt, quia ſcientia vt diſtinguitur contra alios habitus intellectus ab Ariſto. vt declarat ibi Auerr. in com. ſtat pro ſpeculatiua. Vnde Auicen.in principio ſuæ logicẽ poſita diuiſione ſcientiæ in ſpeculatiuã, & actiuã inquit.ſpeculatiua dignior eſt comparari ſcientiæ. Factio autẽ ſecundum Philoſophum præſuppo-
E nit intelligentiam ſeu ex cogitationem,& conſilium intellectus. Nam ſicut dicit, quid enim eſt aliud medicinalis, aut domificatiua niſi ſpecies domus, & ſanitatis in anima artificis? Vnde cum medicina habeat finẽ ipſam ſanitatem,& corpus humanũ habeat pro ſubiecto, ſicut patet ex cõpleta diffinitione medicinæ data per Principem in principio primi canonis, quæ vtrunq; complectitur, dum dixit, medicina eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones noſcuntur ex parte qua ſanatur, aut ab ea remouetur, vt habita ſanitas conſeruetur,& amiſſa recuperetur. vidit Gal. & excogitauit primus tradere ſummarie totam artem medicinæ p viã
F doctrinæ reſolutiuæ, non intelligendo aliquod genus demonſtrationis, nec quia, nec propter quid, licet ſit aliqua ſimilitudo, ſed eſt apprehenſo fine medicinæ, quæ eſt ſanitas cognita ratione ſanitatis, ex illa per ordinem deducendo oportet cognoſcere ſubiecta,& inſtrumenta,& media generaliter. vnde Auer.in 1. ſui Colliget. aſtipulatur huic ſententiæ: inquit.n cap. 1. Artes practicæ inquantum ſunt artes continent tria.

Quid intelligit Ga. per doctrinam reſolutiuam

Primum

G Primum est scire loca subiectorum suorum. Secundum est scire finem intentum ad inducendum illum in locis subiecti. Tertium est scire instrumenta cum quibus valemus ducere finem illum in locis sui subiecti. In tali autem doctrina per viam resolutiuam continente totam artē. Primum istorum trium est notio finis artis medicinæ videlicet ꝙ est sanitas conseruanda, & recuperanda vbi fuerit amissa. Et ex hac cognitione distincta sanitatis in quacunque natura cōsistente, vel in complexione, vel in compositione, vel in vnitate, proximum quod occurrit sunt subiecta, & loca subiectorū, & sunt corpora quæ sunt in triplici dr̄ia, sana, ægra, & neutra, & tertium sunt instr̄a quibus paratur, & sūt potio, diæta, & chirurgia. & istum modū tradidit in speciali libello Gal. qui inscribitur de constitutione artis medicinæ ex notione finis ad Pamphilum. H

Sc̄ds modus doctrinæ. Secundus modus tradendi generaliter totam artem est doctrina compositiua, & illa procedit sicut dixit, ex compōne fm resolutionem inuentorum. ista enim doctrina incipit ab eo ꝙ est vltimum in doctrina resolutiua, & tendit per ordinem ad finē in esse reali componendo sanitatem in anima medici ordinando eam, ut debet esse finis factionis, sicut dicit Auer. in. 7. meta. com. 23. I

Solutio. Dicamus in via eius, ꝙ omnis intelligentia citra primam, vt supra allegauimus de mente eius. 8. phy. com. 52. dr̄ motor motus per accn̄s, non quia aliæ intelligentiæ moueantur ꝑ accidēs ad motum sui subiecti, sicut est in formis constitutis in esse per subiectū: sed pro quāto accidit ꝙ orbis motus ab eis moueatur ab alio motore alio motu, à motu causato à proprio motore. nam oēs orbes planetarum mouentur motu diurno à primo motore mouente primū mobile. Dn̄r ēt motores isti motu motu æquinoco pro quāto mouentur à primo intelligibili, & à primo appetibili, qđ est realr̄ nobilius, & perfectius ipsis. vnde Cōm. 12. met. com. 44. contra Auic. scribit in intelligentijs non est cōsecutio, neq; prouentus, nec actio, sed solū est cā, & causatū ſm ꝙ intelleℓm est cā intelligentis. Primus igitur motor, qui mouet orbē stellarum fixarū, & totū cęlum motu diurno, dr̄ motor nullo modo motus, neq; ꝑ se, neq; per accidēs de nullo mō eorum quę sunt mota per accn̄s, nō. n. mouetur ad motū sui subiecti, quia est forma separata. Nec dici pōt moueri per accidens, quia suus orbis primo motus ab eo moueaẗ ab alio motore, imo non mouetur nisi ab ipso. Silr̄ non dr̄ prim⁹ motor moueri ab aliquo intelligibili, & appetibili quod sit nobili⁹ ipso, imo in eo simplr̄ ista sunt eadē oīb⁹ modis intelligēs, & intelleℓm, & intellectio, & appetibile, & appetēs, & appetitus, & iō iste motor prim⁹ vtroq, modo cum sit independens ab alio, dicitur motor nullo modo motus, & ideo, est causa cōtinuationis, & vniformitatis, & sempiternitatis motus D cœli, & propter istas rōnes dr̄ motor separatus, quia in mouēdo suum orbem non dependet ab alio motore, & quia in mouendo non mouetur ab aliquo intelligibili, & appetibili alio ab ipso, quia se solum intelligit, vt volunt Peripatetici. 12. metaphy. tex. com. 51. Et pro his quæ dixi vide in fine com. 36. in. 12. metaphy. vbi dicit, & omnia ista dicit ad declarandum ꝙ corpora cœlestia cum habent appetitum propter intelleℓm, intellectus autem maius bonum ipso appetit, contingit necessario, ꝙ corpora cœlestia appetūt in hoc mo E tu aliquid maius bonum ipsis. Et cum illa sunt nobilissima corpora sensibilium & meliora, necesse est, ꝙ illud bonum quod appetunt, sit nobilissimum entium, & maxime quod appetit totum cœlum in motu diurno. Et in com. 37. ponens differentiam inter primam intelligentiam & alias, inquit. & intendit per hunc sermonē distinguere inter primum principium, & alia principia abstracta, alia. n. videntur electa, & desiderata propter alia. s. principia aliorum motuum cœlestium prǽter motum diurnum, quod autem hūc F motum facit videtur esse electū per se, cum versus ipsum mouet omne motu velociori, & maiori proprijs motibus vnicuiq; eorum, est. n. electum per se, & amatū ab omnibus, tale autem est perfectum. s. finis. & parum infra ibidem dicit, ꝙ per primum motum intelligit corpus cœleste, & per alia mota alias sphęras, quę sunt sub primo corpore, & quæ sunt in generatio. & corrupt. primū .n. cœlum mouetur ſm desiderium, vt assimiletur ei ſm suum posse, sicut

Margin notes: B; Qđo primꝰ motor nullo mō sit motus.; C

G cut amans mouetur, vt assimilet suo amato, alia aũt corpora cęlestia mouentur fm desiderium ad motũ primi corporis, & ideo planetæ habent motum duplicẽ, ex. 12. meta. tẽ. 41. vbi declarauit, ꝙ motus cœli est possibilis ex se, & quia fuit declaratum ab Arist. 9. meta. tex. com. 17. ꝙ nõ est timendum cœlum quiescere in aliqua hora. inqt, ꝙ hoc necesse est, vt sit propter motorem in quo nulla potentia est oĩno, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, & tale nõ est in materia, patet autem ꝙ hoc non est nisi primus motor, vt diximus.

H Et mirum est de Gregorio Arim. & de tot viris illustribus qũo in pręsenti auctoritate adeo manifeste defecerint dicentes sermonem Auer. fuisse improprium, cum hæc sint verba eius, & dissolutio eius est, ꝙ iste motus, vt declaratum est, cõponitur ex duobus motoribus, quorũ vnus est finitæ motionis &c. nam debuit ❘videre, vbi hoc fuerit declaratũ, & manifeste patet, ꝙ ĩ eodem. 12. fuit declaratum ab Arist in tex. com. 33. & etiam in. 2. de gñatione & corruptione tex. com. 56. & in eodem. 12. metaph. tex. com. 37. vbi vult Aristo. ꝙ

I in cœlo sunt duo mot⁹, videlicet motus diurnus, qui est primi mobilis, & totius cœli, alius est motus planetarum discurrentium super polis zodiaci. & Aristo. vult in prędictis locis ꝙ motus, qui prouenit à motore coniuncto, & appropriato orbibus planetarum operatur generationẽ, & corruptionẽ, per accessum & recessum planetarum in tali obliquo circulo motorum, sed motus diurnus, qui causatur à motore separato propter causas dictas, est ille qui operatꝰ continuitatem, & æternitatem, sicut expresse poteris videre in prædictis K locis, imo Auer. in calce com. 41. colligens præcipuũ fundamentum demonstrationis Arist. inquit. & cum ita sit potentiæ mouentes quæ sunt in corporibus sunt duobus modis. aut potẽtiæ exñtes in corporibus generabilibus & corruptibilibus, & hæ impoſſe est, vt semp moueant se propter transmutationẽ eorum, & propter transmutationẽ sui subiecti, & ideo accidit talibus necessario fessitudo, aut potentię mouentes in corporibus æternis, hæ igitur poſſe, est, vt moueant semper, & vt non moueant semper, possunt. n. non semp L mouere, si posuerim⁹ illud ad quod mouentur. s. primũ motorem receptibilẽ transmutationis cuiuscunq; modi, pñt autem semp mouere qñ illud ad quod mouentur fuerit non transmutabile, & hoc est cũ non fuerit corpus omnino, si igitur motum æternũ est, necesse est, vt moueatur per potẽtiam exñtem in eo à motore, cui nullus modus transmutationis accidit, & tale in nulla mã existit. Manifestũ est autem ꝙ potentiæ mouentes existentes in corporibus æternis, quę possunt semper mouere, & pñt nõ semper mouere, sunt M virtutes intellectuales existentes in orbib⁹ planetarum, quia primus intellis non est de numero taliũ virtutũ, qui possit semp mouere, aut non sp mouere, quia iste intellis primus nõ est ordinabilis ad alium finem nobiliorem, aut min⁹ nobilem ipso prima intentione, sicut patuit supra ex differentia eius ab alijs. per verba Auer. 12. meta. cõ. 37. & ita motor iste separatus, q mouet effectiue totum cœlum motu diurno, & mouet oẽs intellis sub ipso, vt finis, semp in actu

A actu est causa infinitæ motionis in duratione,& sic intelligis essentialē ordinem,& dependentiā in mundo illo superiori,quā ꝑpauci intelligere potuerunt. Et ex hoc etiam patet error aliorum clarissimorum doctorum volentium ex hac auctoritate Auerro. tenuisse Deum esse infiniti vigoris,cum ipse seipsum aperte declaret in eodem com. quō talis motor separatus sit infinitæ motionis,referendo hoc ad æternitatē durationis, pro quanto mouetur à potentia non in materia habente continuitatem,& æternitatem motus.

Error aliorum.

B Sed est dubiū,nunquid primus motor pōt dici motor coniunctus,cum moueat primū orbem, & tunc vr, ꝙ et si mouet effectiue pōt dici aīa sui orbis,& per ꝯns non debet dici motor separatus. Dico ꝙ teste Auer.in 8.phy.principium mouens de rebus mobilibus est sicut anima de rebus viuis,anima n.est principium vegetandi, sentiendi, intelligendi, & ſm locum mouendi,est.n.fons,& origo oīs motus,vt dicit Them.in principio libri de anima,sic pōt dici aīa. Sed aduerte, quia dr̄ differenter ab alijs,quia prim⁹ motor est sicut aīa

Dubium.

Solutio.

C vn̄s diffusa in totū cœlum mediāte primo mobili mouendo totū motu diurno, sicut aīa est virtus, & actus totius corporis, mediante tñ in fluxu cordis influit suas actiones in totum corpus, nam cor est pⁿmū qđ participat actiones aīæ,quia est primū quod viuit,& est vltimū,qđ moritur,sed aliæ intelligentiæ solū sunt coniunctæ proprijs orbibus, & illos solos mouent,& nulla aliarum intelligētiarum habet actionem vniuersalem,& cōem in totum animal cœleste nisi prima, & ideo appellat̄ aīa totius cœli modo declarato, & dicit̄ et motor separatus,& motor in quo nulla prorsus est potentia, & motor qui nullo modo moueri dr̄, neq; essentialiter, neq; accidentaliter ſm nullū modorum duorum ex his, q̄ dr̄ mota ꝑ accn̄s ſm præinductum modū,& ista est meus vera Auer. in hoc loco,quē nullus ante nos videre potuit,& Deo sit laus illustranti intellm̄. Dicamus igitur,ꝙ cū cœlum sumit̄ tribus modis, vt dicit Arist. in 1.cœli & mundi,in tex. cō.96. cœlū sumitur tribus modis.s.pro toto cęlo, quod mouetur motu diurno, & pro octaua sphęra,& pro toto mundo,in proposito aūt sumitur cœlum primo mō pro aīali magno ex primo orbe,& alijs orbibus resultante, talis aūt cęli motus cāturà duobus motoribus,quia motus planetarum causant̄ à suis proprijs intelligētijs, quæ sunt appropriatæ proprijs mobilibus,& sunt finitæ motionis in vigore inter se,& pn̄t adinuicem comparari,& dicunt̄ motor coniunctus, & aīa sui orbis,vel ſm viā Alex. qui voluit,ꝙ erant formæ informantes, vel propter motū,vt vult Cōm. ali⁹ autem motor est separatus,& est primus motor,qui causat motum diurnum,& est causa sempiternitatis,& continuitatis in omni motu aliorū motorum,& ideo dicitur esse infinitæ motionis in duratione, & nō in vigore,vnde et istum modū loquendi habet Auer. in doctrina sua, ꝙ p infinitā motionem intelligit infinitā in duratione,sicut patet.2. cęli. in cō.39.in solōne qōnis. vbi inquit, qm̄ nos non intelligimus p infinitū nisi infinitatem motionis.i.ꝙ actio eorum non cessat,& vt supra patuit ipsemet parum infra in illo cōmen.

D

Intellectus propositi theore.

E

F

41.22. declarat hoc sic debere intelligi, & pro hac expositione vltra alias auctoritates supra adductas, audi Auer. in fine penul. cap. de substantia orbis. inquit. n. & est declaratum ex hoc toto quod dixit in lib. cœli, & mundi. s. ꝙ si in cœlo essent plũes stellæ, & vide verba quæ sequuntur, ubi tandem cõcludit. ex quo verificatur ꝙ dator cõtinuationis motus est dator esse omnibus aliis entibus, patet autem ꝙ iste est primus motor, & primus finis, vt patet primo cœli te. cõ. 100. ab illo. n. cõicatum est esse, & viuere oĩbus, his quidem clarius,

H his vero obscurius. Ad rationem autem Scoti ſm viam Auer. r̃ndetur ꝙ loquitur Arist. de virtute finita in vigore, sed vt pertractat Auer. illã demonstrationem procedit de virtute materiali, & ideo cũ primus motor sit mouens æterno tempore, sequitur ꝙ non est virtus materialis. Sed ex hoc non sequitur ꝙ sit infiniti vigoris, quia virtutes immateriales omnes sunt finitæ, vt sic ſm materialem eius, & ista est via eius, vide tamen ample pro illa demonstratione quæ scripsi in 12. meta. super tex. cõ. 41. Theologi autem, & veri

I tas tenent Deum esse infiniti vigoris, & dicunt illam infinitatem non insequi materiã aut corpus, sed purissimum actum, & hoc teneo, quicquid in hoc sentiat Auer.

PROPOSITIO. LXII.

Corruptibile, & incorruptibile genere differunt.

SCribitur ista propositio 110. primæ philosophiæ in tex. com. vlt. & est satis allegata. Diuus Thomas ibi dicit ꝙ cum corruptibilium, & incorruptibilium nõ potest esse una

Opio beati Thom.

materia, genus aũt physice loquẽdo K a materia sumitur, sequitur ꝙ illa quæ non communicant in materia genere physico sunt diuersa. logice autem loquendo nihil prohibet ꝙ conueniant in gñe, inquantũ conueniunt in vna cõi ratione, vel subẽ vel qualitatis, vel alicuius huiusmodi. Et ita habet dicere etiam Scotus qui ponit aliquem conceptum vniuocũ Deo, & creaturæ, diceret enim glossando præsentem auctoritatem ꝙ corruptibile, & incorruptibile differunt genere physico. Et quia ponit Angelos in prædicamento substantiæ, sequitur ꝙ non differunt ge- L nere logico, nec in conceptu cõmuni transcendenti. Contra illud in quo conueniunt ambæ istæ opiniones in præsenti loco arguitur, nam Arist. arguit ibi. s. 10. meta. tex. com. vltimi contra Platonẽ inquit enim. Palam igitur ꝙ non contingit esse species tales quales quidam dicunt, erit enim homo hic quidem corruptibilis, hic autem incorruptibilis, equidem specie dicuntur esse eadem, & non æquiuoce, diuersa vero genere differunt plusq̃ specie. Plato enim ponebat ꝙ idea hominis, & ho- M mo singularis sunt eiusdem speciei logicè, quia nomen, & ratio vniuoce dicit̃ de homine in cõi, & de hoc homine, & tñ ſm Plat. idea hominis, & homo singularis differunt in gñe physico, quia idea hoĩs non habebat mãmq̃ est genus physicum, sed hõ corruptibilis singularis bene habebat materiã. & ideo si Arist. argueni do intelligeret de genere physico, ꝙ quæ differunt genere physico differunt plusquàm specie, sed idea hominis, & hic homo differunt genere physico. igitur differunt specie, tunc

Opio Sco.

Impugn.

Opio ...

A tunc peteret principium, nam negaret Plato quod quæ differunt genere physico, differunt specie specialissima logicè loquendo, & ideo ratio Aristo. si quid ualet oportet ꝙ propositio etiam veritatem habeat de genere logico, & vniuoce dicto, quia differentia ista sm genus infert differentiam sm speciem, & ideo antiqui Peripatetici, & Auer. præsertim tenent ꝙ nomen dictum de causa, & causato non dicitur vniuoce, sed secundum prius, & posterius. vnde Cõmenta. 8. phy. commen. 77. Horum de quibus dr̃ nomen sm prius, & po-B sterius, & simpliciter, & secundũ determinationem illud de quo dicitur prius est causa posterioris. & 7. met. com. 5. inquit. Cum plura communicant in eodem nomine, & quoddã est dignius quibusdam, illud qđ est dignius illo noĩe est cã cęterorũ dispõ cæterorũ in cãlitate est sicut dispositio illorum in illo nomine, & ita habet etiam infra in com. 7. & in 8. meta. cõ. 7. Vnde animaduerte ne laboremus in ęquiuoco, ꝙ genus apud Peripateticos est duplex, quod dam est genus vniuocum, & hoc est quod cõmuniter dr̃ logicũ de quo C dixit Porphyrius ꝙ tale vniuoce prędicatur de suis speciebus. Est etiam genus multipliciter dictum, & hoc est genus analogum. distinctio ista colligit, in Auer. doctrina, ex. 5. primæ philosophiæ tex. cõmẽ. 4. super illis verbis text. nam cui differentia inest, & genus sequitur, sed cui genꝰ non omnino differentia, inquit. genera generalissima non habent genus, nisi genus dictum multipliciter. idem 4. met. com. 2. & primo de anima. com. 7. & alibi frequẽter. vnde ens & vnũ dicuntur genera multipliciter dicta. nam. 10. meta. text. D com. 8. Ens, & vnum æqualiter assequuntur categorias. Tenuit autem Auerr. ꝙ in genere vniuoco, & prædicamentali seu logico non ponantur nisi res corruptibiles. vnde in cõmen. super Porphyrio in cap. de specie, inquit. & oportet scias ꝙ substantia posita est in exemplo hic pro genere generum, secundum sententiã ꝙ materia, & forma intrent prædicamentum substantiæ, & substantiæ separatæ, & similiter posuit animal rationale esse genus hominis secundũ viam, & sententiam illius qui dicit, ꝙ rõnale est genus hominis, & Angeli, verum apud ilum qui iubet ꝙ E ratio in vtroque est sm æquiuocationem nominis non est genus, & similiter secundum illum qui videt ꝙ id quod intenditur in prædicamentis est computatio vniuersalium rerum sensibilium erit genus generũ corpus. Et in secundo cœli, & mundi. in com. 49. contra Auic. infert, ꝙ si corpora cœlestia essent eadem in genere, & diuersa in specie, essent cõposita ex materia, & forma, & essent generabilia, & corruptibilia. Nam 10. met. tex. com. 12. Differentia ge F nere sunt quorum non est communis materia, & per oppositum quæ sunt genere conuenientia habent cõmunem materiam, sed omne habẽs materiam est corruptibile, & ideo secundum mentem eius corpus cœleste non est in prædicamento substãtię, quia genus verũ generalissimum est corpus compositum ex materia, & forma. Vnde etiam Boe. hoc videtur sentire in prædicamentis, quia dicit ꝙ Aristo. relictis extremis egit de medio, extrema appellans materiam, & formam quæ sunt principia,

Duplex genus.

Opĩo Aue. de ghe generalissio substãtiæ.

Boethius.

G pia.& non sunt per se in prędicamẽto, sed per reductionem. Medium aut est ipsa substantia composita ex materia & forma. vnde Com.7. meta.cõm.27.inquit. Et in natura hæc sunt tria materia, & forma, & aliqd quasi medium.i. mixtum inter materiam & formam. Ratio autẽ quæ mouit Com. vt mihi videtur consistit in hoc. Nam vt patet.12. meta. tex.cõ 26. actus & potẽtia sunt principia omnium decem predicamentorum. vt inquit ibi Commenta. in com. Ratio huius est, quia quodlibet quandoq; est in potẽtia, & qñq; est in actu, sed res quæ quandoque

H sunt potestate, qñq; uero actu sunt generabiles, & corruptibiles. vnde constat ex 9.meta.tex.cõ 17. ꝙ nullum ens sempiternum est in potentia. Forte dices ꝙ potentia, & actus quæ sunt in omni prędicamento nõ sunt potentia realis, & actus sicut positiuum, & positiuum, sed sicut positiuum, & priuatiuum. sicut dixit Hẽricus de Gandauo, & Scotus post ipsum in octaua distinctione primi. q. 2. ubi agitur de simplicitate Dei, quia tenent omnem creaturam esse compositam illo modo, sicut ex priuatiuo, & positiuo. Sed contra, quia

I quicquid sit de intelligentiis circa hoc de mente Commenta. de quo alias diffuse dixi in 3 de anima. tamen loquendo de potentia, & actu quæ sunt principia omnium prædicamentorum, talis potentia, & actus sunt principia realia. vnde 12.meta. commen.26 inquit Auerr. potentia reducitur ad materiam, & actus reducitur ad formam. Et confirmatur, quia principia componentia aliquid reale intrinsece sunt realia, sed potentia, & actus sunt huiusmodi respectu omnium quæ per se, & directe ponuntur in prædicamento. Et confirmatur, quia diuisio entis per potentiam, & actum est diuisio entis extra animam, & ex consequẽti istę sunt differentiæ quæ competunt enti in esse reali; sed si potentia sumeretur pro priuatione, sic formaliter illa non dicit aliquid reale, sed mere ens rationis. vnde Auerr. 1.physico. commen. 79. inquit, priuatio non est accidens, nedum ut sit substantia, assumptum autem ostenditur. nam Aristote.6.metaphysi. abiicit a consideratione scientiæ diuinæ ens

E per accidens, & ens in anima, quia ens per accidens non habet causas terminatas, & ideo de eo non potest haberi scientia. Et ens in anima est ens diminutum, & ideo ens secundum se, & extra animam est illud quod diuiditur triplici diuisione. Prima est in substantiam, & accidens; Secunda est per potentiam, & actum. Tertia est per vnum, & multa, & per consequens potentia quę cum actu diuidit ens nõ est pura priuatio, licet in tali potentia concomitetur priuatio, nam dicere aliquid esse in potentia est dicere aliquem modum priuationis. Tamẽ

F vt scribit Commentator 1. physico. commen. 76. Ens in potentia est cui accidit priuatio, non tamen est in substantia eius. Sed dices, pariformiter erit de vno quod erit differentia realis, & ita vnum dicit aliquid positiuum. Ad hoc Auicen. & Scotus totum concedunt, tamen apud Auer. secus est. nam 4. metaphysi.commen.3.& 10. metaphysi. com.8. vnum non dicit nisi in diuisionem in entitate. vnde, vt alias dixi plures sunt diuisiões entis primæ.

Sed

Margin notes: 26 Auer. — Opĩo Hẽ. de Ganda. & Sco. — Impugn. — Obiectio — Sol. Aui& Scoti.

A Sed quælibet est prima in suo genere, diuisio enim entis in substantiã, & accidens, est prima quæ datur per quidditates, diuisio per potentiam, & actum, est prima inter eas quæ dãtur per relatiue opposita, sed diuisio per vnum, & multa, est prima inter eas, quæ dantur per priuatiue opposita. vnde Arist 4. meta. tex. com. 3. Fere autem omnia reducuntur contratia in principium, speculata autẽ sunt a nobis in ecloga contrariorũ, quia 10. meta. tex. com. 15. fuit declaratum ꝙ omnia contraria reducuntur ad priuatiue opposita, talia enim sunt principia cuiuslibet contrarietatis, & ideo secus est de diuisione, quæ datur per priuationem, & habitum. Secus autem de illa, quę datur per relationes reales. vnde sic intelligitur dictum Auer. 1. de anima. comm. 6. Actus & potentia sunt differentiæ entis valde oppositæ, & circuunt omne genus prædicamenti. Vnde bene teneo cum Henrico de Gandauo, & Ioan. Scoto. ꝙ in aliis intelligẽtiis citra primam quæ ẽ Deus, in quo nulla prorsus est potẽtia. & citra vltimam, quæ est anima intellectiua, in qua in via Auer. pono realem compositionem ex intellectu possibili, & agẽte tanquam ex duabus partibus essentialibus, quicquid dicant illi qui ponunt intellectum agentem esse Deum, ꝙ tales sunt compositæ ex potentia, & actu tanquam ex priuatione, & habitu. Nam talis potentia est logica, q̃ causatur ex habitudine terminorum inquantum illi termini nõ repugnãt, & a tali potentia dicitur possibile illud, quod sm se potest esse verum, vel non potest esse verum, sicut dicimus, ꝙ possibile est talpam inquantum animal videre, & sic quælibet intelligentia citra primam inquantum ens potest esse perfectior quã sit, sed talis potentia nihil reale ponit in eis, cum nihil sit possibile in eis vere, vt scribit Auer. 2. cœli. commen. 34. Nam possibile vere est illud, quod dicit a potẽtia actiua, vel a potẽtia passiua, & est illud de quo loquuntur naturales. Sed in istis rebus materialibus, & corruptibilibus volo sm viam Auer. esse compositionem ex actu, & potentia tanq̃ ex positiuo, & positiuo, quia potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, materia autem, & forma sunt substantiæ, quia partes substantiæ sunt substantiæ, vt dicitur. 2. de anima, com. 2. Et in hoc teneo cum diuo Doctore. vnde animaduerte, ꝙ vbicunq; est ista vltima cõpositio, est etiam prima. quia nullũ est ens citra primum, quod inquantum, ens, aut inquantum substantia non inueniatur priuatũ aliquo gradu perfectionis, sed non conuertitur ꝙ vbicunq; est compositio ex priuatione, & habitu, ꝙ ibi sit compositio ex positiuo & positiuo, quia in talibus intelligentiis nulla est realis cõpositio, quia possibile in eis est necessitas. Et per vitam meam opinio ista quæ mediat inter illas duas extremas, magis consonat dictis Arist. si bene consideras.

Sol. Aue.

B

C

logica. Potentia

D

E

F

Vnde Auer. in lib. destruct. destr. in disputa. 3. in solu. 14. dub. inquit. denominationes, quæ fiunt a priuationibus, aut a relationibus non arguunt, quod sint denomiuationes additæ, extra animam, nec compositionem, vt reputabat Algazel, ꝙ quid haberet additam significationẽ, inferret quid additum extra animam ADDI.

mam in actu. & hoc debet intelligi, sicut diximus. nam priuatio non. d. formaliter aliquid entitatis, quia nõ est substantia, ne accidens, relatio ẽt non quælibet realis est, & ideo denominatio a relatione de necessitate non arguit compositionem in re denominata, vel quia non dicit rem diuersam a fundamento, vel quia nõ in quolibet, nec quælibet relatio rei est, sed aliqua in aliquibus est rõnis, vt dixi de potentia & actu. Dicamus igitur, iuxta viam antiquorum ꝙ quæcunq; differũt in genere physico, differunt in genere logico, quia illa quæ non communicant in materia sicut cœlestia corpora, quæ autem materiam non habent, aut nõ talem, sed solum ſm locum mobilem. vt dicit Arist. in. 8. meta. tex. cõ 12. &. 12. meta. tex. commen. 10. Omnia vero materiam habent quęcunq; transmutantur, sed alia sempiternorum quæcunq; non generabilia, mobilia autem latione, sed vnde & quo. vnde vt scribit Com. in lib. de substan. orb. in cœlo non est potentia ad esse, sed est potẽtia ad vbi, & rectius dicitur subiectum quàm materia, talia autem se habent cum istis, sicut causa, & causatum. Nam vt inquit Aristot. in principio libri meteoro. Oportet mũdum inferiorem superioribus lationibus esse cõtinuum, vt omnis eius virtus inde gubernetur, & ideo corpora ista cũ illis non possunt conuenire in eodẽ genere vniuoce dicto, sicut est genˀ logicum. Tamen bene possunt conuenire in aliquo genere multipliciter dicto, quod videlicet dr̃ ſm priˀ, & posterius, vt est genus analogũ. Nam ens substantia, & vnũ ſm istos analogice dicunt̃ de illis, & de istis.

propria positio.

H

I

Et si obiiciatur, quia Auer. ibi. 10. meta. comm. vltimo inquit ꝙ corpus, quod dr̃ de corruptibili, & ĩcorruptibili, est nomen æquiuocum. Respondetur ꝙ per æquiuocum intellexit analogum, nam analogia ẽ quidam modus æquiuocationis. Nam corpus est subiectum vniuersale sciẽtiæ naturalis, vt scribit Auer. 1. cœli. commen. 2. &. 12. meta. cõmento. 5. & diffinitur in. 1. cœli. demonstrantur multa prædicata, quæ per se necessario insunt illi, talia autem nõ possunt competere his, quæ sunt pure æquiuoca. nam licet possit de termino pure æquiuoco enũtiari aliquod prædicatum vere, sicut ista est vera in quolibet sensu, omnis canis est pulcher, tamen in pure æquiuocis non reperitur prædicatum essentiale omnino, vt scribit Auer. 4. meta. com. 2. De analogis autem & diffinitiones dari possunt vt patet. 2. physi. de natura. tex. commen. 3. & de motu. 3. physi. com. 4. inquit motus non dicitur vniuoce, ideo non habet diffinitionem dictã vniuoce, sed ſm prius, & posterius, sed tamen tales diffinitiones intrãt in artibus demonstratiuis. Similiter talia habent passiones per se demonstrabiles de ipsis, quia si subiectum est analogum, & passio etiam est analoga. vt patet ex. 2. posteriorum. Et sic aduerte ꝙ corruptibile, & incorruptibile inquantum communicant in vna ratione analoga, possunt ad eandem scientiam pertinere. vnde scientia libri de cœlo est de corpore simplici neutro, qđ non est, neq; graue, neq; leue, & est simpliciter in generabile & incorruptibile, & est de aliis simplicibus grauitatem, & leuitatem habentibus quę sunt

K Obiectio.

solutio.

L

M

A sunt gñabilia,& corruptibilia saltem sm partem inquantum sunt de primariis partibus quæ sunt de integritate vniuersi. vt dicit Cõmen. 3. cœli cõmen. 1. Sic etiam possunt pertinere ad eandem potentiam. Nam cœlum est sensibile solũ visu. vnde inquantum ista corpora inferiora, & cœlum participant vnam naturam cõmunem analogam siue sit lux, aut diaphanum, sic possunt esse obiecta vniusmet potentiæ. vnde Aristot. in procemio meta. maxime dicit nos diligere sensum visus, quia plures rerum differentias nobis ostendit. oĩa
B enim corpora colore participant, sicut dicit in lib. de Sensu & Sensato.

Alia limitatio. Aduerte tñ limitationem istã, ꝙ quando Peripatetici dicunt corruptibili, & incorruptibili nihil esse vniuocum, intelligunt de conceptu q habet modum intentionis primæ. Sed fallit de conceptu qui est de secundo intellectis, sicut sunt intentiones secundæ, vt patet intelligenti.

PROPOSITIO LXIII.

Motus mixti est ab elemento simplici dominante in eo.

C Propositio ista scribitur primo cęli, & mundi. tex. com. 7. & 2. de aĩa cõ. 14, & 2. de gener. 49. & 4. metheo. Vera autem est propositio de mixto perfecto, cuius mixtio est completa, in qua videlicet miscibilia sunt reducta ad vnam formã superadditam mixtioni. Fallit autem in mixto, cuius mixtio est per solam partium iuxta passionem. Nam talis motus non est simplex, sed est inflexus seu compositus, vt est motus turbinum. glossa est Auer. primo cœli. com. 7. Et in paraphrasi eiusdẽ libri, idem dicit in loco allegato.

Vbi animaduerte ꝙ natura nõ facit saltum. vt. d. Arist. 9. de natura animalium. ꝙ sicut inter plantas, & animalia in viuentibus sunt quædã ambiguæ naturę, vt sunt zoophita à Græcis dicta, sicut etiam credo sine dubio in mixtis inanimatis videlicet ꝙ inter elementa, & mixta perfecta sunt quædam mixta inanimata per solam iuxta positionem partium, & talia non oportet ꝙ sint ex omnibus elementis constantia. vnde stat aliquod ex istis mixtis carere calore, vt est de crystallo. vt asserit expresse Linconiensis in 2. posteriorũ super illo cap. 12. secundi posterio. vbi. d. ꝙ ĩ crystallo est corruptus oĩs calor, & potentialis, & actualis. vnde põt dici ꝙ crystallus sit excessus quidam elementi frigidi ibi dominãtis per iuxtapositionem, nõ quia sit vera mixtio. Vbi animaduerte de mente Auer. ꝙ in motu grauium, & leuiũ de potentia accidentali talia mouẽtur ab intrinseco a sua forma substantiali tanq̃ a causa principali, & grauitas, & leuitas quæ sunt qualitates concurrunt tanquam instrumenta. Vnde primo cœli. cõ. 17. vbi Arist. ponit diffinitionem grauis, & leuis, inquit. Et intelligendum est ex descriptione grauis, & leuis naturã quę innata est ad mouendum ad mediũ, vel a medio. s. habitum, & formã ex qua procedit hæc operatio, & si hoc nomen grauitas, & leuitas non dicãtur vulgariter nisi de accidente. quia igitur non datur æquale ad pondus, vt demonstratum est in naturali philosophia, inde prouenit ꝙ in mixto perfecto oportet dominari, aut elementum graue, aut leue, & ideo mouetur ab elemento dominante in ipso, quando mouetur motu naturali. ADD. D E F

G Nam diffinitio de motu recto quæ dicit, quod est vel a medio vel ad medium, & circularis est circa mediũ. istæ diffinitiones veritatem habent de motibus secundum ꝙ sunt naturales sensibiles, & in corporibus naturalibus motis natura, non violentia, vt est sententia Auer. primo cœli cōmen. 5. vnde per hoc infinitæ argutiæ sophystarum soluuntur, quę procedũt de motibus imaginariis ĩ magnitudinibus imaginariis, & tolluntur instãtiæ factæ de motibus factis ab arte, & a violentia, non a principio intrinseco quod est natura, & p

H medium debes intelligere medium mundi. Nam motus rotæ molendini non est vere circularis, quia nō est circa medium mundi: nec est motus simplex, tum quia non est corporis simplicis, tum etiam quia est talis motus compositus ex eleuatione, & depressione, nec est naturalis, quia componitur ex pulsu, & tractu, & isti sunt motus violenti, vt patet. 7. phy. in tex com. 10.

PROPOSITIO. LXIIII.

Nota per se probari non possunt.

I FAmosa est propositio, & logicalis. Et Aristotel. 2. physic. text. com. 6. inquit. Demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis iudicare est propter ipsum, & non propter ipsum cognitum. & Auer. ibi in commen. scribit ꝙ ille qui per naturam suam non potest distinguere inter illud quod est manifestum per se, & inter illud quod non est manifestum per se, est modus hominum qui nunquam potuit philosophari, nec poterit. Vnde Aristo. in quarto primæ philosophiæ. text. com. 9. Ineruditio est non cognoscere, quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum nō oportet. K

Glossa pro pōnis.

Glossatur igitur propositio isto modo, ꝙ per se nota probari nō possunt ratione demonstratiua, quia demonstratio nō erigitur ad per se nota, sed ad quęsita. quæstio autem est ignota propositio naturaliter, & dubitabilis ex sui natura. Aduerte tamen ꝙ ad per se nota potest adduci aliqua ratio dialectica: sic scribit Cōmenta. in 4 physi. auscultatio. com. 1. Nam Aristo. ibi proponit inquirere an locus sit, vel non sit. inquit. n. L similiter autem necesse est de loco, sicut, & de infinito cognoscere si est, aut non est. vbi Auer. in com. super hoc ita scribit, & non intendit perscrutari de suo esse secundum demōstrationem, sed secundum dialecticam. locum enim esse est manifestũ per se, sed cum perscrutatur de loco secundum dialecticam de quiditate eius, accidunt quæstiones quæ faciũt dubitare de suo esse. Amplius Commenta. 12. metaphy. commen. 8. dicit ꝙ in 9. metaphy. Aristo. disputat contra negantes potẽtiam esse ad confirmandum, quia potentiam esse est manifestum per se, hoc est dictu, illæ probationes sunt dialecticæ M non demonstratiuæ, & adducuntur ad hominem ad confirmandum, quia experimentum rationum uerarum est vt concordent sensatis. similiter aliqua sunt per se nota, ita ꝙ demonstratione non indigent, tamen indigent aliqua innuitione, & talia ostenduntur aliqua manerie disciplinæ, sicut est syllogismus hypotheticus per naturam, sicut est inductio, & exemplum, & id genus. alia enim est latentia propositionis quæ indiget syllogismo,

A gismo, & alia quæ indiget inductione 4.cœli. com. 22. Resolute igitur limita propositionem isto modo, p se nota probari non possunt. uerum est simpliciter, & demonstratiue, & per se loquendo, tamē ad hominem possunt rationibus ducentibus ad inconueniens ostendi, sicut fecit Arist. cum negantibus prima principia in quarto metaphysi. nam rationes illæ non simpliciter probant, quia nullū maius impossibile ex natura rei esse potest, quā sint opposita primorum principiorum: sed rationes illæ ducunt ad aliquid manifestius inconB ueniens ad hominem. sic etiam sunt rationes ducentes ad inconueniens per quas disputat in libro primo de interpretatione, contra negantes cōtingentiam esse, cum hoc sit per se notum. nam deducit ad hoc quod non oporteret negociari, neque consiliari, & multa cōsimilia quæ ex parte rei non sunt magis impossibilia, quā hypothesis data ab aduersariis, videlicet negatio contingentiæ, sed sunt manifestiora quo ad hominē, cum quo fit altercatio. Similiter per accidens potest contingere ꝙ id qđ est per se notum, vertatur in dubiū, C vt contingit de esse loci ꝙ secūdum se est manifestum per se, tamen inquirendo suam quiditatem per rationes dialecticas, quarum natura est vtranque partem contradictionis in differenter ostendere, sic vertitur in dubium suum esse, hoc vult dicere Commenta. in præfata auctoritate. Similiter ad per se nota possunt aliquæ rationes adduci ad confirmandum, vt dicit de potentia Commen. 12. metaphysi, commen 8. Similiter per se nota possunt aliqua innuitione ostendi, vt supra dictum fuit.

Similiter distingue de multiplici D manerie per se notorum, sicut supra poteris videre in illo theoremate. Principia sunt sicut locus ianuæ. &c. decies enim repetita placebunt, teste Horatio.

PROPOSITIO LXV.

Calor concentratus fortius operatur.

Animaduerte ꝙ cōtrarium fugiens suum contrariū per viā antiperistasis fit vigorosius. virtus enim vnita fortior est seipsa dispersa, vt inquit Aristo. in 4. metheo. tamen. hoc veritatem non habet secūdum quamlibet mensuram, & secundum quodlibet passum. nam volūt Philosophi ꝙ quælibet virtus actiua, & passiua requirit in operatione sibi propria habere per se quantitatem terminatam, & qualitatem terminatam. sicut scribit Auer. in 2. de generatione animalium, in illo cap. vbi agitur quomodo fœtus in vtero augeatur, & in 6. physic. commē. 91. E

Similiter etiam requiritur determinatum tempus. 2. cœli. tex. cō. 39. F Vniuscuiusque actus determinatum est minimum tempus ad non excedere vnde non quælibet concentratio, & fuga caloris ad partes intrinsecas calorem roborat, nec in quolibet tempore facta, aliqua enim est tam grandis quæ calorem suffocat, & extinguit, vel remittit. Similiter nonnunquam fit adeo velociter, & præcipitanter talis fuga, ꝙ calorem illum obtundit. Nam vt patet exercitatis in medicina in rigoribus, & frigoribus cōtingentibus in febrib⁹ calor īnatus cōcētratur, fugiēs suum

G contrarium, tñ quia inordinato motu, & præcipitanter mouetur in tali fuga nõ videmus ipsum fortificari, immo debilitatur. similiter in timore, & tristitia calor ad interiora refugit, & tamen non roboratur, iuxta illud Poetæ.

Quando ego non timui grauiora pericula veris?

Res est soliciti plena timoris amor.

Et idem dicit.

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Similiter secũdum Auic. pulsus in somno est paruus, licet calor tunc temporis sit concentratus. Non igitur

H quælibet caloris concentratio calorẽ roborat, sed determinat. Nec in quolibet subiecto facta, nam animalia exanguia, & corpora frigidæ cõplexionis, quorum calor a frigiditate continentis vincitur, & superatur, deterius degunt in hyeme, quàm in æstate, sicut recitat Gal. in prima particula aphorismorum. in com. 15. super illa sententia diuini Hippocrat.

Ventres hyeme, & vere calidissimi sunt natura. Aduerte etiam quia de calore loquimur, & operationibus eius quód eodem modo propositio quæ passim allegatur a philosophis

Calor duplex, & differentia.

I in 4. methe. & a medicis, q̃ digestio fit a calido, non est vniuersaliter verà. nam calor alius cœlestis, seu viuificus, seu naturalis, alius vero elementalis, & est differentia inter istos calores, ut scribit solertissimus naturæ rimator Aristot. in 2. de generatione animalium. cap. 3. & Auer. 12. metaphysi. commẽ. 18. & in 2. capite de substantia orbis, quia primus est dator vitæ, & generationis, sed calor elementalis resoluit, & destruit. Extat etiam alia differentia, quia calor naturalis, & viuificus non potest saluari nisi in humido naturali, vñ inquit Princeps in tertia Fen primi, doctrina prima. cap. 1. Calor ĩnatus humiditate cõsistit naturali, & ab augmẽto extraneæ humiditatis extinguitur: sicut flamma duas habet humiditates, aquam, & oleum. vna quarũ consistit, & altera extinguitur. vnde Seneca loquendo de calore naturali, & humido naturali, quod a medicis dicitur substantificum in libro naturalium quæstionum, inquit. Qui mecum oritur mecũ moritur, quia, vt inquit Aristot. in libro de morte, & vita. Generatio est prima participatio animæ in calido naturali, & vi- L ta est eius permansio, & Auer. in primo Canticæ. com. 73. inquit. Calor naturalis est subiectum animæ, vt est notum ex scientia naturali, & 7. metaphy. com. 31. Anima est forma in calore naturali. i. in corpore dispositio per calidũ naturale: sed quia tale calidum in viuentibus nõ potest saluari nisi restauretur ex humido, cõsumpto humido a calore, sequit᷑ per accidens ipsiusmet caloris consumptio, sed calidum elementale potest saluari in sicco, vt clarum est de se.

M Digestio igitur non a calido elemẽtali perficitur, sed a naturali. Vnde Auenzoar in principio sui Theysir prohibet comestionem panis calidi statim extracti a fornace, quia maxime nocet stomaco, & virtuti digestiuæ. non enim, vt inquit, quælibet caliditas digestionem procurat, vt dicunt vulgares, vnde caloris extranei consuetudo, & natura est extinguere naturalẽ, & resoluere humiditatem subiectã ei. vt scribit Auer. 4. metheo.

A PROPOSITIO LXVI.

Omne in quo est potẽtia, aut est corpus, aut est potentia in corpore.

Ista propositio ab Auer. scribitur in 10. primæ philosophiæ, cõ. 41. Vera autem est propositio de potentia physica passiua, quæ attestatur imperfectioni simpliciter loquendo. Nã ista est potentia materiæ. vnde Com. dicit in 9. meta. cõ. 2. ꝙ in diffinitione potẽtiæ passiuę sumitur diffinitio potentiæ passiuæ primæ materiæ, sicut in diffinitione potentiæ B actiuæ sumit̃ diffinitio actionis primæ formæ. Fallit autem de potentia logica quæ est ens rationis. nam in omnibus intelligẽtiis citra primam est huiusmodi potentia logica. vt vult Auer. in. 3. de anima. in solutio. 3. q. in com. 5. & tamen illæ nec corpora sunt, nec virtutes existentes in corpore. Et animaduerte vnum qđ vt scribit Cõmẽ. in lib. de substantia orbis, cap. vltimo. potentia habet gradus, & materia habet gradus, nã 12. met. cõ. 26. potẽtia reducitur ad materiam, & actus ad formam. Infimus enim & ĩperfectissimus gradus mãę C est prima materia, quæ est in potentia ad omnes formas materiales secũdum esse materiale per trãsmutationem substantialem. Alius gradus parum eleuatus ab isto est potẽtia quæ reperitur in elemẽtis quæ sunt in potentia non ad omnes formas simpliciter, sed ad formas mixtorum. sicut testatur Cõ. 3. cęli. cõ. 67. vbi ponit differẽtiam inter primam materiã, & elementa, in solutione obiectionis ibi motę, in qua quærebatur quare elementa non habent figuras, & tamen elementa habẽt formas, & iam

Põa & mã hẽt grad⁹.

dictum fuit ꝙ prima materia nõ est D receptibilis formarum nisi inquantum caret forma omnino. Et respondet dicens, & dissolutio est, quia nõ est necessarium in receptibili, nisi vt non habeat formam quam recipit, non vt non habeat formam omnino. Quia igitur prima materia est receptibilis omnium formarũ, non debet habere aliam formam omnino. elementa vero quæ non sunt receptibilia omnium formarum cum non recipiunt se, ideo non debẽt denudari a suis formis apud receptiones, sed est necessarium tãtum vt denudentur a formis quas recipiunt, & ideo omnis materia habẽs formam est receptibilis quarundam formarum tantum, & propter hoc istæ materiæ proprie non hñt formas quas recipiunt. Prima autem materia est vniuersalis cum nullam formã habeat omnino. post elemẽta sunt mineralia quæ sunt magis eleuata a materia quam elemẽta, postea sunt plãtæ, postea sunt quædam quæ a Græcis zoophita, hoc est ancipitis naturę inter plantas, & animalia, quia vt inquit Aris. in. 9. de natura animaliũ. natura in suis operationibus nõ facit saltum. non enim progreditur de F extremo ad extremum sine medio. postea est gradus animaliũ, postremo est homo. nam homo est terminus mundi istius inferioris. vt patet 2. de anima. te. com. 32. vbi Cõmen. in principio cõ. inquit. Complemẽtum animalium, & finis eorum qui intendebatur in generatione quem cum natura potuit pertingere, stetit, est modus animalium habens virtutem speculatiuam cogitatiuam. i. intelligibilem. Supra aũt istam naturã corporalẽ est natura orbis cœlestis, quæ

Nota.

G quæ fm Auer. in 2. ca. de substantia orbis, est pfectior cæteris modis materiæ, & non est in eo de potentiis nisi tantum potentia in loco, & ex motu locali nobilissimus omnium, scilicet circularis. quod intelligo loquendo de potentia inuenta in natura corporali, illa enim est suprema in perfectione, sed vltra est materia intelligibilium, & separatorum entium, & ista etiam habet gradus. vnde infimus intellectus est intellectus possibilis qui recipit alio modo receptionis quã materia quæ est in rebus corporalibus, quia intellectus recipit similitudines rerum. nam. 3. de anima tex. commen. 6. intellectus est locus specierum. lapis enim non est in anima, sed species lapidis, & sic ascendit ordo vsque ad actum purum, in quo nulla prorsus est potentia quæ sit arguens imperfectioné. primum enim ens, est ens simpliciter perfectũ 5. meta. cap. de perfecto.

Mã intelligibiliũ habet grad⁹.

H

PROPOSITIO. LXVII.

Contraria sunt quæ sub eodem genere posita maxime distant.

I Scribitur propositio ab Aristo. in 10. meta. in tex. com. 13. Sed non est generaliter vera de omnibus contrariis, immo quædam sunt in diuersis generibus, quædam auté sunt ipsa genera contrariorum, & non sunt in genere, vt inquit ipsemet Aristot. in postprædicamentis. Necessarium est omnia cõtraria vel in eodem genere esse, vel in contrariis generibus esse, vel ipsa genera esse. albũ enim, & nigrum in eodem genere sunt, color. n. genus eorum est. Iustitia vero & iniustitia in contrariis generibus sunt, huius enim virtus, huius autem nequitia genus est: bonum vero, & malum non sunt in genere, sed ipsa sunt genera aliorum existentia. K

Propõ nõ est uera vniuersalr.

ADDI. Nota ꝙ malum, & bonum sunt contraria, & sunt genera aliorum ꝙ duplex est bonum, quoddam per essentiam, & hoc est ĩ solo deo, & huic nihil est cõtrarium. aliud autem per participationem, & est bonum in generatione perseuerans, & huic dicitur malum esse contrarium, sicut luci solis nil contrariatur, sed luci aeris, & aliis participantibus lucem opponitur tenebra. ita nõ cuiuis cognitioni ignorantia opponitur. Nam teste Plato. duplex est cognitio, intellectualis, & discursiua. primæ nihil opponitur, sed cognitioni cũ discursu, & opinione ignoratio opponitur. Ita notat Ioan. Gramma. in postprædicamentis in sermone de oppositis. Nota etiam ex mente Alexã. referente Simplicio in 1. cœli tex. cõ. 122. ꝙ ista propositio locum habet in simpliciter, & proprie contrariis sine complexione dictis. nã alia est contrarietas quæ est in propositionibus, & talium nõ oportet aliquod idem genus cõmune esse, nam alia est contrarietas in propositionibus alia in terminis. L M

Aduerte etiam ꝙ vt scribit Auer. 8. meta. com. 4. & 10. meta. com. 13. contrarietas primo reperitur in eis quæ sunt in loco, ideo distantia accepta est in diffinitione contrariorũ, cum dr. contraria sunt quæ sub eodem genere posita maxime distant. distantia n. quæ est in loco est maxima. s. centri ad circunferentiam. Nota etiam ꝙ contrarietas inuẽta in loco, & in qualitate. vt scribit Com. in 4. de cœlo, & mundo. cõ. 38. est æquiuoce; quia cõtraria quæ sunt in qualitate

A litate sunt duo in forma, & vnum in subiecto. Sed contraria in loco sunt duo in forma, & duo in subiecto.

Instantia. Sed tunc est instantia contra hoc dictum Auer. propterea quia hoc ui detur esse cõmune omnibus contrariis videlicet, ꝙ nedũ sint duo in forma: verumetiam & secundum subiectum, qnia contraria in eodem subiecto esse non possunt.

Solutio. Nisi esset ꝙ licet contraria in qualitate simul in eodem subiecto esse non possunt, tamen bene possunt in eodem subiecto esse successiue, sed contraria in loco, neq; simul, neq; successiue in eo-

B dem subiecto esse possunt, locus.n. inferior, & superior sunt loca contraria, & secundum formam, & secundum subiectum illo modo.

Replica. Sed tũc est maior difficultas, quia 10. meta. tex.com. 14. Eadem est materia cõtrariorum. similiter contraria sunt quæ circa idem subiectum transmutata seinuicem destruunt, & expellunt. Nisi esset ꝙ ista dicta non habent veritatem de omnibus contrariis, sed solum de his quę sunt in qualitate, & ideo recte animaduertens ad omnia ista Auer. dixit ꝙ contrarietas quæ est in loco, & in aliis præ-

C dicamentis est æquiuoce, quia non sunt eiusdem rationis vniuoce, sicut patet ubi per ly ęquiuoce debet exponi secundũ prius, & posterius, & analogice, quia in pure æquiuocis non inuenitur prædicatum essentiale. vt dicit Commen. in 4. meta.com.2.

Contraria pñt cõuenire in specie secundum mathema. Aduerte etiam ꝙ aliqua cõtraria fm mathematicam consideratioñe sunt eiusdem speciei. pro hoc est notabilis auctoritas Com.in.1.cœ, & mun. in cõ. 32. vbi vult ꝙ duo motus circulares facti super eodem axe, & eisdẽ polis ad partes diuersas sunt contrarij, & seinuicem impediunt, quod

D tamen esse non potest secundũ physicam considerationem. vnde inqt. Ego autem longo tempore feci moram in quo non intellexi explanationem illius loci vltimam, sed deus induxit me ad veritatem, & secundum hanc explanationem erit intẽtio sermonis Arist. ꝙ motus circularis nõ habet contrarium, non in eo quod est motus abstractus a corporib' naturalibus, sed inquantum est in corpore moto per naturam, qm̃ si esset acceptus motus in imaginationibus abstractis a moto, non contingit impose ponendo eos contrarios, & eos-

E dem fm speciem.ver.gr.cum imaginauerimus duos motus super eundẽ polum, & idẽ centrum ad duas partes diuersas contingit necessario, vt prohibeant se, & contrarientur inter se, & secundum hunc modum possibile est existimare ꝙ in motu circulari sit contrarietas, & cum isti duo motus fuerint positi in corporibus naturalibus, reuertetur possibile ad impossibile.f.esse contrarietatem in eadem specie, quia tunc continget vt vna res destrueret se, & sic natura faceret ociosum. Vbi manifeste colligitur ꝙ aliqua non possunt con-

F trariati in natura, & secundum physicam considerationem, quæ tamen possunt esse contraria in eadem specie secundum esse imaginarium, & fm mathematicam consideratioñe, & sic non omnia contraria sunt specie differentia secundum mathematicos, immo aliqua contraria sunt eiusdem speciei.

ADDI. Nota tamen ꝙ cõtrarietas est duplex, quędam insequens rationem & formam, & quædã materiam, & tũc contrarietas fm ratioñe, & formam

 semper

G semper arguit differentiam secundũ speciem, talia contraria sunt illa quę describnntur in 10. metaphy. ꝙ sub eodem genere existētia maxime distant, sunt aũt quædam contraria insequentia materiam, vt masculinũ, & fœmininum, & talia non causant, nec arguunt specificam differentiã, animal enim mas non differt specie a fęmina. notabilis est distinctio Philosophi in 10. meta. tex. com. 25. Et ideo motus positi in corporibus mathematicis qui sunt circulares, & cõtrarii, differũt materialiter, quia corpora illa abstrahunt a formis natura

H libus, quæ sunt principia specificæ distinctionis, & sic sunt eiusdem spẽi, & illa contrarietas est secundũ materiam, sed in corporibus naturalib⁹ motus contrarij insequũtur, aut formas contrarias, vt voluit Alexã. aut saltem diuersas, vt voluit Auerro. 5. phy. com. 10. & 3. cœ. com. 23. & primo cęli. 81. vnde nunquam contraria ſm formam sunt eiusdem spẽi.

Aduerte ẽt ꝙ contrarietas quandoq; sumitur large, & sic non solum dicitur de contrariis positiuis, verũ etiam dicitur de priuatiue oppositis. sicut testatur Com. 1. phy. com. 41.

Priuatiue. Et priuatiue opposita sunt in dupli

I ci differentia, quędam sunt ſm rei veritatem, sicut cœcum, & videns, quędam autem snnt priuatiue opposita secundum famositatem. vnde Auer. in eodem com. 41. inquit, ꝙ vacuũ, & plenum sunt priuatiue opposita ſm famam. vnde propositio famosa quæ dicit, ꝙ contraria habent fieri circa idem subiectum, fallit in cõtrariis positiuis quæ sunt in loco, vt supra dictum est ex mente Commen. 4. cœli com. 38. sed veritatem habet in contrariis in qualitate, nisi illud

opposita dupl.

subiectum determinauerit sibi natu K raliter alterum contrariorum, sicut ignis calorem. De priuatiue vero oppositis veritatem habet propositio in his quæ sunt secundum rei veritatem, fallit in his quæ sunt opposita priuatiue secundum famam solummodo.

Similiter propositio famosa 2. cœ A D D I. li. 18. si vnum contrariorum fuerit in natura erit reliquum, vera est in positiuis, & secundum physicam cõsiderationem, non secundum logicam, vt patet in postprædicamentis: Similiter licet generatio, & corruptio sunt inter contraria, non tamen L conuertitur ꝙ vbi est cõtrarietas ibi sit generatio, & corruptio, quia in cœlo est contrarietas secundum rarum, & densum, & non est ibi generatio, neq; corruptio. vide Simpliciũ in 2. cęli in tex. cõ. 41.

Et ita in simili famosa propositio Philosophi in 2. cœli, & mundi, quæ dicit in tex. com. 18. si vnum contrariorum fuerit in rerũ natura, oportet ꝙ sit reliquum, vera est de contrariis positiuis quæ sunt ad perfectionem vniuersi. nam vniuersum in qualibet hora completum, & perfectum est, vnde omnes species quæ M sunt ad perfectionem vniuersi, semper actu sunt in vniuerso, licet enim apud nos in hac hora cum sit hyems non sint rosæ, tamen in alia regione in qua in hac hora est ver, bene reperiuntur rosæ, sed fallit hoc in priuatiue oppositis, quia non sequitur. in rerum natura est plenum, ergo in rerum natura est vacuum, neq; sequitur, est finitum, ergo erit & infinitum. Similiter etiam propositio famosa, quæ dicit ꝙ cõtraria nõ pñt esse simul in eodẽ subiecto, vera est

A est in esse completo, & perfecto, tamen bene esse possunt in esse refracto. glossa est Auer. in. 5. phy. in cõ. 6. 19. & 52. & alibi frequenter. Similiter famosa propositio, quæ dicit, ꝙ illud, quod est conseruatiuum vnius contrarij, est destructiuum alterius contrarij, vera est de agente particulari, fallit autem de agente vniuersali. nam cœlum mediante motu, & lumine conseruat omnia elementa virtute caloris cœlestis. Vnde Auer. 2. cęli, & mun. com. 42.
B scribit corpora cœlestia in rei veritate non agunt frigiditates, sed calores similes vnicuiq; elementorum.

PROPOSITIO LXVIII.

Impossibile est quod actio & passio ab una, & eadem natura procedant.

Propositio ista ẽ famosa, & scribitur formaliter ab Aue. in lib. destru. destru. in. 3. dispu contra Algazelem. in solu. 18. dub. & sub aliis verbis in. 1. dispu. in sol. 1. dub. vbi inquit. Principium per se notum ẽ,
C & ab omnibus concessum, quod nihil seipsum permutare potest. & idẽ habet in lib. de substan. orb. in principio. Aduerte autem ꝙ actio, & passio, seu mouere, & moueri dupliciter sumuntur apud philosophos, proprie videlicet, & transumptiue, siue æquiuoce. Actio proprie sumpta, & passio fundantur in motu. vt patet. 3. phy. tex. com. 17. & sunt merito contrarietatis. vt patet in. 1. de gener. & corru. tex. com. 50. Et isto modo actio vera nõ reperitur in abstractis a materia. vnde Com. in. 12. meta. com. 44. contra Auic. inquit, ꝙ in intelligentiis non est consecutio, neq; prouentus, neq; actio, sola enim ibi est causa, & causatum secũdum, ꝙ intellectum est causa intelligẽtis. Nam vt ibidem dicit, actio agentis nihil aliud est, quã extrahere illud, quod est in potentia ad actum, eodem modo motus proprie dictus est in rebus corporeis, & est actus entis in potentia inquantum in potentia: motus tamen æquiuocus est motus spiritalis: inquantum enim aliquid intelligit se, vt sic põt dici mouere se. colligitur ista distinctio ex verbis Auer. in. 8. phy. com. 40. vbi scribit, soluendo rõnem Platonis de anima, quam vide, inquit. Et hoc esset iterum si anima moueret se essentialiter, & moueret se motu proprio abstractis. s. vt intellect⁹ & intellectum in ea essent idem, vt declaratũ est de primo motore, & de cæteris motoribus abstractis, sed iste motus dicitur æquiuoce cum motu, qui est a motoribus, qui sunt corpora, aut virtutes in corporibus. vnde lucidissi. Them. in. 1. de ani. in expositione te. 62. vbi Arist. arguit contra antiquos, qui opinabant̃ animam seipsam mouere, qui gaudet, & tristatur, & sentit, & intelligit, inquit enim, atq; hæc ratio si quis ea vtatur dupliciter reprehẽdi potest. Primum ꝙ affectiones illæ nõ sunt motus. Deinde si illas motus esse cõcessero, tamen aïæ motus esse non possunt, sed permixtionis. & ibidem dicit. ꝙ iudicium nõ est motus, sed tranquillitas, & quies potius, & infra cap. 34. inquit. Afferendus est ẽt alius modus, vnde nam moueatur anima, si oĩno necessarium sit moueri, sed neceo motu quo corpora mouentur ab anima, neq; demũ eo qui

Actio & passio dupliciter.

D E F

G qui sit rei inabsolute actus, sed eo fortasse qui absolute atq; perfecte. Item primo de anima.capi.17.contra Theophrastũ,qui rationes Aristo.reprehenderat inquir. Sed resistit huic loco Theophrastus in his libris,in quibus tractat locos ab Aristo.ante pertractatos.non eodem inquit mouet anima motu quo mouet ipsa corpus.iudicia, comprehensiones,assensiones sunt animæ motus,locales vero sunt corporis. Soluendo autem Themistius hanc rationem inquit.Solutio est,primum H demonstret illa iudicia, & assensiones esse motus, hoc nunquam præstabit vtiq;, si diffinitionem motus recipit, quam supra nos attulimus motum esse continuum, & attendi cum tempore ex indiuiduis motionibus non componi de potentia ad actum conferri, & dum confertur obiter retineri potentiam,quorum ille omnium tanq̃ videtur, &c. vbi clarissime patet motum æquiuocũ Auer.& Them.appellare iudicium, & comprehensionem animæ. Et ex hoc patet quantum distent a veritate in via Arist.& Com.Ioan.Scotus, & Grego.Arimi.in hoc puncto.Scotus enim in.2. sententiarum distinctio.2.q.9.de motu angeli.& Greg. Ariminen.in eodem secundo distinctio.6,q.1.arti.2.vbi examinat quæstionem de motu grauium, & leuiũ in responsione ad quintam obiectionem inquit. Soluendo qualiter idem non potest esse mouens per se & motum,nec quia pars moueat totum,nec quia totum moueat totũ. Et est ratio Philosophi in.8.physic. tex com.40. inquit. Ad quintum loquendo de toto,& partibus quantitatiuis,vt videtur sumere Arist.dico,q; totum mouet totum,& quælibet pars mouet etiam seipsam. Si autem de partibus qualitatiuis,vel formalibus potest dici, q; pars puta grauitas in graui mouet totum,& similiter mouet seipsam,& si esset separata a materia, & a forma substantiali adhuc moueret se,sicut de facto patet in Eucharistia. Tunc cum probatur,q; totum non mouet totum per illa,quæ tanquam inconuenientia inferuntur,dico q; illa simpliciter accepta non sunt inconuenientia. idem nanq; seipsum alterat,sicut patet de aqua calida,quæ per se redit ad frigiditatem,vt supra patuit per Auic.& experientia docet,& similiter voluntas causat in se uolitionem, & sic de aliis pluribus,ista sic simpliciter sumpta non reputantur inconuenientia a philosopho,sed solum in his in quibus solum motio est vnica,idest in quibus principium mouendi est eiusdem speciei specialissimæ cũ termino motus.tali si quidem motione Philosophus dicit idem non posse mouere seipsum primo, vt puta frigidum per frigiditatem quàm habet actu non frigefacit seipsum, nec calidum calefacit se per suum calorem.& quod ista sit intentio eius patet. nam statim ibidem absq; medio addit. similiter autem, & aliorum vnumquodq; quorumcunq; moués necesse est habere vniuocũ.vbi Cõ. & iste inquit. Sermo est intellectus ex prædictis.s.q; impossibile est, vt aliquid moueat fm quòd mouetur, & hoc est in motis, & mouentibus, quæ dicuntur vniuoce. & addit Cõ. qđ philosophus dixit hoc, quia hoc non est impossibile nisi in motoribus quæ sunt corpora,aut virtutes ĩ corporibus. Rõ est,quia in illis tñ reperi-

Cõtra sco. & Greg.de Arim.

K L M

A reperiẽ illa vniuoca motio, licet nõ reperiatur in omnibus, & in multis reperiaẽ motio æquiuoca. talis autẽ motio vniuoca non est in motu locali corporum simplicium, sicut patet, nisi diceretur per loca in quibus actualr̃ sunt mouẽt se ad loca eiusdẽ spẽi specialissimæ, & forsitan ad hoc excludẽdũ inter alia inconuenientia dixit, & ferret, & ferreẽ. Et sistẽ dicẽdum ad aliud illatum, puta, quòd idem esset in actu, & in potẽtia. s. in actu formali, & virtuali vniuoco, & in potentia formali. s. tali motione vniuoca se moueret. Si autẽ motio B sit æquiuoca nõ sequiẽ, nisi ꝙ sit in actu virtuali non vniuoco, & in potentia formali iuxta vulgaiã distinctionem, & istud non est inconueniens, sicut per multa exempla declarat, quę vide si placet. Sed mirum Impugna. est, ꝙ in motu æquiuoco in quo fm istã expositionẽ principium mouẽs & terminus motus non sunt eiusdẽ speciei specialissimæ non sint inconueniens idem mouere seipsum, & idem esse in actu virtuali æquiuoco, & in potẽtia formali, sicut est in motu locali, & tñ Arist. de illo mo- C tu loquitur in toto illo capi. qđ incipit ibi. Necesse est igitur omne qđ mouetur, & incipit à tex. cõ. 34. vsq; ad 40. loquiẽ. n. de motu locali. nam vt dicit ibi Com. in prin. com. vult congregare omnes propositiones ꝑ dictas in duobus syllogismis hypotheticis. quorum vnus est diuisiuus, alius continuus, & cõcludere ex hoc illud quod intendit concludere, & ẽ qđ mouẽtia, q̃ mouenẽ in loco reducunẽ necessario ad motum ex se, qđ est primũ mouentium, quæ mouẽtur. & in tex. 40. vbi probat, ꝙ totũ non mouetur totum, quia tunc idẽ esset in potentia, & in actu. loquitur D etiam de motu locali. nã vt inquit Com. ibi in principio commenti, cum declarauit ꝙ omne motum in loco reducitur ad motum ex se, paulopost concludit ꝙ modo vult perscrutati de moto ex se quomodo mouetur, & a quo moueẽ, & intẽdebat hoc, quoniam videbatur Platoni, ꝙ motum ex se componitur ex moto, & motore qui mouet se.

Hoc valet ꝙ dicit Gregorius ꝙ in motu locali potest esse principium mouens vniuocum cum termino motus, si imaginemur ꝙ ꝑ loca in q̃bus actualiter sunt corpora simplicia mouent se ad loca eiusdem speciei specialissimæ, & ideo intulit il- E la inconuenientia, & ferret, & ferretur. nam nullus hoc opinatur. nam locus est in locante. Amplius autem nullus opinatur locum esse de principiis actiuis mouentibus simplicia ad sua loca in via Aristo. quia talia dicuntur mota ex se, & ex principio intrinseco actiuo, quod est ꝓpria forma, & ideo mirum est quõ allegata auctoritatem Auer. quæ erat clara, eam inuoluit, per motum. n. vniuocum inquit Comm. intelligit motum qui est motoribus, quę sunt F corpora, aut virtutes in corpore. in talibus enim est impossibile, ꝙ idẽ sit per se mouens, & per se motum. vnde motus vniuocus est motus ꝓprie dictus, & est rerum corporaliũ. nam sexto physicorum demonstratum est, ꝙ omne quod mouetur est diuisibile, per motum autem æquiuocum intellexit motũ qui est metaphorice dictus sicut intellectio, & cognitio, & iudicium dicuntur motus illo modo. vnde inquit in calce com. contra Platonem, & hoc esset

verum

¶ verum si anima moueret se essentialiter, & moueret se motu proprio abstractis.s. vt intellectus, & intellectum in ea essent idem, vt declaratum est de primo motore, & de cæteris motoribus abstractis, & subdit sed iste motus dicitur æquiuoce cum motu qui est a motoribus, qui sunt corpora, aut virtutes in corporibus, & omne hoc est manifestum exercitantibus se in istis scientiis. q d clarius, aut quid manifestius dici potuit? vnde isti Gregorio multotiens hoc contingit, quod allegat aliquas H Com. auctoritates extra propositū.

Opinio propria. Dicamus igitur ꝙ in motu æquiuoco qualis est in abstractis substantiis, idem potest esse per se mouens, & per se motum. i. idem potest seipsum intelligere, quia in talibus idem est intelligens, & intellectum, & intellectio. loquendo autem de vero motu, & de vera actione, quæ est in corporibus, impossibile est, vt idem fm idem, & eodem modo sit per se mouens, & per se motum, sed semp inter mouens, & motum fm philosophos illo modo cadit realis distinctio. Pro quo debes scire ꝙ mouere, & agere sunt effectus formę, moueri autem, & pati sunt materię, vt scri I bit Arist. in. 2. de gene. & corrup. in tex. com. 53. &. 3. phy. tex. com. 17. Semp existimabitur aliqua species mouens. Aduerte tamen ꝙ formæ sunt duplices, quædam sunt in materia, & quædam sunt abstractæ a materia. differūt autem, & conueniunt inuicem istæ formæ. Nam omnis forma siue sit in materia, siue abstracta a materia habet per se mouere, quia hoc competit formis inquantum sunt formæ. Differunt autem, quia forma in materia licet per

Formę sūt duplices.

se moueat, tamen per accidens mouetur, quia est constituta in esse per K suum subiectum, & ideo mouetur per accidens ad motum sui subiecti. vnde Auer. in. 4. cœli & mundi in commen. 22. &. 3. cœli. com. 28. inquit. lapis enim mouet se inquantum est grauis in actu, & mouet inquantum est potentia inferius, & cā in hoc, quia inuenitur vno modo i actu, & alio modo in potentia est, quia componitur ex materia, & forma. forma enim eius mouet inquātum est forma, & mouetur secundū ꝙ est in materia. non enim est in potentia inferius, nisi fm, ꝙ est in mate L ria. Ecce igitur, ꝙ formæ materiales quoquo modo fiūt mobiles per accidens. secus autem est de formis abstractis a materia, quia illę solum sunt per se motrices, & nullo modo motæ per accidens in se consideratę, nec etiam per se, quia moueri per se repugnat formis inquantum sunt formæ. quia tale vt sic est potentiæ, & materiæ, repugnat etiam talibus, quod sint motæ per accidens ratione materiæ, quia tales non sunt formæ in materia, nec sunt constitutæ in esse per subiectum, & ideo Com M men. animaduertens ad hoc, ꝙ mo do dixi in. 9. primæ philosophię. cō men. 2. inquit. Forma non patitur a primo transmutante fm, ꝙ est forma essentialiter, sed patitur per accidens, & ideo transmutatio eius non est prima transmutatio, sed secundum, quod est forma in passiuo scilicet ī materia, & ideo formę, quæ non sunt in materia non patiuntur essentialiter, aut accidentaliter, quia igitur potentia actiua est principiū actionis, & potentia passiua est principium passionis, & istæ sunt potentiæ

A tiæ primo diuersæ.nam.9.metaph. tex.commen.2. Potentia actiua est principium trāsmutationis in aliud inquantum aliud,quod additur secundum Auer.ibi,quia est manifestum per se,quod nihil agit in seipsum,& potentia passiua est principium trāsmutationis ab alio inquā tum aliud,quia vt dicit est manifestum per se,quod nihil a seipso patitur.vnde Aristo.in.1.de generatio. tex.commen.48.infert.ꝙ si simile a simili pati aliquid possibile esset,tūc idem a seipso etiam pateretur. Ex

B quo patet solutio ad Achillem Scoti,qui voluit probare oppositum in 9.suæ metph.q.14. arguit sic. Actiuum quodcūq; pro primo obiecto respicit passiuum tale,non hoc passiuum.verbi gratia, tam calefactiuū in communi, quàm quodcunque pro primo obiecto respicit calefactibile in communi,non hoc vel illud sed in communi. Ex his sequitur quodlibet contentum sub primo obiecto alicuius sit per se obiectum eiusdem, quodcunq; calefactiuum, respicit quodcunq; calefactibile, ꝓ per se obiecto,& econuerso, quod-

C cunq; calefactibile quodcunq; calefactiuū,sed possibile est, ꝙ aliquid sit actiuum secūdum A eodem modo quo aliquid aliud est actiuum secūdum A, idem etiam sit passiuum secūdum A, sicut quodcunq; aliud passiuum est secūdum A, ergo illud in ratione actiui ita habet seipsum in ratione obiecti, sicut quodcunq; aliud passiuum,ergo ita potest in se ipsum agere sicut ī aliud.maior autem est satis manifesta ex prima relatione inter cōmunia,sed minor negaretur,vel etiam ipsa concessa negaretur vltima consequentia, quia agens debet esse approximatum pas- D so,& ita distinctum situ sic non potest idem se habere ad se. Contra primum minor probatur,multi sūt effectus nati produci ab actiuo ęqui uoco,& non vniuoco,patet de leuitate in igne generato. illam formā æquiuocam oportet ponere,aut formam substantiæ, aut aliam aliquā qualitatem,ergo habens illam actiuam per se est leuificatiuum, vt ita loquar.potest aūt ista forma esse in aliquo leuificabili,patet in exemplo prædicto,quæcunq; enim forma in generante poneretur actiua respectu leuitatis eadem est in igne genito,& prior est naturaliter ipsa leuitate.Patet quia est eius principium E actiuum,ergo non est contradictio ꝙ ipsa insit generatio leuificante non in existente. Et patet ꝙ potest inesse illi,quare idem sine contradictione potest esse leuificatiuum, & leuificabile. Contra secundum ꝓbatur illa consequētia vltima. nam approximatio hæc non videtur necessaria ad agendum, vt includit distinctionem situs,nisi qn̄ maior pręsentia non est possibilis inter actiuum & passiuum.si enim hæc præsentia sufficit,multo magis maior ꝓ F sentia sufficeret, quod probatur dupliciter.Primo ducendo ad inconueniens,alioquin si poneretur ignis in existēs aquæ, sicut angelus potest simul cum cœlo,non calefaceret aquam,nec angelus moueret cęlum. Secundo idem probatur ex causa, quia non oportet agens esse præsens patienti,nisi quia virtus agentis nō potest attingere in proportionabiliter distans, vt vbi aliquid efficiat, quòd si passim se cum esset. nonne ꝑfectius attingeretur a virtute agentis?

G tis? Hoc ergo ſuppoſito arguitur vltra. Cum idē verius eſt ſibi præſens ſi eſt actiuum, & paſſiuum ſm idem quā aliud poſſet eſſe ſibi præſens, ita veriſimile ſaluatur illa conditio ꝓp quā appropinquatio requiritur, qn̄ maior præſentia eſſe non poteſt, ergo veriſſime eſt actio. Ad hoc autem dicimus, ꝙ rō iſta eſt logica. nō enim procedit ex propriis quales debent eſſe rōnes demonſtratiuæ. nā fundamentum huius rei eſt diuerſitas inter potentiam actiuam, & paſſiuam, præſertim, quia Com. vult ꝙ in diffinitione potentiæ paſſiuæ, cu

Solutio.

H iuſcunq; accipitur diffinitio primæ materiæ, & in diffinitione cuiuſcūque potentiæ actiuæ ſumitur diffinitio actionis primæ formæ. nam ſicut omnes formæ ſunt in potentia paſſiua primæ materiæ, ſic ſunt in potentia actiua primi motoris, qui eſt idem cum prima forma, vt patet. 12. meta. com. 18. vnde nihil poteſt eſſe per ſe agens, & per ſe patiēs ſm idem. Amplius actio requirit contactum. nam forma exiſtens in ſubiecto nō alterat ſuum ſubiectū. propter quid enim hecticus nō ſen-

I tit calorem febrilem, niſi quia illa febris non habet cauſam ex qua depēdet, ſicut febres putridæ, & ephimeræ, quæ dependent ab humoribus, & a ſpiritibus, ſed illa eſt impreſſa in mēbris, & facta familiaris, vnde Ariſto. in. 1. de genera. & corrup. in tex. com. 78. expreſſe inquit. Continuū igitur vnumquodq;, & vnū ens impaſſibile ſit autem, & nō appropinquantia, nec ſibi ipſis, neq; aliis, quæ facere apta ſunt, & pati. vnde actio vera præſupponit contactum, vel formalem, ſicut eſt quando tam agēs, quàm patiens ſunt corpora, vel ſaltem virtutes in corpore. ſicut qn̄

K intelligentia mouet orbem, & ideo minor illa ſciti, & vltima conſequētia neganda eſt, quia impoſſibile eſt ꝙ aliquid per ſe poſſit habere ſeipſum in ratione actiui, & paſſiui, tū quia natura agens, & natura patiens ſunt naturæ per ſe primo diuerſæ; tum quia in actione requiritur, ꝙ agens, & patiens ſint diſtincta loco, & ſubiecto, ſicut expreſſe determinat Ariſt. 1. de genera. vbi ſupra, & experientia teſtatur hoc de hectico, vt dictum fuit. experimētum enim ſermonū verorum eſt, vt cōcordēt ſenſatis, vt dicit in. 8. phy. Comm. in

L commen. 22. quod autem dicit de leuitate, quæ generatur ab æquiuoco, patet ꝙ illa eſt a generante. nam. 3. cœli, & mundi. com. 28. agens quantum dat de forma, tantum dat de accidentibus concomitantibus formā mediante tamen forma. Sed contra prædicta obiicitur. nam ſi in modo metaphorico, ſeu æquiuoco non inconuenit, ꝙ idem ſit mouens, & motum, & idem ſit in actu, & in potentia tunc demonſtratio Ariſt. rueret in. 3. de anima tex. com. 4. habet

Obiectio.

M enim Auerr. in commen. ꝙ illa demonſtratio fundatur ſuper duas ꝓpoſitiones, quarum vna eſt, ꝙ ſubſtantia, intellectus materialis recipit omnes formas materiales. Secunda autem eſt, ꝙ omne recipiēs aliquid neceſſe eſt, vt ſit denudatum a natura recepti, & vt ſubſtantia non ſit ſubſtantia recepti in ſpecie. ſi enim recipiens eſſet de natura recepti, tūc res reciperet ſe, & tunc mouens eſſet motum. vnde neceſſe eſt, vt ſenſus recipiens colores careat colore, & recipiens ſonum careat ſono. & hæc propoſitio, inquit Auerro. eſt vera ſine

A sine dubio. modo si prędicta sunt vera dicam sibi ꝙ in receptione intellectus possibilis cum illa sit motus æquiuocus, non oportet, vt idem nō sit recipiens, & receptum, & moués, & motum, quia ista vera sunt secūdum ipsum in motu vniuoco, qui est in corporib^9, aut in virtutibus, q̃ sunt in corpore. Amplius autem dubitatur, quia supra dictum fuit ꝙ forma, vt forma mouet, sed vt ĩ materia mouetur, & sic diuersis modis potest eadem forma esse actiua, & passiua, tunc stante hoc sequitur, ꝙ non oportet ponere intellectum agentem tanquam rem distinctam ab intellectu possibili contra Arist. & Commen. in. 3. de anima. in tex. commen. 17. quia dicunt ꝙ anima intellectiua, vt est forma est actiua intellectionis, vt autem est forma ĩ materia est passiua. Nisi esset ꝙ ꝑpositio illa superius limitata, quod ĩ motu æquiuoco, & actione æquiuoca non inconuenit, quod idem sit ꝑ se mouens, & per se motum, id est idem sit per se intelligens, & per se intellectum, veritatem habet in omnibus abstractis substantiis, excepto intellecto possibili, qui est imperfectissimus in genere abstractorum, vt dicit Commen. in. 3. de anima. in com. 19. vnde talis non intelligit se essentialiter, sed post intellectionem aliorum, vt testatur Aristo. in 3. de anima. in com. 8. & ista glossa etiam colligitur expresse de mente Auer. ex. 8. physi. comm. 40. iam allegato. vbi loquens contra Platonē de anima rationali inquit, ꝙ illa nō mouet se essentialiter motu ꝓprio abstractis, ita ꝙ intelligens, & intellectum sint eadem essentialiter ĩ ea, sicut est de primo motore, & de cæteris motoribus abstractis. vñ multum difficile est inuenire in naturalibus, & in scientia diuina propositionem, quæ sit vniuersaliter vera, quia naturæ entium sunt valde diuersæ.

Secunda.

B

C

D

Solutio. 2. obiectionis.

Ad aliud dico, quòd nō potest dici animam intellectiuam eē receptiuam ratione qua est forma in materia. Et ratio est, quia est longe diuersus modus receptionis materiæ, & modus receptionis intellectus possibilis. nam vt inquit Cōmenta. in tertio de anima in commen. 5. in principio. Materia recipit formas diuersas, & istas quarum cōclusio in materia est terminatio primæ materiæ in eis, sed natura intellectus recipit formas vniuersales, & abstractas, non enim est opinandū, quòd materia sit causa receptionis simpliciter. sed est causa receptionis transmutabilis, scilicet receptionis huius indiuidualis entis, vt dicit in eodem. 3. de anima in commen. 28.

E

Epilog^9 & summa totius limitationis.

Dicamus igitur ꝙ in actione vera, & motu vero. qui reperitur ĩ corporibus, aut in virtutibus corporeis impossibile est, vt actio, & passio ab vna, & eadem natura per se procedant. vnde Auer. in eodem loco dicit, quòd Philosophi posuerunt signum formæ ex operationibus, & posuerunt signum subiecti ex passionibus. nam ex operationibus demonstratione signi innotescunt nobis formæ, & ex passione ĩnotuit nobis materia, tamen in motu æquiuoco idem potest esse per se mouēs & per se motum. i. ꝑ se intelligēs, & intellectum in omnibus abstractis intelligentiis, excepto intellectu materiali, & iste est intellectus propositionis.

F

PRO-

G PROPOSITIO LXIX.

Causa est nobilior seu perfectior causato.

FAmosa est propositio, sed nō est vniuersaliter vera. vnde subtilis doctor in suis Theorematibus longe ante nos dixit, ꝙ ista propositio est falsa simpliciter, sed est vera accidentaliter. fallit enim in materia. nā septimo metaph. tex. commen. 7. cōpositum est magis ens, quàm materia, & ratio est, quia compositum est in actu, & materia est in potentia.

ADDI. H Quod veritatem habeat in causa materiali, arguitur ex secundo de anima, tex. commen. 3. vbi dicitur ꝙ corpora physica sunt magis substātiæ, & rationem reddit dicēs, principia enim aliorum sunt, videlicet corporum artificialiū, patet autem ꝙ corpora naturæ nō sunt principia artificialiū nisi ī ratione materiæ, vt patet. 2. de anima. commē. 8. Nisi esset quod ratio ista valet gratia materię, qa corpora naturæ sunt substantiæ, corpora artis, ut sic sunt accidentia, substantia autem licet sit causa accidentis in genere causę materialis est prior accidente. 7. meta. t. com. 4. in causa igitur materiali in I his quæ sunt eiusdem generis non tenet, sed in his, quæ sunt diuersorū generum, vt substantia, & accidens tenet. Sed si quis instet ꝙ materia est æterna, & compositum ex materia, & forma est corruptibile. modo prius natura, & ratione, & tempore est perfectum imperfecto, corruptibili autem incorruptibile, vt testatur Aristo. in. 8. phy. in com. & tex. 75. materia igitur est perfectior cōposito. Nisi esset ꝙ licet æternum

Instantia.

Solutio.

inquantum æternum est sit prius, p K fectione corruptibili inquantū corruptibile est, non tamen quodlibet æternum est prius quolibet corruptibili. nam mā cum sit ens in potentia non potest esse perfectior forma aut cōposito, quæ sunt in actu, quia perfectio, vt supra habitum fuit, nō insequitur gradum præcisum entis, sed entis in actu, nec maior duratio absolute in istis, quę sunt hic, attestatur maiori perfectioni, alioquin mineralia, & lapides cū habeant magis perseuerantem, & diuturnam pmanentiam essent nobiliora plantis, & animalibus, qđ est expresse falsum. L Propositio etiam sm Scotum locū non habet de forma, sed hoc non teneo iuxta viam Auer. & Aristo. qui in. 7. meta. tex. com. 7. eadem rōne vult formam esse prius, & magis ens vtroq;. s. tam respectu materiæ, quā respectu compositi. Scoti autē rō, quā innuit hic, solui pōt. nam inquit, forma cū sit pars est imperfectior toto. Et pōt cōfirmari sua rō per Auer. in. 7. meta. com. 35. vbi habet, prioritas partium ad suum totū est prioritas materiæ ad formā, sed prioritas totius ad partes est prioritas formæ ad materiā, modo respē- M ctus materiæ ad formam est respectus imperfectioris ad perfectius necessario. Ad hoc dici potest, ꝙ licet prioritas partium quātitatiuarum ad totum integrale sit prioritas imperfectioris ad perfectius, & materiæ ad formam, tamen in partibus qualitatiuis hoc vniuersaliter veritatem non habet. vnde forma est tota rei perfectio, & omnem perfectionem, quam habet compositum, hēt a forma. Falsa etiam est propositio de efficiente vniuoco, vt clarum est,

Scoti rō.

Solo rōnis Scoti.

A est, quia in generatione vniuoca generans, & genitum sunt, eiusdem perfectionis essẽtialiter, sicut homo generans, & homo genitus. nã in indiuiduis eiusdem speciei non est hoc prius, & illud posterius, vt dicit Philosophus in. 3. metaphy. in tex. com. 11. Fallit etiam de fine intrinseco, siue de fine rei generatę, quia talis est accidens, quia non est nisi ipsa propria operatio. Fallit etiã in causa instrumentali. sicubi igitur famosa propositio veritatem habet, est de efficiente ęquiuoco, & de fine extrinseco.

B PROPOSITIO LXX.

Motus, qui est ab extrinseco motore, est uiolentus.

Colligitur ista propositio ex intentione Philosophi in. 7. phy. in tex. com. 10. vbi diuidit motum in loco in motum ex se, idest ab intrinseco, & est motus naturalis, & in motũ ab extrinseco, qui est quadrifariam, videlicet, pulsio, tractio, vectio, & vertigo, & oẽs isti sunt motus violenti. Et ita multi tenent absolute nulla limitatione adiecta debere propositionem intelligi, quod confir C mant ex diffinitione violenti posita ab Arist. in. 3. ethic. cap. 2. vbi inqt. violentum est id cuius principium extrinsecum est. Sed ista opinio nõ est de intẽtione Cõm. nec etiam est de mente sancti Thomæ, vt dicunt quidam. nam Cõment. in. 3. cœli & mundi. in com. 20. & in. 2. metheor. tenet in capit. 2. ꝙ motus circularis ignis in sua propria sphæra non est naturalis simpliciter, quia non est à principio intrinseco, nec etiã est violentus, quia nullum violentum perpetuum esse potest ex. 2. cęli & mundi. tex. com. 18. sed dicit, ꝙ est neuter. Nec etiam illud habet veritatẽ ex mente diui Tho. nam ipse in. 1. cœli. in lectione. 4. loquens de eodẽ motu super expositione. tex. cõ. 10. & 11. inquit, ꝙ motus ignis, & aeris nõ est naturalis, neq; violentus, quem habent in ꝓpria sphęra, sed est quodam modo supra naturam, quia talis motus inest eis ex impressione superioris corporis, cuius motum sequũtur ignis, & aer fm completam reuolutionẽ, quia hæc corpora sunt cœlo propinquiora. Aqua vero fm incompletam circulationem. s. fm fluxum, & refluxum maris. Terra E vero velut remotissima à cœlo nihil à tali permutatione participat, nisi fm solam alterationem partium illius. Ex quibus manifeste elicitur, ꝙ non qlibet motus ab extrinseco motore est violentus absolute loquẽdo. nam hoc si veritatem continet non est nisi quando ille motor extrinsecus non habet ex sua natura, vt semper moueat illud mobile, sed in aliqua hora, & hoc bene notatur per Auer. in. 3. cœli. in com. allegato. Et ex hoc patet solutio argumenti, ꝙ aliqui credũt demõstrare ad probandum intelligentiam dare eẽ formaliter orbi, aliàs, vt dicunt motus F cœli esset violentus, quia tunc talis motus esset ab extrinseco motore, & omnis motus ab extrinseco motore fm ipsos ẽ violentus, & ideo ponunt cœlum eẽ formaliter animatum ab intelligentia tanquam à forma dante esse, quia omnis forma informat, & dat eẽ formaliter, & ita fm ipsos primus motor cũ sit idem cũ prima forma volunt, ꝙ dat esse formaliter ipsi cęlo, quorum neutrum verũ est. Nam Auer. 1. cœli. com. 22. manife-

Impugnatio.

Sol. tõnis ponẽtium intelligentiam dare esse orbi.

G Iste concedit motum cœli esse à principio extrinseco. inquit.n.& ideo via loquentium de lege nostra ad probandum Deum esse non inducit eos nisi ad corpus æternum necessario, vt inquantum est nouum est generatum,& quia omne generatum habet generans,& omne generatũ, nõ generatur, nisi postquam primo alteratur in qualitate ab agente, necessarium est, ꝙ alterans ipsum sit corpus, quapropter necesse est, vt ante mundum esset corpus alterans ipsũ. & si ponat illud corpus generatum contingeret, vt prius esset aliud cor-

H pus,& sic in infinitum, necessario, ergo oportet vt sit corpus alterans nõ alterabile, neq; generabile omnino, & perscrutabitur de hoc corpore. apparet enim quod impossibile est, ꝙ sit semper mobile p se, nisi per principium extrinsecum non corporeũ, neque vt sit virtus in corpore. Amplius. 8. physic. commen. 52. expresse testatur, ꝙ motus diurnus, qui inuenitur in orbibus planetarum est non à motore cõiuncto, sed est à primo motore. Patet autem ꝙ primus motor est motor extrinsecus respectu orbium planetarum, & tamen

I non dicimus, ꝙ illi orbes mouentur violenter illo motu. Similiter falsum est, ꝙ omnis forma actualiter informat. nam Auer. 12. metaphy. com. 37. expresse dicit. perfectionũ enim propter quas mouetur perfectum, quædam sunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur, vt illud quod mouetur propter sanitatem, & quædam sunt substantiæ extrinsecæ à re quæ mouetur ad eas vt assimiletur eis, vt inueniuntur omnes actiones seruorum, quoniam sunt erga genera intẽtionum domini sui. igitur dicuntur eẽ propter dñm, & similiter omnia entia cũ hoc primo principio, & in prima disputatione in solut. vlt. dubij expresse idem habet. Amplius si omnis forma, & actus secundum mirabilẽ istorum phantasiam secũdum mentem Arist. & Auer. formaliter informat, & actuat suum subiectum, ad quid ergo posita ab Arist. diffinitione animæ in. 2. de anima tex. com. 5. in qua dicitur anima ẽ actus corporis physici organici habentis vitã in potentia? demum in tex. com. 11. inquit. Amplius autem immanifestum est si sit corporis actus anima,

L sicut nauta nauis. Amplius Auerr. expresse. 8. metaph. com. 12. dicit, ꝙ substantiæ cœlestes non sunt compositæ ex materia, & forma, sed ex corpore, & forma animata intelligibili non ita ꝙ anima sit res animata, non ita ꝙ illis est aliquid, ꝙ animatur per animam, aut viuat per vitam, sed sunt animata per se & viua, omne.n. ꝙ viuit per vitam est generabile, & corruptibile. Amplius si cœlum est cõpositum ex orbe, & intelligentia tanquã forma informante, vt isti asserunt, quærẽdum est ab istis tenentibus hoc esse de intentio-

M ne Auer. ista compositio ad quẽ artificem spectat, qui habeat declarare hoc. Non ad diuinum, quia ipse arguit Auic. in primo physi. cõm. vlti. qui asserebat naturalem à diuino sic mere corpora esse composita ex materia, & forma, vnde inquit, & peius est hoc quod dicit, ꝙ ista scientia accipit à primo philosopho corpora componi ex materia, & forma. Forte dices, ꝙ cõpositio ex materia quæ est in potẽtia ad esse, est illa quæ declaratur in naturali philosophia, & de

Marginal notes: Impugnatio. — Non oĩs forma actualiter informat. — Quod prima intelligentia nõ sit forma cœli inhærẽs siue informans vide eo nõ nem Simpl. i. 8 physi. 84. — vbi ponit hoc parũ ex snia Alex. ptim sua. — Ibidem & inuenies quõ cœli dñr aĩati, & q̃ forã habeãt, & oĩno, quæ sit eorum natura.

A de ista Auer. reprehēdit Auic. qa sequitur negligens est ne alia via ad sciendum hoc nisi ex transmutatione existente in substantia, tamen cō positio ex orbe, & intelligentia perti net ad diuinum. Sed hoc stare non potest in via Auer. quia in principio libri de substantia orbis, ita exordit. In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus ex quibus corpus cœleste componitur. determinatum est .n. corpus cœleste componi ex duabus naturis, sicut generabilia, & corruptibilia componuntur, sed tamen in istis fuit declaratum has duas na

Euasio.

Impugnatio.

B turas esse per generationem, & corruptionem in eis inuentas. in cœlestibus autem per motum localem. Manifestum est autem, ꝙ motus localis est medium naturale, sicut trāsmutatio in substantia, & ita naturalis vnamquāq; compositionem inuentam in corporibus cum suis formis habet demonstrare demonstratione signi, sed per motum localem Philosophus naturalis non ascendit ad cognitionē intelligentiæ inquantum est forma informās, sed inquantum est motrix. Confirmatur, quia prima forma, & primus finis à meta

C physico consideratur, sed prima materia, & prim⁹ motor à naturali Philosopho. 12. metaphy. com. 5. & 6. & in suo prologo super libro physicorum. vnde intelligentia non dicitur anima cœli nisi ratione motus, & appetitus. principium enim mouens de rebus mobilibus est veluti anima de rebus viuis. 8. physi. com. primo. Et primo cap. de substantia orbis non fuit dictum cœlum habere animam nisi propter motum, & appetitum existentem in illo modo propter nullam, ex istis causis opor-

tet intelligētiam esse formaliter inhærentem suo subiecto, & perficientem suum subiectum, non propter motum localem, quia illa non mouet, sicut forma materialis quæ mouet mediāte aliquo instrumēto corporeo. non .n. mouet intelligētia orbem manu, aut pede, nec propter appetitum, quia intelligentia de virtutibus animæ non habet nisi intellectum, & virtutem desideratiuam ꝑ quæ mouet in loco, modo intelligētia in intelligendo, & appetendo nō dependet ab orbe, nec ab aliquo in corpore existente, nec vt à subiecto, nec vt ab obiecto, & ita nulla est causa quæ cogat intelligentiam præcipue primam, quæ est Deus gloriosus esse formam formaliter inhærentem orbi. accideret enim ipsam moueri per accidens ad motum sui subiecti quod negant Philosophi, & præcipue Auer. 8. physic. com. 52. & ista non possunt negari nisi à proteruientibus contra veritatem. Dicamus igitur, ꝙ licet cęlum moueatur ab intelligentia tanquā à principio extrinseco, non propter hoc motus cœli est violentus, sed ē naturalis, vel quia orbis motus aptus natus ē moueri illo motu. Vnde violentum. 3. ethi. cap. 2. est cuius principium extrinsecū est nihil ꝯferente eo, cui vis affertur, qđ non est in ꝓposito, quia nā orbis apta ē moueri nāliter motu circulari. qa cuiuslibet corporis nālis simplicis est vnus motus naturalis simplex. Vel est naturalis ex parte intelligentiæ quæ est anima, & forma eius modo declarato. nam vt inquit Cōm. primo cœli. com. 5. formæ abstractæ secundum ꝙ sunt formæ abstractæ innatæ sunt, vt illud quod ab eis mouetur sit corpus,

D

E

Opi. propria.

F

R ij neq;

G neq; graue, neque leue, ficut innatæ sunt, vt motum ab eis sit rotundum, & sicut innata est forma ignis, vt habeat materiam propriam, & quia talis intelligentia semper innata ē mouere cęlum motu circulari, ideo motus ille est naturalis, licet ipsa non sit forma perficiēs, immo vt sic est principium separatum, & extrinsecum, licet vt mouet sit coniuncta, & appropriata suo orbi, quod pręcipue locum habet de omnibus mouētibus orbes inferiores, quia prima intelligentia est forma communis totius cęli, vt supra declaraui quomodo cęlum componitur ex duobus motoribus iuxta duas solutiones datas p Auer. vbi supra. Mot⁹ igit̃ ab extrinseco motore non semper mouente, vel motus ab extrinseco motore in mobili non habente inclinationem ad talem motum, dicitur esse violentus, & sic debet intelligi propositio proposita in via Peripateticorum.

H

Sūma totius limitationis.

Et iuxta hoc patet solutio ad obiectionem illius viri, qui dicebat, ꝙ si intelligentia non esset forma dans esse cœlo motus cœli esset, sicut motus, qui ē respectu aggregati ex plaustro, & bobus, & sicut ille motus est violentus simpliciter, quia est ab extrinseco motore, ita esset de motu cęli pro aggregato ex intelligentia, & orbe, patet quòd est magna diuersitas. nam alia longe ratio est, tum ex parte formæ, tū etiam ex parte materiæ, vt satis clare patet consideranti. nam vt inquit Alber. cognomento Magnus, primo cœli, super expositione tex. com. 10. motus circularis duo requirit, quorum vnum est, vt mobile non habeat inclinationem naturalem nisi ad motum circulationis, & hęc aptitudo conuenit sibi ex rotunditate suarum superficierum. Alterum autē est motoris simplicitas, q vniformiter se habeat ad partes eius quod mouetur, cum tale nullius corporis sit actus, & cum non potest moueri per accidens aliquo modo ratione cuius diuersimode disponeretur ad motum. non sic autem est aptitudo naturalis ī plaustro, vt vehatur à bobus. nec boues sunt innati semper mouere plaustrū sicut intelligentia semper est innata mouere circulariter orbē, quia motus circularis est motus aīæ, vt dicit Cōm. 2. cap. de substantia orbis.

I

Alb. Mag.

K

L

PROPOSITIO LXXI.

Media sunt composita ex extremis.

Animaduerte, ꝙ mediū est duplex, quoddam est mediū sm̄ cōparationem, sicut dicimus ꝙ aer, & aqua sunt elementa media inter ignem, qui est simpl̄r leuis, & inter terrā quę est simpliciter grauis, & de talibus medijs in comparatione sola existentibus proposita propō veritatem non habet, vnde aer, & aqua nō sunt cōposita ex igne, & terra, nec ex leuitate ignis, & grauitate terræ, vt manifestum est. Similiter etiam hoc modo anima intellectiua ē media inter abstracta, & materialia illo modo. Similiter elementa secundū Cōmen. 3. cœli com. 67. illo modo dicuntur media inter substantiam, & accidens. quia in aliquo assimilantur substantijs, & in aliquo accidentibus, non quia forma elementalis sit realiter composita ex natura substantiæ, & ex natura accidentis, sicut conatur dicere Plusq̄ com. in primo microtechni. com. 15. contra

Mediū est duplex.

M

Cõtra Tru sianum.

A tra Auer. nam inquit, cũ media sint eiusdem generis, cum extremis si ele menta sunt media inter substantiã, & accidens, tunc substantia, & accidens essent eiusdem generis, nõ animaduertit autem hanc æquiuocationem, quia in medijs in sola comparatione dictis, aut consistentibus, nõ oportet ꝙ media, & extrema sint eiusdem generis, sicut forma elemẽti est medium solum secũdum com parationem. nam inquantum facit hoc aliquid est substantia, & participat naturam, & conditionem substantiæ, sed inquantum intenditur, B & remittitur, sic assimilatur accidentibus. Alia autem sunt media absolute non ex comparatione dicta, & talia sunt formaliter composita ex extremis, vt tenet Cõm. & sic colores medij componũtur ex extremis, vt patet. 5. physico. com. 52. & alibi infinities, & talia media, & extrema sunt eiusdem generis. Et aduerte, quòd tale medium secundum compositionem est duplex. Quoddam enim solum differt ab extremis ſm magis & minus, vt tepidum dicitur esse medium inter calidum, & frigidum. Et quoddam est medium ſm C formam, seu qualitatem, & tale specie differt ab extremis, & isto modo mixtũ potest dici medium inter ele menta ex quibus componitur. Distinctio prima est Auerr. in. 4. cœli com. 26. Distinctio autem secunda est eiusdem in. 6. physi. com. 32. & in. 3. metheor. in cap. de iride, expresse ponit eam dicens, medium est secundum duas species. Vnum eorum secundum veritatem, & secundum prius, & est medium inter contraria cuius esse consistit in complexione duarum extremitatum, & ipsum se

Medium ſm cõpõnẽ duplex

cundum quidditatem est diuersum D à duabus extremitatibus. Secundũ autem dicitur similitudinarie, & secũdum posterius, & est medium inter duo contraria ſm quantitatem tãtum, & diuersificatur ab extremis secundum magis, & minus. Et nota, ꝙ loquendo de medio secundum formam, non oportet, vt trãsiens de extremo ad extremum pertranseat per omnia talia media secundum formam, quæ specie distinguuntur ab extremis, sicut notabiliter scribit Auer. in. 2. de anima. in tex. cõmen. 105. quemadmodum albedo non transfertur ad nigredinem, aut ecõ- E uerso, nisi mediate aliquo colorum mediorum. in aliquo igitur trãsfertur mediante charopo, & in aliquo mediante chiano. Non. n. est necesse, vt trãslatio in extremis fit per oĩa media. Ex hoc soluitur Achilles vo lentium probare dari æquale ad pondus, sicut fuit Thomas de Garbo in summa sua tractatu. 2. de complexionibus in. q. 5. vbi tenet dari mixtum æquale ad põdus, quo ad qualitates alteratiuas, videlicet, ꝙ non possit dici plus calidum, quàm frigidum, nec plus humidum, quàm siccum, inquit. n. nulli dubiũ, ꝙ secun- F dum communem viam in homine plus abundat calidum, quàm frigidum, & ꝙ in prædicto subiecto potest caliditas paulatine corrumpi in tãtum, ꝙ frigidum erit plus calido, & semper inquit. loquimur de complexione mixti, quæ est vere mediũ. secũdum formam igitur necessario in tali motu calidum non abundat supra frigidum, nec econuerso. Similiter sepum à prædominio est humidum, & paulatine exiccatũ cum comburitur non solum per resolu-

Arg. Tho. de Garbo.

 tionem,

G tionē,sed etiā per qualitatem intantum quod fit cinis,clarum est, quòd prædictus cinis,est plus siccus,quàm humidus. Et quod est mixtum, & non elementum purum, & per consequens complexionatum: & quod non erat in actu,in ipso sepo. Ergo oportuit in aliquo instanti in præterito motu humidum adęquatū fuisse sicco. Dicimus nos,quòd licet in aliquo instanti medio in tali transitu a calido ad frigidum,& ab humido ad siccum. istæ qualitates cōtrariæ sint adæquatæ in gradu, tamen ibi non resultat vna forma media,

Solutio argumenti.

H nec durat illa adęquatio nisi per instans. Sed contra istam solutionem, instat præfatus doctor, quia ista est melior quæ dari potest dicens,ꝙ ista responsio non valet,quia in quocunque instanti potest terminari motus. Secundo, quia cui repugnat esse,& est impossibile eē,repugnat pro omni mensura. Si igitur ex natura mixtionis,vt ipsi deducunt impossibile est esse æquale ad pondus, impossibile erit ipsum esse pro quacunque mensura. Dicimus nos, quòd rationes istæ sunt logicæ. non enim procedunt ex proprijs principijs na-

Replica eiusdem.

Solutio.

I turalibus,sed sunt rationes imaginariæ,licet enim in quocunque instanti possit terminari motus alterantis aliquod alterabile ad aliquam formā, non tamen in quocunq; instanti potest forma aliqua induci. Nam vt inquit Princeps in secunda Fen,primi,primo cap. Nō omnis causa quę corpori aduenit in ipsum operatur, immo præter hoc tria sunt necessaria,fortitudo,scilicet suæ virtutis agentis,& fortitudo virtutis præparatiuæ corporis,& possibilitas permittendi vnum tangere aliud tāto tempore,vt in tali qualę illud possit prouenire operatio in aliud. vnde Arist. secundo cœli & mundi.tex.com.39. vniuscuiusque actus determinatum est minimum tempus ad non excedere. Amplius autem ignorare videtur modum quo fiat mixtio. Nā Arist. in fine primi de generatione, & corruptione. tex.commen.89. inquit. Quando autem potentijs adęquantur æqualiter,tunc transmutatur vtrunq; indominans in sui ipsius natura,nō generatur enim alterum, sed medium commune, & eandem sententiam repetit in secundo de generatione,& corruptione, in tex. cō. 48. & Auer.in com.inquit. Modus secūdum quem mixtio fit,dictus est superius,& quæ sunt miscibilia,& ꝙ mixtio contrariorum est quando alterum nō dominatur simpliciter super alterum, neq; habent æqualem potentiam. Si enim potentia fuerit simpliciter dominata corruptio erit dominati,& generatio erit domināntis. Et si æquales fuerint potentiæ, tunc non fiet altera forma,sicut declaratum est in quarto metheor. & cum potentia alterius cōtrariorum non fuerit dominās simpliciter, sed dominans dominati generabitur ex eis aliquod medium. Sed tamen declinat ad partem dominātis. Et ideo, hoc medium cum eo quod est declinans ad alterum duorum extremorum habet aliquam latitudinem recipientem magis, & minus. Et ex hoc apparebit etiam impossibile esse aliquam complexionem temperatam esse,quam posuit Galen. scilicet temperantiam quæ est secūdum extrema, quia posuit complexionem temperatam ponderalem non in temperantia quæ est secundum

K

L

M

Cōtra ponentes cō plexionē pōderalē.

extrema

A extrema complexionis speciei, idest ad iustitiam de qua considerat medicina. idem habet Auer. in secundo Colliget. ca. vltimo, vbi patet secundum naturã dari non posse complexionem æqualem ad pondus in natura existentem, & si cõtingit contraria æquari hoc est solum per instans. Ad aliud respondetur, ꝙ illa ꝓpositio assumpta per ipsum quod repugnat alicui pro aliqua mensura, ita ꝙ impossibile est inesse illi, tũc repugnat sibi pro omni mensura vera est, vbi illa repugnãtia fuerit gratia formæ, seu essentialis: fallit autem
B vbi repugnantia fuerit accidentalis, & ratione materiæ, verbi causa homini essentialiter repugnat esse irrationalem, & ideo pro quacunque mensura hoc sibi repugnat, siue sit tempus, siue sit instãs, tamen homini puero repugnat sibi generare, nõ tamen repugnat homini pro quacunq; mensura posse generare, quia competit sibi in ætate perfecta. Similiter homo in articulo mortis nõ potest ridere, non tamẽ impossibile est homini in quacunque dispositione alia posse ridere, licet enim hõ semper risibilis est, nõ tamen homo semper
C potest ridere. Differt.n. potentia ab aptitudine apud sapientes, sicut dicit Auic. in. 6. naturalium particula. 4. cap. 5. Ita etiam in proposito in illo instanti medio, vbi fm casum argumenti qualitates extremæ sunt æquales in gradu, non potest resultare complexio media, quia oportet, ꝙ vna sit dominãs, & alia dominata, & in complexione mixti perfecti oportet actiuas dñari passiuis, & ideo in illo instãti non põt esse forma media, non.n. in quacunq; mẽsura agens põt in materia introducere determinatam formã, sicut supra dictum fuit, ista aũt repugnãtia
D non est essentialis, quia insequit dispositiones materiales, vt patet consideranti. vnaquæq;.n. forma requirit determinatas dispositiones, & fm qualitatem, & secundum quantitatem, vt sciunt Philosophi.

Ex hoc nota aliam ꝓpositionem, quod medium potest esse vnum inter extrema, & possunt esse plura, & possunt esse infinita, nam medium punctuale quod mathematice cõsideratur sit semper vnũ est inter duo extrema, sed mediũ naturaliter est duplex. 6. physi. 32. com. secundum formam, & est specie distinctum ab extremis ad quod motus terminari potest, & tale ẽ finitum, quia species formæ sunt. aliud est differens secũdum magis, & minus ab extremis, & non retinet motum, & est in potentia, & tale est multiplicabile in infinitum, vnde nõ semper vera est propositio, quòd extrema sunt plura, quàm media, vel quòd vnum est mediũ inter duo extrema, quia est multiplicitas, vt vides. ADDI.
E

PROPOSITIO LXXII.

Medium est in quod prius mutat mutans, quàm in extremum.
F

PRopositio ista solet sic allegari, & in propria forma scribitur. in quinto physic. medium est in quod aptum natum est primum pertingere mutans, quàm in quod vltimum mutat secundum naturam cõtinue mutandum. Vbi animaduerte quòd medium apud arabes dicitur inter, vbi enim litera nostra habet mediũ, litera translationis Arabicæ habet inter. Et ita dicit Auer. in commen.

G quod interest necessario de natura eius ad quod est motus, idest de natura termini motus, quoniam si motus fuerit in loco inter: idest mediũ erit primus locus ad quem motum mouetur. Et similiter si motus fuerit in qualitate, tunc inter erit prima qualitas ad quam transmutatur transmutatum. Animaduerte vnũ quòd diffinitio ista data de medio non secundum vnam rationem vniuocam competit medijs cuiuslibet motus, & ista est causa difficultatis, & cõfusionis: vnde Auer. inq. t. quod diffinitiones rerum ambiguarum. i.

H multipliciter dictarum difficile assignari possunt, eo q a appropinquant ei quod non habet naturam cõmunem, & ideo latet, & diffinitio communis declarat hanc naturam communem, & huiusmodi diffinitiones difficile inueniũtur per regulas dantes diffinitionem, quæ sunt diuisio compositio, & demonstratio. 4. phy. com. 2. sic in proposito contingit. Nam medium, vt scribit Commen. in. 4. cœli & mundi com. 38. in motu locali differt à medio in motu alterationis. Contrarietas. n. inuenitur in forma. i. in qualitate, & in loco æ-

I quiuoce, scilicet q duo loca contraria debent esse contraria in formis, & in locis. Contraria autẽ quæ sunt in alijs prædicamentis, sunt duo in forma, & non duo in subiecto, & cũ ita sit, & contraria quæ sunt in loco, sunt duo in forma, & duo in subiecto econtrario contrarijs, quæ sunt duo in forma, & vnum in subiecto, & cum ita sit, & medium debet habere intẽtionem duorum extremorum secundum viam diminutionis necesse est, vt mediũ in loco habeat duas intentiones ɔ̃trarias in forma, & ĩ subiecto. Vnde necesse est, vt me- K

dium inter duo loca contraria habeat aliquam cõtrarietatem in forma, & in subiecto. Vnde necesse est, vt diuidatur in duo loca quæ nõ numerantur nisi propter numerationẽ subiecti. Alia vero contraria in alijs prædicamentis quæ sunt vnum in subiecto, & contraria secundum formas medium fuit in eis vnum in subiecto, & duo fm formã, & ideo fuit possibile, vt inter duo contraria ista inueniretur vnum mediũ, aut plusq̃ vnum. Medium autem quod est in loco est impossibile, vt sit vnũ in subiecto. Quoniam si esset vnũ in su- L

biecto non inueniretur in eo cõtrarietas, quæ est in extremis, quemadmodum inueniretur in medijs quæ sunt inter extrema contraria, cõtrarietas. n. quæ est ĩ extremis, quę sunt in loco est in subiecto, & in forma. Vnde necesse est, vt contrarietas existens in medio sit in forma, & in subiecto fm viã diminutionis, & ideo necesse est, vt locus medius diuidat̃ in duo loca, quorum vnus est quasi forma, & alius quasi materia, & hoc manifestũm est ei, qui bene considerauit. hæc Cõmen. Ex quibus clare elicitur, quòd medium in qualitati- M

bus est cõpositum ex extremis refractis formaliter remanẽtibus in eo, vt patet. 5. phy. 5. 6. 19. & 52. cõmentis. non sic aũt est de medio in motu locali. Vnde animaduerte q ita etiam cõtingit de diffinitione motus quod illa nõ vniuoce dr̃ de omni motu, sed fm prius, & posterius, & hoc est ad qd non aduertunt plerunq; Doctores, qui infinitas quæstiones agitant circa hoc de contrarietate, & de continuitate, & de diuisibilitate inuentis in motibus, credentes omnia ista

Nota errores multorum.

A ista secundum vnam, & eandem rationem competere motui locali, & alijs motibus, cum tamen sit maxima diuersitas. Nam patet, quod contrarietas in motu locali est secundum formam, & secundum subiectum, sed contrarietas in motu alterationis est secundum formam tantum, & non secundum subiectum. Similiter contrarietas in motu locali circulari latet: vt dicit Com. 1. cœli & mundi. com. 86. quia est ab eodem in idem, & non de contrario in contrarium, sicut est motus localis rectus, licet aliquo modo etiam in motu circulari possumus imaginari co-
B trarietatem non ratione totius, sed ratione diametri, vt patet. 1. cœli. com 87. vnde Com in com. inquit. quod stella in vno extremo dicitur ascendens, & in altero descendens, & ascendens dicitur contrarium occidenti. Et ita vlt etiam est de continuitate, & regularitate motus, quod illa proprie reperitur in motu locali, qui solus pot esse vere continuus, & vere regularis, vt fuit ostensum in. 8. phy. a tex. com. 55. vsq; ad tex. com. 60. Vnde Auer. in. 3. physic. comen. 6. & in. 8. physi. com. 23. tenet, quòd motus augmenti, qui est in animalibus, &
C plantis non est vere continuus, sed est compositus ex pluribus motibus, & pluribus quietibus, & ita etiam contingit in alteratione, vt patet in octauo physicor. tex. com. 23. licet enim Arist. in quinto physic. dixerit, quòd motus, & vnius motus, & continuus motus conuertuntur: & in. 6. physi. quòd motus diuiditur secundum diuisionem mobilis, & temporis, tamen in sexto, & quinto determinauit de motu in communi, non applicando ad aliqua mobilia determinata, & ideo ea quæ ibi de motu tractauit accipienda sunt secundum communitatem motus, cum mot' sit de natura continui. vnde vt supra declaraui in proprio Theoremate, aliquæ sunt causæ quæ quodammodo sunt naturales, & quodammodo sunt mathematicæ, in ratione enim continui multa sunt in quibus concordat naturalis cum geometra. In octauo autem physicorum, & in alijs libris Arist. considerauit motum applicando ipsum ad mobilia determinata per aliquam formam specialem, in quibus contingit aliquem motum interrumpi, & non continuari, qui secundum rationem communem mo- E
tus potest esse continuus: vnde aliqua possunt alicui competere secundum rationem communem: quę tamen repugnant secundum rationem specialem. Nam cœlum potest quiescere inquantum corpus, sed non inquantum cœlum, vt dicit Com. in 7. physic. com. 2. & motus inquantum motus potest velocitari in infinitum, & tamen nullus motus est, qui sit velox in infinitum. 6 physicor. com. 15. Eodem modo est de diuisibilitate termini motus. Nam motus localis, & motus augmenti sunt ad terminum per se diuisibilem, sed F
motus alterationis est ad terminum diuisibilem per accidens, vt patet. 6. physic. tex. com. 32. & 39. Et ideò frustra laborat, qui volunt ista quæ in motu reperiuntur esse vnius rationis vniuocę, cum hoc inueniri non possit. vnde in simili Aristo dixit de diffinitione animę in secundo de anima. in tex. commen. 30. Ridiculum est quærere communem rationem in his, & in alteris, quæ nullius erit eorum quæ sunt propria ratio, neque secundum propriam, & indiuiduam

G quam speciem dimittētes huiusmodi. Et ideo cum diffinitio motus non dicatur vniuoce, ea quæ pertinent ad motum non sunt vnius rationis vniuocę in omni motu,& hoc est quod multos decepit.

PROPOSITIO LXXIII.

Frigiditas non ingreditur opus naturæ.

Instātia super propositione. Famosa satis est propositio,& passim allegata, sed si vera est opinio Auerro.7. primæ philosophiæ. com.31. vbi habet,ꝙ idem est agēs disponens materiam,& inducēs formam, H fallit in generatione simplicium,quia si agens generet ex aere aquam,sicut contingit in transmutatione substantiali qua vnum elementum transmutatur in aliud, tūc frigiditas cum disponat materiam, eadem inducit formam. Limitatio propōnis. Bene verum est quod ī mixtis,& vegetabilibus,& animalib⁹ calor est dator formæ.vnde Cōm.12.primæ philosophiæ, com.18. inquit. Calor solis,& stellarum diffusus in aqua, & terra generat omnia etiā sine semine nata. Calor dupliciter. Vbi aduerte, quòd calor dupliciter considerari potest,videlicet in- I quantū calor est absolute,& inquantum est naturalis. Si consideretur inquantum calor absolute,sic habet congregare homogenea prima intentione, & segregare heterogenea secundaria intentione. Nam vt scribit Cōm.in secundo de generatione & corruptione.in com. octauo congregatione homogeneorum accidit segregatio heterogeneorum, & idē scribit.3 cœli, com.74.vt sic autem calor habet dissoluere. Sed calor inquantum naturalis,seu cœlestis habet virtutem formatiuam vniuscuiusq; naturæ respectu cuius natura- K lis esse dicitur, vt sic enim in eo est virtus cœli,& motorum cœlestium, & vis complexionis,siue formæ illi naturæ quam format, sicut in calore seminis plātæ,vel animalis est vis formatiua plātæ vel animalis,& eodem modo est in mineralibus,& ca lore eorum.vnde opus caloris est educere formam de potētia ad actū vnde sine dubio ad formam introducendā non operatur nisi calor in oībus compositis,siue sint mineralia, & lapides, siue plantæ, & animalia, sed frigiditas nihil operatur ad formā speciei,& ideo Philosophis nuncupatur qualitas mortificatiua,Ta- L men operatur ad id quod subiicitur formæ,quia operatur ad constantiā partium materiæ ne à calore dissoluantur,& ideo adunādo partes continet figuras,& formas rerum generandarum , & hoc verum est de frigido complexionali quod est secundum proportionem naturæ, & substantiæ mixti, & hoc verum est secundum Peripateticos,licet Plato,& Auicen.huiusmodi formas aliunde in materia deriuari opinentur,vt dicit Albertus in quarto methcoror. Alio etiam modo limitatur proposi M tio per Auer. in eodem loco,quod videlicet,frigiditas per se nō operatur Alia limitatio. ad formam,tamen per accidens inquantum cōtemperat calorem, qui est causa per se dans formam, potest & de facto concurrit frigiditas in operationibus naturæ illo modo, quia contemperando calorem reddit ipsum proportionatum actionibus naturæ.vnde sic per accidens, & secundaria intentione cooperatur, sic glossat Auer.4.meteor. in digressione, & in.2. de partibus animalium,

in

A in capitulo de cerebro, & est manifesta sententia Aristotelis ibidem, capitu. septimo, qui vult cerebrum non esse membrum principians aliquam virtutem, sed solum sui frigiditate institutum est à natura ad hanc vtilitatem ad contemperandum calorem cordis: vnde animalia, & homines parui capitis, sunt naturaliter iracundi. Et in animatis maxime verificatur proposita propositio, nam Aristotel. in libro de morte, & vita inquit, quod anima omnia mediante igne operatur, & idem dicit in secundo de a-

B nima. quòd anima omnia calore operatur, vnde omnes operationes, & naturales, & vitales, & animales procedunt ab anima mediante calore naturali, qui est instrumentum animæ deseruiens ipsi animæ, pro omnibus istis operationibus.

Calor nălis dupl̃r. Sumitur autem calor naturalis, quandoque pro qualitate, & quandoque pro corpore calido sicut notat. Galen. in prima particula separatorum sermonũ super illo aphorismo. Ventres hyeme, & vere calidissimi sunt natura. quando autem Philosophi, & sapientes dicunt ca-

C lorem naturalem esse primum motum in animalibus ab anima, & esse vniuersale instrumentum animę pro omnibus operationibus, intelligunt calorem, pro calido corpore, & quia anima nõ habet aliquod frigidum corpus, quod isto modo sit instrumentum animæ pro omnibus operationibus, sic intellexerunt sapientes in theorica medicinæ istam propositionem, quæ dicit, quòd frigiditas non ingreditur opus naturæ, rectius autem dixissent opus animæ, & hoc per se, & primaria intentione non secundaria, sicut iam clare audiuisti.

PROPOSITIO LXXIIII.

Rationibus dialecticis Aristoteles dupliciter utitur ad exercitandum, & sic inducit eas ante rationes necessarias, & demonstratiuas, quandoque uero ad confirmandum, & sic inducit illas post demonstratiuas.

ADDI. E Aduerte & qđ. 3. mõ utitur Arist. sermonibus dialecticis in locis in quibus nõ põt inducere sermones demratiuos, ita d Cõ. 1 de aĩa. cõ. 65.

Sententia ista est Auerro. in primo cœli, & mundi commen 85. vbi nota iuxta sententiam eius in tertio metaphysico commento primo ꝙ consuetudo Aristot. est in omnibus arduis, & difficilibus quæstionibus inducere sermones disputatiuos, qui affirmant, & negant idẽ, quia nullus scit quantum sint difficiles, nisi sciat eas per sermones disputatiuos, & ita fecit Aristoteles in tertio metaphysicor. vbi examinat omnes quæstiones difficiles spectantes ad illam scientiam ad vtranque partem per rationes dialecticas. In aliis autem quæstionibus, quæ non sunt tantæ difficultatis, inducit rationes dialecticas post demonstratiuas, vt inquit vt faciat conuenire, id est vt id quod est verum in se per rationem veram conueniat etiam sensui, quæ rationes sunt probabiles, ita notabiliter scribit Commenta. primo cœli. & mundi. commento. 22. Sufficientia quando fuerit per rationem veram demonstratiuam, erit complementum illius. Pro quo aduerte ꝙ in doctrina Auer sermo sufficiens est terminus multiplex, nam quan-

Sufficiẽtia multifariã sumit apd Auer.

¶ quandoq; sumitur pro ratione rhetorica, quæ est minoris fidei, quàm sit ratio dialectica. nam rhetores nõ vtuntur syllogysmo, nec inductione, sed loco syllogismi vtuntur enthymemate, & loco inductionis vtũtur exemplis, vnde Aristot. in libro rhetoric. inquit, quòd rhetorica est assecutiua dialecticæ, sic sumpsit Cõmen. sermones sufficientes in 2. cœli, & mundi. comm 34. &. 3. de anima. commen 36. vbi colligitur, ꝙ sermones sufficientes sunt infra probabiles. vbi dicit exagitando illam rationem Themistii, quæ erat per
H locum a minori ad maius, inquit. & iste sermo, aut fiet, ita quòd intellectus materialis est corruptibilis, aut non corruptibilis, scilicet separabilis, aut non separabilis, secundum autem opinionem dicẽtium, quòd intellectus materialis est virtus ĩ corpore, & generatus, iste sermo erit sufficiens quoquo modo non probabilis. vnde sic intelligitur dictum ejus contra Auicen. in. 12. metaphy. suæ commen. 5. ꝙ omnes viæ eius, quas inuenit ad probandũ primum motorem esse præter viam motus, sunt
I sufficientes quoquo modo, & si eẽnt veræ essent numeratæ in metaphysica, &. 1. physicor. com. vlti. contra eundem. Certior illorum sermonũ quibus vsus est non pertransit ordinem sermonum probabilium, hoc est dictũ, non ascendunt ad illũ gradum fidei, & certitudinis ad quem ascendunt sermones ꝓbabiles, quia sermones sufficientes sunt infra probabiles. Quandoque vero sumitur sufficientia pro certitudine, & sermo sufficiens pro ratione necessaria & demonstratiua, sic sumpsit Commen. 1. cęli commen. 24. vbi inquit, & intelligitur hic per sufficientiam K fidem perfectam non abundantiam existimationis, nam textus translationis arabicæ habet ibi. Et potest cõsiderans sufficere ex multis, vbi litera nostra habet, ex multis vtiq; quis accipiet fidem. Quandoq; vero sumitur sermo sufficiens pro ratione completa, quæ omnia complectitur ita ꝙ nõ est diminuta, quia aliquid prætermittat, sic sumpsit Auerr. 12. metaphy. com. 18. vbi dicit. Them. autem dicit sermonem non esse sufficientem, quia fuit oblitus animalia sine semine. Quandoq; vero L sumuntur sermones sufficiẽtes pro rationibus, quæ procedunt ex his, q̃ sensu videntur, & sunt propinquæ veritati certæ. Sunt enim aliquę ꝓpositiones vt dic. Abumazar, quæ licet non inducant ad primæ certitudinis ordinem, tamen nullus sensus contradicit eis, & isto modo sumitur in. 1. cœli. commen. 22. in allegata auctoritate, videlicet sufficientia, quando fuerit sustentata per rationem demonstratiuam erit complementum illius, & isto modo possumus exponere dictum Auer. in præfata auctoritate, in. 1. cœli. com. 85. M ꝙ quando vtitur dialecticis post demonstratiuos est, vt faciat conuenire, quia istæ rationes dialecticæ, quę adducuntur post demõstratiuas ꝓcedunt ex propositionibus sensatis, & experimentum sermonum verorum est, vt cõueniat sensatis, vt dic. Commen. 8. physi. com. 22. &. 1. cęli, & mundi. com. 22. Alio modo exponere possumus quod Arist. adducit quandoq; post demonstratiuos sermones dialecticos, vt faciat conuenire, idest vt super conclusione illa assentiant omnes gentes, vel maxima

A maxima pars. Nam vt ſcribitur in 2. metaph. comm. & tex. 15. Aliqui quærunt ſermones demonſtratiuos & maximam certitudinẽ, & iſta eſt natura philoſophorum. Aliqui vero quærunt rationes probabiles, & hi, vt inquit Ariſt. ibi teſtem dignātur adduci poetam, & Auerr. inquit ibi in comm. ꝙ accidit quibuſdam hominibus per naturam, quod non poſſunt pertranſire ſermones probabiles, & demonſtratiuos, & iſti cū concedunt prima intellecta non cōcedunt ea, niſi inquantum ſunt famoſa. Ita ꝙ ſi acciderit, quod contra B ria eorum ſunt famoſa concedent illa. Sed tunc inſurgit maxima difficultas contra prædicta, quia quando duo effectus ſunt incompoſſibiles in eodem, etiam cauſæ erūt ſimul incompoſſibiles in cauſando, quia non poſſunt ſimul cauſare, quia altera cauſante, altera nō cauſabit impedita fortiori cauſa illius. Cum igitur ſcientia, & opinio ſint incompoſſibiles habitus ſimul ī eodem, & de eodem, ſi aliquis primo habeat opi- C nionem de aliqua concluſione, & ſuperueniat demonſtratio corrumpitur opinio, ſi enim ambæ cauſæ in eodem, ſcilicet medium dialecticū, & demonſtratiuum fuerint, dialecticum nihil faciet impeditum a demōſtratiuo, ita ꝙ nunquam effectus erunt ſimul, nec cauſæ ſimul cauſabunt. Et ita tenet Scotus in. 3. ſentētia. diſtinct. 24. quæſtio. vnica, qua quærit, vtrum de credibilibus reuelatis poſſit aliquis ſimul habere fidē, & ſcientiam in ſolutione argumentorum principalium. Sed iſta opinio omnino tuta non eſt, nam licet verum ſit, quòd vbi ītellectus prius per mediū dialecticum habuit opi-

Ardua difficultas.

Opio Sco.

Impugna.

D nionem de aliqua concluſione, quę opinio eſt cum formidine de oppoſito, & ſuperueniente medio demōſtratiuo per quod paritur ſcientia, tunc oportet opinionem corrumpi, quia ſcire eſt rē per cauſam cognoſcere propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & quod impoſſibile eſt aliter ſe habere. Tamē vbi aliquis ſciuit aliquam concluſionē per demonſtrationem, per quam acquiritur ſcientia, ſi ad eandem concluſionem adducatur ratio dialectica, dicemus ne ſcientiam illam corrumpi, quæ fuit aggenerata per demonraſtionem? certe non. Nam E Commen. vult in præfatis locis, qđ rationes dialecticæ poſt demonſtratiuas adducuntur ad confirmandū.

Et tunc reſtat quæſtioni locus, vtrum in tali caſu iſtæ rationes aggenerant opinionem, aut ſciētiam, non ſecundum, quia ſunt dialecticę. ſi primum ergo ſtabit ſcientia cum opīone, quod eſt falſum. Forte dices, hoc nō poteſt contingere reſpectu vni⁹, & eiuſdem hominis, quod aliquis prius ſciens aliquam cōcluſionem per demonſtrationem, & nō oblitus acquirat opinionem per ſyl- F logiſmum dialecticum. Contra, quia Ariſtot. infinities hoc facit in vna met concluſione in eadem parte ſcientiæ, quod vbi demonſtrauit illam, deinde confirmat eandem p rationem dialecticam. Et ideo videtur eſſe dicendum, quòd rationes dialecticæ non ſemper aggenerant opinionem, quæ eſt cum formidine ad oppoſitum, intelligendo præcipue illas eſſe rationes de numero dialecticarum, quæ vt ſupra habitū eſt, procedunt ex propoſitionibus, quæ ſenſui videntur, & ſunt propiu quæ

Reaſſumptio dub.

Euaſio

Impugna.

Solutio vera prima.

G quæ veritati certe, vt dicit Côment. 1. cœli. cô. 22. Aut aliter dici potest, ꝙ rationes dialecticæ qualescunque non semper aggenerant opinionem quę est cum formidine ad oppositũ, quia actus actiuorum sunt in passo disposito, & ideo quando passum fuerit prædispositum per actionẽ superioris agentis, non potest recipere actionem debilioris agentis eodem modo quo si prędispositum nõ fuisset, & maxime quando talia agentia sunt diuersa, & diuersorum effectuũ productiua, vnde quemadmodũ cõtingit in actione reali quod actio alicuius agentis quando tale fit instrumentum alterius speciei variatur, sicut ignis qñ fit animæ instrumentũ habet multas operationes specie differentes a seipso, dum erat agẽs principale, sicut patet ex. 2. de anima. tex. com. 41. vbi dicitur ꝙ augmentum ignis, vt principalis agẽtis crescit in infinitum apposito combustibili, tamen dum ignis concurrit in animalibus, & plantis vt concausa, & vt instrumentum agit secundum exigentiam animæ, & operatur oppositum illius quod operabatur dum ageret tanquam agens principale, quia sic I ducit ad determinatum finem, & terminum notum in natura. quandoquidem omnium natura constantium determinatus est numerus magnitudinis, & augmenti. Ita videtur mihi ꝙ contingat in actione spiritali, quod aliqua ratio dialectica dum principaliter affertur sup aliqua conclusione variatur in sua actione, quãdo adducitur ad eandem conclusionẽ post demonstratiuam, quia tunc fit quasi instrumẽtum illius, semper enim respectus impfectioris ad perfectius, aut est respectus instrumenti ad agens, aut est respectus materiæ K ad formam, & instrumentum agit fm exigẽtiam principalis agentis, & materia disponitur fm exigentiam formæ. vnde quando aliqua conclusio prius innotuit intellectui per demonstrationem aggenerantem scire, quod est rem per causam cognoscere propter quam res est, & qm illius est causa, & quod impossibile est aliter se habere, impossibile est quod intellectus taliter dispositus acquirat per rationem dialecticã veram opinionem quę est cum formidine, nisi ille prior habitus scientificus deleretur per obliuionem, aut per aliquam L aliam viam. Sed dico tunc ꝙ tales rationes aggenerant oppinionẽ sine formidine. Vnde Auer. 1. cœli dicit ꝙ sufficientia quando non fuerit sustentata per aliquid, tunc est de modis propinquis veritati certæ.

Sol. a. 2.

ADDI. Pro hoc facit auctoritas Plat. in Gorgia q vult duplicẽ et fidẽ doctrinalẽ, & cre H dibiliũ doctrinalis ẽ scientis de mõstrati-uis, credibiliũ vero ẽ ex rõnib' persuasibilibus vt in rhetoricis, dialecticis.

Confirmatur auctoritate Auer, in 2. cœli, co. 1. & ex tex. ibidem, vbi Aristo. dicit ꝙ vltra rationes quibus demonstratum fuit in primo, sempiternitas, & ĩmortalitas cœli, vel pro vniuerso, vel pro corpore circulari fm varias expositiones ibi subdit. ADDI.

Et per opinionem eam quæ ab aliter dicentibus, & generãtibus ipsum. M Si. n. sic habere contingit, fm quem autem modum illi factum esse dicunt non coniungitur magnũ vtiq; habebit, & hoc momentum ad fidẽ de immortalitate ipsius, & sempiternitatem, vbi Commen. dicit ꝙ si aliquis inspiciat sermones Aristot. numerum sequitur impossibile, sed ad sermones antiquorum plura sequũtur impossibilia, & ideo taliter considerans acquiret maiorem fidẽ quã prius habuerit per rationem.

Cum autem fuerit sufficiẽtia sustentata

A ttentata per demonstrationes certas, erit complementum illorum sermonum, quia ex conditione sermonum demonstrabilium est conuenientia sensus, & est subtilis responsio sicut vides, quam subtilitas Scoti nō attingit. Et aduerte vnum quod est satis pulchrum in hoc proposito quod refert multum considerare aliquam rationem in se, & considerare illam in respectu ratiocinantis. Nā stat aliquam rationem in se absolute consideratam esse demonstratiuā, quia procedit ex veris, primis, prioribus, & notioribus, & causis cōclusio-

Nota.

B nis: quæ tamen propositiones licet in se sint necessariæ si apud aliquem sumantur tanquam probabiles, non aggenerabunt in illo scientiam sed opinionem, vnde scribit Comment. in 2. meta. com. 15. quod aliqui nō recipiūt primo intellecta nisi inquā cum fuerint famosa. ita ꝙ si acciderit quod contraria eorum fuerint famosa negabūt ea, ad hoc. n. quod aliquis sciat, vt dicit Arist. in. 1. poster. non sufficit ꝙ demonstrationem faciat, sed oportet ꝙ sciat se demōstrare, vnde multi sunt dantes se sciētiis mathematicis, qui nesciūt naturā de

C monstrationis, & certū est ꝙ illę rationes apud tales nō aggenerant sciētiam, sed opinionem, est. n. multum difficile cognoscere se scire, vt inquit Aristo. eodem modō cōtingit quod ratio aliqua dialectica dum adducitur post demonstratiuam illa probabilia sumuntur apud talem sub ratione qua habent necessitatis aliquam participationem, inquantum habet aggenerare scientiæ complemētum, vt dic. Commen.

Est multū difficile cognoscere & scire.

ADDI. Confirmatur opinio mea auctoritate Plat. in Gorgia, qui vult. duas esse persuasionis species, quarum altera aggenerat scientiam, altera vero credulitatem, & fidem sine sciētia. D

PROPOSITIO LXXV.

Totum nihil aliud est quā suæ partes simul iunctæ.

SCribitur ista propositio ab Auer. 1. physicæ auscul. cō. 17. & in 4. et com 43. Quia autem totum est multiplex, ideo opus est distinctione, nā vbi est multiplicitas, ibi est confusio apud intellectum, vt patet. 1. cœli, & mundi in tex. com. 110. nam vt colligitur per Auer. 1. phy. com. 5. sunt E tres modi compositionis. Compositio speciei ex suis causis. Et compositio generis ex suis speciebus. Tertia autem est compositio indiuidui ex suis partibus sm sui qualitatem. Et ex hoc dedit intelligere quartū modum compositionis indiuidui videlicet, ex partibus sm quantitatem, partes. n. sm qualitatem in via Auer. sūt materia, & forma, quæ a nostris dicūtur partes essentiales, vt patet ab ipso 4. physi. com. 20. & 3. cęli cō. 12 partes autem sm quantitatem sunt partes integrales, vnde aliud est totum essentiale, & aliud est totum integrale. De toto autem, & partibus secun- F dum qualitatem dictis, aut de toto resultante ex partibus essentialibus, an realiter distinguatur a partib' in via Commenta. multi dubitauerunt, & Scotus in. 3. sen. distinct. 2. q. 2. tenet Auerro. fuisse istius opinionis, ꝙ totum essentiale non dicat tertiam entitatem a partibus simul iunctis realiter distinctam, cuius tamen oppositum demonstraui de mente eius in concordantiis Auer. super. 1. phy. in cōm. 17. per varias auctoritates, & ratio-

Tres seu quatuor modi cō pōnis.

G rationes,& ideo de hoc ad pręsēs nolo habere sermonem, uam vt inquit Gale.in.8.de inge.sani.ca.3.Scriptores qui omnifariam pauca cognoscētes in omnibus libris eadem pertractant imitandi non sunt, hoc.n.non est multa docere, sed multa scribere est,& multas chartas cōsumere cum possent paucas,& multum conterere tēpus vbi non oportet & Beatus Augus. inquit ꝙ afflictio animi est semper eisdem inuentis vti. Prætermisso igitur de toto essentiali quod indubitanter teneo sm Arist.& Cōment. dicere tertiam entitatem realiter di-

H stinctam a partibus,tunc propositio allegata glosanda ē de hoc toto qđ nihil aliud est q̄ suæ partes simul iūctæ,verum est constitutiue, & inregratiue,ex nullis.n.aliis causis intrinsecis componitur substantia composita demonstrata quàm ex materia, & forma. Loquendo tamen de toto integrali cōparato ad suas partes integrales teneo tale totum sm rem nihil aliud esse quàm suæ partes simul iūctæ, bipedale enim in re ipsa nihil alud est quam duo pedalia simul iūcta,& de hoc veritatem habet allegata propositio. Aduerte tamen ꝙ ta-

I metsi tale totum integrale non dicat tertiam entitatem realiter distinctā a partibus simul iunctis, dicit tamen aliud sm rationem etiam a partibus simul iunctis. nam tale totum respectu partium habet respectum formæ ad materiam,& partes ad tale totum habēt respectum materiæ ad formā, vt scribit Commen.in.7.meta.com. 33.& est etiam sententia Philosophi in.2.phy.in tex. com. 31. vbi partes tales,quæ sunt totius integralis reducit ad genus causæ materialis,modo si totum integrale a partibus non esset,neq; re, neq; ratione distinctum K non posset subire respectum formæ ad materiā,idem.n.oībus modis remanens idem non potest dici materia,& forma,vt clare patet intelligenti. Amplius hoc idem authoritate Arist.confirmatur,qui in 5.metaph. tex.com.19.inquit substantia vniuscuiusq; ꝙ semel, & ibidem subdit, ꝙ sex semel est sex nō est ter duo, neq; bis tria,& Auic.in.3.tract suæ meta. cap.5.dicit ꝙ decem non sunt nouē, & vnum,aut quinq;,& quinq;. Amplius Arist.7.meta.te cō vlti.inquit, syllaba non est elementa, nec idem est ba,quod b,& a, nec caro ignis, & L terra,quid clarius dici potuit in hoc?

Loquendo autem de toto quod est species,quæ componitur ex causis secundum imaginationem.s.ex genere, & differentia, & de toto quod est genus, quod est compositum ex speciebus secundum ponentes prædicata quidditatiua esse multiplicata ad multiplicationem formarum,vt tenuit Ioan.de Gandauo,talia tota sūt distincta a partibus etiam simul iunctis. Nos autem ponimus ꝙ talia tota secundum conceptum solum distinguuntur a partibus. vnde physicè loquendo,genus non est vna na- M tura sicut species. propter hoc enim Arist. in.7.phy.tex.cō.31. voluit in genere non posse fieri comparationes, quia in eo latent æquiuocationes,sed solum in specie atoma, quia species specialissima sumitur ab vltima forma,quę simpliciter vna est in rerum natura. Genus autem non sumitur ab aliqua vna forma, quæ sit in rerum natura, sed secundum rationem tantum,nō.n.est aliqua forma in rerū natura per quam homo est animal, alia ab illa secundū rem

per

A per quã homo est homo, omnes igitur homines conueniunt in forma, quæ constituit speciem, quia quilibet habet animam rõnalem, sed nõ est in homine, equo, & asino, aliqua anima communis, quæ constituat animal, quod est genus in quo conueniunt præter animam hominis, equi, & asini. nam si esset talis forma cõis, tunc genus esset vna natura, sicut species, & in illo possent fieri cõparationes. sed in sola consideratione, & abstractione intellectus est forma generis per abstractionem a differentiis, sic igitur genus est vnum
B fm logicam cõsideratationem, in quãtum dicit vnum conceptum prædicabilem vniuoce de pluribus speciebus. Nec est verum apud Peripateticos, quod quot sunt prædicata quiditatiua, tot sunt formæ realiter distinctæ in nã illis correspondentes. nam vt scribit Com. in. 7. primę philosophiæ. com. 11. prædicabilia substantialia sunt illa, quæ adunant cũ subiecto, & adunantur ad inuicẽ, & ista est opinio Arist. contra Platonem, sicut patet consideranti.

PROPOSITIO LXXVI.

C *Vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, eo quod sunt a sensibus remotissima.*

ARisto. propositio est in proœmio met. & communiter allegatur. Solet tñ glossari de vsibus in causando, quemadmodum est deus, & intelligentiæ, talia nãq; entia abstracta cum a sensibus sint remotissima, sunt difficillima cognitu, nam vt inquit Com. 2. de anima cõ. 92. Comprehensio differentiarum sensibilium a sensu est cã comprehensionis eorum ab intellectu. Et hic D scire debes, φ difficultas, quæ contingit intellectui nostro in cognitione abstractorum, & in cognitione entium materialium, prouenit ex diuersis causis. vt testatur Aris. & Cõ. in. 2. meta. in tex. com. 1. vbi inquit. Forsan autẽ, & difficultate duobus modis existente non in rebus, sed in nobis est eius causa, vbi Com. in cõ. inquit. cum difficultas comprehensionis entium fit duobus modis, rectum est, vt difficultas in rebus, quæ sunt in fine veritatis. s. ĩ primo principio, & ĩ principiis abstractis a mã fit ex defectu. s. ex nobis non ex illis. E
Qm̃ cum abstracta sint intellecta ex se naturaliter, & non intellecta, quia nos facimus ea intellecta esse. Sed quia sunt intellecta in se, sicut sunt formæ materiales, difficultas enim in istis est ex se magis, quàm ex nobis. Ita φ Auer. ex mente Arist. elicit duas conclusiones, φ difficultas ĩ intellectione entium abstractorum a nobis est ex nobis magis, q̃ ex illis. Sed difficultas rerum materialium est magis ex illis, quia res materiales sunt potentia intellectæ, & non F fiunt actu intellectæ, nisi virtute intellectus agẽtis, qui est in nobis, qui transfert res de ordine in ordinem, & facit de potentia intellectis actu intellecta, vt dicit Com. in. 3. de anima. com. 18. Scotus autem & Ant. And. in. 2. meta. q. 2. volunt. n. contra Com. si difficultas intelligendi res materiales esset ex parte obiecti. s. ex parte earum, tunc tales substantiæ comparatæ ad quencunq; intellectum eodem modo se haberent. Consequens est falsum, sicut patet respectu intellectus diuini. ergo, & ãtecedens. probatio consequentiæ,

[Margin notes: difficultas intelligẽdi ĩ nobis φ duobus euenit. — Opi. Scot. & Anton. And. in. 2. met. q. 2.]

G quia da oppositum, ꝙ difficultas est solum respectu intellectus nostri, & non respectu cuiuscunq; intellectus tunc cum istæ substantiæ sint eadé ad quencunq; intellectum cōparentur, sequitur ergo ꝙ difficultas non est ex parte earū, sed est ex parte intellectus nostri cui comparantur. & ideo tenent ꝙ tota difficultas in intellectione nostra dependet ex parte intellectus nostri. vnde dicūt. quod licet Arist. in litera innuat duos modos difficultatis, contingentes in intellectione, tamen dubitatiue loquutus est. inquit enim forsan, & ideo

H quasi determinando dictum suum subdit, non in rebus, sed in nobis causa est. Sustinendo tamen viā Auer. q̄ magis consona est dictis Arist facile est soluere rōnem eorum. Nā Com. tenet ꝙ Deus, & intelligentiæ non intelligunt ea, quę sunt hic sicut nos intelligimus illa. scientia. n. vt inquit Auer.. 12. meta. com. 51. æquiuoce dr̄ de scientia Dei, & de scientia nostra, quia scientia Dei est causa entium, sed scientia nostra causaẗ ab entibus. vnde Auer. 3. de ani. cō. Defensio Auer.

I 36. inquit. Ex eis comprehendentibus, quæ non sunt admixta materię quod comprehendit minus perfectum, comprehendit magis perfectum, & non econtrario, & ideo dixit. 1. com. super. 2. met. ꝙ illud exēplum Arist. ibi sicut se habet oculus noctuæ ad lucem diei, ita se habet intellectus animæ nostræ ad ea, q̄ manifestissima sunt in natura. ꝙ ostendit difficultatem nō impossibilitatē.

Opi. beati Thom. Et licet beatus Tho. in illo loco dicit de mente Aristo. ꝙ anima nostra corpori vnita impossibile est comprehendat substantias separatas cognoscendo de eis, quod quid est, ex quo inquit falsum esse, quod dicit Auer. hic in com. ꝙ philosophus non demsfat hic eē impoſſe nobis intelligere res abstractas. sicut impoſſe est vespertilioni inspicere solem. K

Tū sine dubio dictum Auer. est de mente Arist. Nam. 9. met. tex. com. vlti. loquens de cognitione substantiarum simplicium inquit, ꝙ ignorantia talium non est æqualis cæcitas, cæcitas enim est, vt vtiq; si intellectuum oīno non habeat aliquis. Ex quibus verbis idem beatus Tho. elicit ab ipsa tandem veritate coact⁹ ibi dicens. ex quo patet ꝙ fm̄ sniam Impugna.

L Arist. humanus intellectus pōt pertingere ad intelligendum substantias simplices, quod videtur sub dubio reliquisse in. 3. de ani. Clare autem patet apud oēs Peripateticos, ꝙ quæstio mota in. 3. de anima de intellectu humano an possit intelligere abstractas substantias, non est qō pertinens ad intellm̄ hominis separatum, existentem in alio statu. nā 3. de anima tex. com 20. dixit. quod non reminiscimur post mortē, quia intellectus passiuus corrumpitur, & sine hoc nihil intelligit anima, tum etiam, quia illa qō formaliter procedit de intellectu hominis pro statu isto, nam sic inquit. in tex. 36. in. 3. de ani. Vtrum aūt contingat aliqd separatorum intelligere ipsum non existentem separatum a magnitudine, considerandū posterius. vbi beatus Doctor dicit, ꝙ posterius cōsiderandū est vtrum intellm̄ nr̄m non existentem separatū a corpore, possibile sit intelligere aliquā substantiam separatam. hæc enim quæstio, vt inquit, hic determinari non potuit, quia nondum manifestū erat aliquas substantias separatas eē, nec M

quæ

A quæ vel quales sunt. vnde hæc quæstio ad metaphysicum ptinet, tamē non inuenitur ab Arist. soluta, & tñ pro parte testatur. in. 9. meta. in præallegato loco Arist. ibi hoc soluisse, & ideo expositio Auerr. ibi, licet ab omnibus expositoribus Latinis derisibilis iudicetur, tamen vt vides est ex mente Aristo. qui dicit ignorantiam de talibus abstractis in nobis non esse, qualis est cæcitas in oculo. quid clarius potuit dici pro Com. dum asseruit exemplum illud non dicere impossibilitatem, sed difficultatem tñ? Redeam⁹ igitur eò, vnde B effluxit sermo, q vlia sunt difficillima ad cognoscendum de vlibus in causando eo, quia sunt a sensibus remotissima, ista enim difficultas prouenit ex parte nostri intellectus, qui in intelligendo dependet a sensu, & quia substantiæ separatæ sm se non sunt phantasiabiles, sed solum suus effectus qui est motus sensu apprehēditur, ideo multum est cognitio de talibus difficilis in nobis, sed non ista difficultas in intellectione earū dependens ex parte ipsarum, quia ipsæ sunt intellectæ in actu. Quomo C do autem rationes Auer. procedāt in. 2. met. vide quæ scripserim in cōcordantijs eius, si placet. Fallit autē proposita propositio de vlibus complexis in causando, sicut sunt prima principia, quorum causalitas extenditur ad omnia scibilia. nam talia vniuersalia sunt notissima, & sunt sicut locus ianuæ in domo quem nullus ignorat. 2. meta. com. 1. vnde demrationes cōstantes ex primis principiis respectu aliarum demrонum sunt, sicut elementa de compositis, vt patet. 5. meta. text. com. 4. Nota etiam q loquendo de vlibus in prædicando, & si talia quo ad simplicē D cognitionem sui sint nota, præcipue vbi fuerint sensata, vt declaraui in speciali quæstione mea de primo cognito, tñ de talib⁹ possunt formari ꝓpositiones in ordine ad suas naturales proprietates multum occultæ, & laboriosæ. licet enim teste Auic. ens & res prima impressione quo ad simplicem cognitionem imprimantur in aīa, tñ possunt arduæ qōnes formari de ipsis, sicut patet exercitatis in scientia diuina.

PROPOSITIO LXXVII.

Scientia quæ subalternatur speculatiuæ, speculatiua est. E

VEra est propositio qñ scientia subalternatur sicut species generi. inde. n. est, quod scientia subalternata non ponit in numerum, alioquin diuisio scientiæ speculatiuæ posita ab Arist. in. 6. primæ philosophiæ esset insufficiens, vbi Aris. diuidit sciētiam in actiuam factiuā & in theoricam: & theoricam demum diuidit in naturalem mathematicam, & diuinam. nō. n. subalternata scīa differt a subalternāte nisi F accidētali dña, quæ non facit aliud, sed alteratum solū, sicut geometria, & pspectiua. nā linea, & linea visualis sola dña accñtali distinguunt.: & sic de musica cū arithmetica, quatū altera est de numero, altera vero de sonoro numero. Falsa aūt est ꝓpō vbi subalternatio fuerit merito prīcipiorū tñ. Nā non est dubiū q oēs scientiæ morales, & practicę, sīr, & aliæ scīę speculatiuę pticulares subalternant merito prīcipioꝝ scīæ diuinę. nā sicut scribit prīceps I prima Fen, primi canō. doct. 1. I ca. de subiectis

G iectis medicinæ. principia ſcientiarum particularium,tanquam credita recipiũtur,& in aliis ſcientiis, quæ ſecundum ordinem ſunt ante eas ratiocinantur,& ita fit donec principia omnium ſcientiarum ad philoſophiam primam, quæ metaphyſica eſt nuncupata,eleuentur. & Auer.in.1.Colliget.cap.1. Artifex artis inquantum eſt artifex illius artis non poteſt cognoſcere principia recepta in illa arte, quanuis ſciat illa, non ſcit.n.ea niſi inquantum eſt artifex alterius artis,ideo oportet eum recipere illa principia artis ſuæ ab il-
H lo loco in quo ſunt magis nota.

ADDI. Dicit etiam Alexan.in.1.topi. in 2.ſectione,ſuper cap.11. ꝙ ſunt aliqua problemata, & propoſitiones phyſicæ,quæ circa electionem, & fugam relationem habent. Nã vtrũ omnia neceſſario a fato dependeãt, quod eſt phyſicum, relationem hẽt circa electionem,& fugam. Nam ſi oporteat cõſiliari de actibus noſtris, aut non,inde eſt initium. Siſr etiã non eſt dubium ſm Ariſt. & Com. ꝙ ſcientia de anima tribuit multis ſcientiis, quæ ſunt practicæ multa
I principia.cum tñ ſcientia illa ſit mere ſpeculatiua.nam Auerro.in.1.de anima,com.2.inquit, ꝙ iuuamentum ſcientiæ de anima aliis ſcientiis eſt tribus modis,& ſecundus modus vt aſſerit eſt pro quanto dat plurib⁹ ſcientiis plura principia, vt ſcientię morali.ſ.regendi ciuitates, & diuinæ.Moralis.n.ſuſcipit ab hac ſcientia vltimum finem hominis in eo, quod eſt homo,& ſcientiam ſuę ſubſtantię,quę ſit,& diuinus ſuſcipit ab ea ſubſtãtiam ſui ſubiecti, hic enim declarabitur, qm̃ formæ abſtractæ ſunt intelligentiæ, & alia multa de cognitione diſpoſitionũ conſequẽ- K
tium intelligentiã in eo,ꝙ eſt intelligentia. Siſr etiam medicina, quæ a toto genere practica eſt, licet ſm ſimilitudinem aliquid eius dicatur practicum,& aliquid ſpeculatiuum, ſubalternatur merito principiorum ſcientiæ naturali, quæ eſt ſpeculatiua. Et ex hoc patet error Conciliatoris,& aliorum aſſerentium medicinam eſſe vere ſubalternatam ſcĩæ naturali.inquit enim in dĩa 3.in.3 dicendorum,ꝙ cum duplex ſit ſubalternandi modus,videlicet ratione ſubiecti, & ratione principiorum, vtroq; modo medicina eſt ſubalternata ſcientiæ naturali. nam ſubie- L
ctum eius,quod eſt corpus humanum ſanabile eſt ſub ſubiecto ſcientiæ naturalis,quod eſt ens mobile. vel corpus mobile. Similiter etiam ſubalternatur illi merito principiorum,quia vltimæ cõcluſiones libri plãtarum,& libri de animalib. ſunt maximæ,& principia credita in medicina,nam vt ſcribit Philoſophus.I libro de ſenſu,& ſenſato, vbi definit phyſicus,ibi incipit medicus, & iſta eſt opinio eius. Sed iſta opinio quo ad primum dictum ſtare nõ poteſt, quia certum eſt,ꝙ ſubiectum medi- M
cinæ formale non eſt corpus humanum ſanabile abſolute, ſed ab arte, & tale,vt ſic eſt res artis, & non eſt pars ſubiectiua entis naturalis,vt bene patet conſideranti. Amplius cũ ſcientia naturalis ſit mere ſpeculatiua: Medicina autem ſit mere practica, ſi eſſet vere ſubalternata illi ſicut ſpecies generi, tũc ſequeretur, quòd ſcientiæ practicæ ſola accidẽtali differentia differrent a ſcientiis, quæ ſimpliciter ſunt ſpeculatiuæ contra Philoſophum.6.metaph.tex. commen.

Opinio Concil.

Impugna.

A men primi. vbi diuidit ſcientiam in theoricam actiuã, & factiuam: theoricum autem, & practicum, vt diuidunt philoſophiam, & ſcientiam in communi ſunt eſſentiales differentiæ. nam vt Auicen. in principio ſuę logicæ, & in principio ſuæ meta. ſcribit, ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt de rebus operatis a natura, & ſciẽtiæ practicæ ſunt de rebus operatis a nobis. ſecus autem eſt de theorico. & practico, quæ diuidunt medicinã, quia B tales ſunt differentiæ accidentales in medicina. vnde theoricum, & practicum, quæ diuidunt ſcientiã in cõmuni æquiuoce dicuntur cum theorico, & practico per quæ diuiditur medicina, quia impoſſibile eſt eaſdẽ eſſe differentias, per quas diuiditur ſuperius, & inferius, vnde theoricũ in medicina ordinatur ad practicũ, non ſic autem eſt de theorico, & practico per quæ diuiditur ſcientia in communi, quia ſcientiæ ſpeculatiuę non ſunt propter practicas, vt patet ex procemio metaph.

Theoricũ & practicũ in medicina sũt equiuocè.

ADDI. Gregorius in ſermone Diui Baſilii ita ſcribit, medicinam eſſe fructũ C philoſophiæ, & philoponiæ. ideſt dilectionis laboris. nam quantum ad theoricam eſt fructus philoſophię, quo ad partem practicam eſt opus laboris, quia pro maxima ſui parte practica medicinæ ex experimento conſtat. Similiter etiam, vt dictũ eſt, iſta, vt diuidunt ſcientiam in cõmuni ſunt eſſentiales differentię habituum diſtinctorum: ſed vt diuidunt medicinam ſunt differẽtiæ accidentales. nam illa pars medicinæ, quæ a remotis dirigit in opus dicitur theorica, illa autem, quæ a propinquo dicitur practica. ĩquit enim Scotus in. 6. metaph. q 1. in ſolutione argumentorum, & præcipue ad D ſecundum, quod omnis habitus cognitiuus circa obiectum operabile ex natura rei & obiecti, eſt directiuꝰ in operatione, licet non ex vſu habẽtis, ſed aliquis habitus eſt directiuus incomplete, & quaſi a remotiori, ſicut qui eſt circa magis vl'ia aliquis magis perfectę, & de propinquo, ſicut qui eſt circa magis particularia, actus enim ſunt circa ſingularia. vnde experientia magis dirigit in operando, quã ars ſine experiẽtia. 1. meta. & ſic habitus incomplete dirigẽs comparatiue, & large poteſt dici ſpeculatiuus, quia ex ſe non ſufficit ad E dirigendum ſine particulari determinante, & applicante, & ita dicit ẽt in prologo primi ſentẽ. in. q. de praxi, & eſt etiam ſententia beati Tho. in q̃onibus ſuper Boethio de trinitate quæſt. qua quærit. Vtrum ſit conueniens diuiſio ſcientiæ ſpeculatiuę in naturalem, mathematicam, & diuinam. inquit enim in reſponſione ad quintum. ꝙ aliqua ſcientia continetur ſub alia dupliciter. Vno modo, vt pars ipſius, ſicut ſciẽtia de plãtis continetur ſub naturali, vt pars. F Alio modo, q̃n in ſuperiori ſcientia aſſignatur propter quid eorũ, quæ in inferiori ſcientia demonſtrantur vt muſica arithmeticæ. Medicina igitur non ponitur ſub phyſica, vt pars, ſubiectum. n. medicinæ nõ eſt pars ſubiecti naturalis philoſophiæ ſm illam rõnem, ſm quam eſt ſubiectum medicinæ, quanuis. n. corpus humanum ſanabile ſit corpus nãle, non tñ eſt ſubiectum medicinæ, vt eſt ſanabile a natura, ſed vt eſt ſanabile per artẽ. ſed quia in ſanatione, quæ fit per artem, ars eſt miniſtra naturæ, iuxta illud Gal. in. 3. techne.

G Omnium natura operatrix, medic⁹ vero minister, quia ex aliqua naturali virtute sanitas perficitur auxilio artis, ideo ꝑp quid in operatione artis oportet accipere ex proprietatibus rerum naturalium, & ꝓpter hoc medicina subalternatur philosophiæ naturali, sicut alchimia, & agricultura, & aliæ hmõi. Et sic patet qualiter aliquæ scientiæ operatiuæ subalternari possunt alicui scientiæ mere speculatiuæ sm se, & secundum omnes sui partes.

ADDI. Et quod medicina motu genere sit practica, ostenditur etiam autho-
H ritate Com. in. 2. meta. comm. 3. inquit enim. scientia operatiua, quamuis vtatur rõcinatione, & speculetur de causis, non tamen est digna vocari scientia speculatiua, quia non perscrutatur de causis rerum, & de diffinitionibus earum, nisi vt scientes eam agant, & non vt sciant, sicut est de scientiis speculatiuis patet: videt, ꝙ scientia quæ considerat causas, & theorica sm medicos abutentes vocabulo, vnde a fine vnum quodque denoĩare fas est, & vt dicit Com. illa demũ fuit inuenta ab Iacuaym
I medico Arabe, nullus enim ex antiquis hoc posuit. Et animaduerte iuxta sententiam Arist. in lib. de sensu, & sensato. ꝙ vbi definit physicus ibi incipit medicus, inde contingit, quod quo ad postremam sui partẽ, quæ est de animalibus, & plantis Arist. interponit aliqua, quæ pertinẽt ad actum practicum. vnde in lib. de natura animalium ponit multa medicamina conferentia variis, & diuersis ægritudinibus animalium, patet autem ꝙ notitia illa, quæ docet modum, & qualitatem operãdi practica est, sicut inquit Princeps in principio primi canon. nam in. 9. lib. agit K
de ægritudinibus suum, eorumque remedijs. & in cap. 22. agit de ægritudinibus canum, & cap. 24. agit de morbis equorum, & remedijs eoꝝ, & in cap. 26. agit de morbis elephãtium, & eorum remedijs. vnde sicut contingit in naturis temporum ꝙ finis vnius sapit naturam principij alterius & econtra, sicut principium veris sapit naturam hyemis, sic finis naturalis scientiæ sapit, & ostendit alium modum considerandi medicinæ. vnde Arist. istas duas scientias sorores appellabat, & alteram descri-
bebat ꝑ alterã, dicebat. n. medicinã L
eẽ corporis philosophiã, & phiam dicebat esse animi medicinam. nã vt inquit diuinus Boe. in. 4. de consolatione philosophica. Animorum salus quid est nisi virtus, & ægritudo quid nisi vitium? & aduerte quod quanto anima præstantior est corpore, tanto philosophia, quæ instituit animum præstantior est medicina, quæ instituit corpus, vt. d. Aristo. in. 1. ethic. cap. 17.

PROPOSITIO LXXVIII.

Regula est, quod a causis quarum M
natura est eadem, & non differunt nisi secundum magis, & minus, non prouenit nisi una nara differens secundum magis, & minus.

AVerrois est propositio in propria forma in. 3. de cœ. & mũ. in com. 72. vbi etiam subdit. & causæ diuersæ in quantitate habent causata diuersa in quantitate. Vera autem est propositio, vbi illæ causę differentes sm magis & minus fuerint

causæ

A causæ adæquatæ illorum effectuũ, fallit autem vbi nõ sunt sic adæquatæ. Nam videmus proportiones elementorum in mixtis inuentas differre secundum magis & minus, attamen videmus maximam diuersitatem in formis mixtorum, quæ nõ causantur adæquatæ ex illis proportionibus elementorum, sicut credit Alexan. vt recitat Auer 3. de anima. com. 5. intantum ꝙ etiam anima, & intellectus materialis illo modo causantur, cõtra quem Auer. ibidem inquit. Et magis inopinabile de opinione Alex est hoc ꝙ dixit qđ

B primæ præparationes ad intellecta, & ad alias postremas pfectiones de anima sunt res perfectę a complexione, non virtutes factæ a motore extrinseco, vt est famosum ex opinione Arist. & omnium Peripateticorum, ista enim opinio in virtutibus animæ comprehensiuis si est secũdum quod nos intellexerimus est falsa, a substantia enim elementorũ non potest fieri virtus distinguens comprehensiua, &c. vnde etiam elementa secundum doctrinam Arist. respectu mixti non concurrunt nisi, vt causa materialis, sed causa efficiens est calor cœlestis, vt patet. 12. meta. commen. 18. Solet etiam ꝓposita propositio sub aliis verbis allegari, videlicet magis, & minus nõ diuersificant speciem, & tunc etiã est alia limitatio, nam magis, & minus quandoq; insequuntur formã, & quandoq; insequuntur materiã seu materiales dispõnes, & verum ẽ, quod differentiæ rerum secundum magis, & minus insequentia materiam non faciunt differre specie, tales enim sunt indiuiduales differentiæ per quas distinguuntur ea, quæ sub eadem specie continentur. Sed

Nota.

D loquendo de magis & minus, quæ insequuntur formã, & principia essentialia, talia bene faciunt diuersitatem specificam, & inferunt illam, nam species entium sunt inæquales quia sunt sicut numeri. Colligitur autem limitatio ista ex intentione Philosophi in. 10. meta. tex. comm. 25. vbi habet ꝙ contrarietas sumpta penes formam facit differentiã specificam, non autem cõtrarietas sumpta penes materiam.

PROPOSITIO LXIX.

Simile non patitur a simili.

Propositio est Aristo. in. 1. de generatione & corruptio. in text. E commen. 48. cuius probatio ibidem adducitur, inquit enim si simile secundum quod simile actiuum, ipsum seipsum mouebit omne. Glossatur autem ab Aui. ista propositio in secunda Fen primi doctri. 3. in cap. 3. de signis complexionum de simili, cuius qualitas, & quantitas illius, quod est ei simile est vna specie, & natura. nam quod est calidius alio non est simile ei quod minus calidum existit. immo duo calida, quorum vnum ẽ calidius altero di- F uersificãtur, & illud quidem quod est minus calidũ comparatione ei⁹, ꝙ est calidius frigidum existit. Intelligitur igitur propositio de similibus in forma, & gradu formæ, & ẽt ſm potẽtiã. nam actio insequiť multitudinem formæ, & multitudo formæ insequiť multitudinẽ mãæ, ex augmẽto. n. subæ in quãtitate ꝓuenit augmẽtũ virtutis in robore, sicut declaratũ est ex principijs naturalibus, vt inquit Auic. in. 6. naturalium, sectione. 4. ca. 5.

G PROPOSITIO LXXX.

Dialecticus diffinit per formam, physicus autem per materiam.

Diffõnes quiditati-uæ tria debent hre.

Propositio ista est Philosophi ĩ primo de anima.in tex.comm. 16. Aduerte ꝙ diffinitiones, quæ dant quiditatem debent habere tria propria, vt scribit Commen.4.physico.commen.31. Quorum primum est, vt ex illis dissoluantur qõnes contingentes in re. Secundum vero est, vt per illas appareat causa ĩhærentiæ accidentium essentialium
H existentium in re, quia diffinitiones completæ innatæ sunt reddere causas omnium accidentium existentium in re: sed non conuertitur, qđ omne ex quo apparet causa accidentium existentium in re sit diffinitio. Tertium vero est, vt ex diffinitione appareat difficultas. Vbi aduerte quòd de proprietate diffinitionis completæ est, & appareat solutio omnium difficultatum contingentium in re ex ignorantia diffinitionis, & quòd omnia accidentia propria, quæ conuertuntur cum diffi-
I nito demonstrẽtur per illam, nam vt scribit Aristo.1.de anima.tex.cõ. 11. Diffinitiones secundum quas nõ contingit accidentia cognoscere, sed neq; de ipsis facile imaginari, manifestum ꝙ dialectice dictæ sunt, & vanæ omnes. Vnde animaduette, ꝙ cum dialecticus sit artifex communis, non enim procedit ex propriis sicut demonstrator, ideo a Philosophis omnes diffinitiones, quæ dantur per causas remotas, & cões dicuntur dialecticæ, quia non pñt esse medium ad demr̃andum accñtia essentialia de diffinito, nã demr̃o est ex propriis. Et eadem ratione omnes illæ rationes in philosophia K naturali, vel in scientia diuina, seu alijs factæ per principia remota. & vñia non appropriata ei, qđ demrã esse, dñr logicæ rationes. Extat ad hoc singularis authoritas Aristo.in 2.de genera.anima.cap.vlri. inquit enim. Sed fortasse verisimilior his demr̃o illa logica videtur, logicam appello, quia quo vl̃ior, eo remotior a propriis principiis est, & Auerr. 1. cœli.commen.70.inquit.hæc ẽ alia demr̃o a prædictis, & est logica. scilicet, quia est ex veris propositionib⁹, sed non propriis, sed generalibus. L
Eandem sententiam habet etiam in 8.physi.com.70.&. 12. meta. com. 4 dicit, ꝙ Platoni contingit dici vniuersalia esse causas singularium ꝓpter logice ĩquirere, & subdit. quod quia erat semper in disputatione, ideo contingit ei dicere extranea, & remota a veritate. Ex qua authoritate male intellecta, & exposita insc runt aliqui, quod in disputatione possunt dici extranea, & remota, qđ falsum est, præsertim in disputa.doctrinali, qualis est illa qua vtuntur Philosophi in pscrutatione veritatis. nã vt elicit in.2. primæ philoso. t.c.15. Nã philosophi est q̃rere ma- M
ximam pscrutationẽ ob studiũ veritatis. vnde.4.met.t.cõ.18. In rebus in qbus hõ hẽt opĩonẽ, & existimationẽ dẽt inqrere certitudinẽ sicut ĩ firmus sanitatẽ. vñ si fas ẽ dispões corporis dispõnib⁹ intellẽs cõparare, debes scire, ꝙ queadmodũ medici ĩ corpe humano ponũt tres dispões, sanitatem, ægritudinem, & neutralitatem: sic scientia certa apud intellectum est sicut sanitas in corpore, quia est eius perfectio. Omnes.n.hoĩes natura scire desiderant, ignorantia autem

Nota pulchrã simitudinem.

I ma, & finis potest dici agẽs respectu eius cuius est forma, vel finis, forma .n. substãtialis alicuius est causa propter quam talia, vel talia accidentia propria consequantur ipsum, sicut forma ignis est causa, ꝙ ignis sit leuis, & siccus, & calidus, & quod sibi competat moueri localiter sursum, & sic de cæteris alijs accidẽtibus eius proprijs, similiter finis est causa propter quam quod est ad finem est tale, aut tale. vnde ſm alium, & alium finem rei res ipsa aliter, & aliter est disposita, vt patet. 2. physi. Et ex hoc etiam consuetum est aliquando de K forma, & fine dici, quòd agũt, vel faciunt. vnde dicamus ꝙ forma hominis facit hominem esse talis figuræ, & talium membrorum, & hmõi, & similiter dicimus de fine. Ex his ad propositum dicendum, ꝙ nõ est intentio Cõm. ꝙ intelligentia agat orbem primo modo, & productiue, & proprie, sed. 2. modo tantum. s. similitudinarie, & sicut fora, vel finis dr agere. Ad cuius intellectum est sciendum, ꝙ intentio Cõm. vt patet, fuit ꝙ corpus cœleste esset substãtia simplex non cõposita ex materia, & forma, nec tamen esset materia ꝓprie L dicta cum non sit in potentia ad formam, sed est materia in actu, nec esset natura formæ. oĩs n. forma naturalis est principium alicuius operationis, & motus naturalis, & suarum dispositionum naturalium. Corpus autem cœleste ex se non est principium alicuius motus naturalis, non quidem recti, quia non est graue, neque leue, nec circularis, cum iste sit proprius aĩæ, vt ibi dicit, & cum ipsũ cœlum habeat proprium motum. s. circularem, qui est motus aĩæ, & propriam figurã aliasq; ꝓprietates quę nulli conueniunt nisi ex forma, con M cludit Cõm. ꝙ corpus cęleste ẽ quasi materia alicuius formæ quæ est generis aĩæ, & hęc est intelligẽtia mouens ipsum. hæc aũt intelligẽtia se habet ad corpus cęleste, sicut formę materiales ad suas mãs, quãtum ad aliqua sir, & quãtum ad aliqua dissimiliter, formę nãq; materiales cũ habeant materiam, quę est de potẽtia pura, nec est actu aliquid entiũ, perficiunt eã, & cum ipsa constituũt aliqd ens determinatũ. v. g. ignẽ, aut terrã, aut aliquid aliorũ. Item cũ tales

A les formę aduenit materię median tibus dimensionibus diuiduntur diuisione subiecti, & materiæ, & constituuntur per earum materias. neutrum autem horum conuenit intelligentiæ respectu cœli.non.n.constituunt cum ipso aliquid per se vnum huius aut illius speciei, cum corpus cœleste nõ sit materia quæ sit in potentia, sed est ens in actu.vñ dignius dicitur subiectum, q̃ materia, vt dicit. Item intelligentia non vnitur cęlo mediantibus dimẽsionibus, & iõ non diuidirur diuisione corporis cœlestis, & per consequens non consti-
B tuitur per ipsum.non.n.existit in eo nec in diuisibili, nec in indiuisibili, vt dicit Cõm.1.& 2.cœli. Rursum formæ materiales sunt determinatę magnitudinis, & quãtitatis in materia, vt dicit.1.cœli. Item determinatæ actionis, & motus ꝓprij, vt ibidem cõmen.19.& 84. Item quædam sunt causæ determinatæ figuræ, & formæ viuentium, sicut patet p eundem.1.cœli, & 1.de anima. Itẽ sunt causa corpori permanentiæ debitæ. vnde ſm ꝙ corpora hñt aliã, & aliã formam, & alias aliasq; dispositiones proprias cõuenientes formæ, sic
C plus & minus durant inesse, sic etiã videmus, ꝙ forma conseruat suũ subiectum proprium in esse, vnde ea corrupta corrumpuntur, & corpus, & eius dispositio, vt patet in corporibus animalium. & ĩ omnibus istis non conuenit forma abstracta.i. intelligentia cum formis materialib⁹. nam corpus cœleste præcise ratione suę corporeitatis nõ determinat sibi motum circularem, cum iste sit proprius animæ, vt dictũ est, neq; hanc, aut illam figuram, cum sola animata habeant naturaliter figurã termi natã, vt videmus ad sensum, vt dicit D
Cõm.2.cœli.cõ.61.neq; ẽt tantam, aut tãtam magnitudinem, & sic de aliis, sed oĩa hęc sibi ꝓueniunt à sua forma, quæ est intelligentia. vnde in de substantia orbis.cap.2.quia declaratum est hoc corpus esse in generabile, & incorruptibile, apparet quòd necesse est, vt sit corpus simplex non compositum ex materia, & forma, & quia est indiuiduum demonstratum in actu, & habens vnam figurã, & omnia ista sunt in corpore per naturã, & sunt in corpore propter formam, necesse est, vt hoc corpus cœleste sit materia aĩalium cœlestiũ quę E
mouentur circulariter ex se, & deinde recitat ṽba supra adducta p me, ex quibus inquit. Omnibus patet, ꝙ dum dicit cœlum habere virtutem agentem ipsum non intelligit eam esse agentem proprie per modum efficientis, sed similitudinarie per modum finis, seu formæ. vnde dicit, ꝙ nulla est differentia in hoc virtutis actiuæ in corpore quolibet &c. siue illud fuerit generatum, siue nõ. omnem.n. formam vocat actiuam respectu sui corporis, & constat ꝙ non potest intelligi qđ efficiat proprium corpus. Itẽ inquit in authoritate per F
eos allegata dicit, sicut ẽ dispõ facta in corpore hoĩs, & corpore facto pp finem proprium. Constat aũt, ꝙ aĩa hoĩs non agit proprie suum corpus, sed tñ dicitur agere ipsum in dispositionibus necessarijs, & illas sibi largiri determinate, & exigenter. & iterum infra cum dicit, ꝙ est agens orbẽ nullo interposito, quomodo intelligat exponens se dicens, faciẽs.s. ipsum in dispositionib⁹ necessarijs in inuenieudo finem propter quẽ fuit, ſm enim exigentiã proprij finis, qui est

G est eius motus, largitur sibi proprias dispositiones & hoc est illud agens, quod dicit finem significare significatione necessaria, quod etiam claret amplius in eo quod subdit. post ꝙ agens ipsum est mouens ipsum, qualiter enim intelligat ipsum esse agens sine medio aliquo exponit dicens, quod enim mouet illud motu ꝓprio illi, est illud quod largitur ei dispositiones proprias propter quas acquirit motum proprium. & sic patet ꝙ non est agẽs nisi similitudinarie, sicut forma dicitur dare esse composito, & facere ipsum in dispositio-

H nibus necessarijs. Et hoc etiam patet ex hoc, quia dicit, ꝙ nõ est mouens tantum, quia non opinatur Cõm. ꝙ corpus cœleste ex se, aut alia forma præter intelligentiam habeat tales dispositiones, & ipsa intelligẽtia moueat ipsum tantũmodo, sicut figulꝰ mouet rotam cui nõ dat tales dispositiones ꝓprias ad motum, sed vltra quod intelligentia mouẽs sit sibi cã omnium taliũ dispositionum, sicut aliæ formæ suis corporibus. Sic aũt esse agens non est agẽs proprie, nec ꝑ tale agens hr̃e arguit ſm Cõm. cęlum eẽ factũ in sensu in quo qõ tra-

I ctatur. imo ſm eum tale agens põt corpori competere, siue sit generatũ, vel factum, siue non sit factũ, vt iam dictum est, & debere sic ipsum intelligi, ipse docuit qñ. 4. cęli dixit, ꝙ res ęternę non habent agens, nisi ſm similitudinẽ, & si habuerint aliquid quod est agens non erit nisi inquantum est forma illi, & conseruans ipsum, vt supra dictum est. & allegatum. ista est istius viri opinio, & verba formalia. Sed iste doctor in tanta verborũ copia, & in tam longa attestatione authoritatum non aiad-

Impugnatio.

uertit, ꝙ Auer. in illo capit. 2. in authoritate allegata declarat cęlũ quo ad suam subãm, & in se dependere ab intelligentia, & ẽt quo ad motũ, & ad oẽs dispositiones requisitas ad motum. vnde bene verũ est, ꝙ in illis locis allegatis loquitur Cõm. declarando quõ cœlum cõstituitur in dispõnibus necessarijs, sicut ẽ in corpore hoĩs, & corpore facto ꝓpter finẽ. Sed iam supra, Pater venerande, declarauerat, ꝙ cęlum quo ad suam substantiam, & in se indiget virtute largiente sibi permanentiã æternã, queadmodum largitur sibi motum

æternum. & inquit, ꝙ idem est iudicium apud intelľm circũscribentem ipsum orbem ab intelligentia, sicut erat de motu. & inquit se declarasse hoc propter amorem. quia quidam errauerunt de mente Arist. tenentes cœlum non hr̃e nisi causam mouentem tñ, & est opinio, quã isti tenẽt, quia volunt cœlum ab intelligentia dependere, vt à causa efficiente quo ad motum, & quoad dispõnes proprias ordinatas ad motũ, nõ autem quo ad sui substantiam. quia vt sic dependet ab ipsa, vt à fine tantum. Et ideo dicimus nos aliter glossantes authoritatem Cõm. in. 4. cœli, & mundi. com. 1. ꝙ agens est duplex verum, & ſm similitudinem, agens verum est, quod efficit actum extrahendo illud de potentia ad actum, quia ista est nã, & proprietas veri agentis. Vnde. 12. meta. cõ. 18. si non esset potentia non esset agẽs, & quia actio vera fundatur in motu, & tale agens est illud quod tempore præcedit actum, vt dicit Cõm. in. 2. cap. de substantia orbis, & hoc agit cũ transmutatione, & in tempore, & nouitate. & ista actio reperitur in his actis, quæ

K (right margin, top)

L (right margin)

Expõ propria verborũ Auer.

M (right margin)

A quæ sunt in sphæra actiuorum, & passiuorum, quorum natura est, vt taliter acquirant esse per motum verum & transmutationem veram. Aliud est agẽs metaphoricum quod agit per motum æquiuoce dictum, sicut est sciã, & cognitio intellectualis. nam vt inquit Auer. 8. phy. com. 40. in abstractis a materia est motus æquiuoce dictus pro quanto idẽ pôt esse mouens, & motum. i. intelligẽs, & intellectum. & isto modo entia ęterna habent causam agentem, & efficientem illa ab æterno, quia natura B eorum non est apta nata participare esse a primo principio mediante motu vero qui diffinitur in physicis, vbi dr̃ q motus est actus entis in potẽtia inquantũ in potẽtia. Nec p actionẽ verã q̃ fundat in vero motu, & quæ fit merito cõtrarietatis, vt dr̃ in. 1. de generat. & corrup. tex. cõ. 50. sed deriuantur in esse per motum æquiuocum, quia intellectio, & scientia dei est causa illorum, & quia non acquirunt esse per extractionem de potentia ad actum, sic non dicuntur habere agens verum. videlicet quod efficit illo modo. videlicet per verũ mo C tum, & sic dicuntur habere causam conseruantem. causa autem conseruans reducitur ad causam efficiẽtem, vt patet ex. 2. phy. & hoc est quod dixit Com. in. 7. meta. in cõ. 31. quod mouit Arist. in ponendum mouens separatum a materia in factione virtutum intelligentium, quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cum materia. vnde necesse est, vt illud quod est nõ mixtũ cum materia gñetur quoquo modo a nõ mixto cum materia, simpliciter, quẽ admodum est necesse, vt omne mixtum cũ materią generetur a mixto cum materia. non. n. loquitur solũ D de intellectu agente respectu specierum intelligibiliũ, vt glossat Greg. sed loquitur vr̃ de oĩbus virtutibus intelligentibus quæ sunt causatæ, vt bene patet cõsiderãti. Pro quo aĩaduerte qđ vt scri. Arist. 1. cęli & mũdi tex. cõ. 100. A primo principio cõicatum est esse, & viuere omnibus, his quidem clarius, his vero obscurius. Deus. n. est causa entitatis, & veritatis oĩum entiũ. vt scri. Cõ. in 2. met. cõ. 4. Et ideo omnia emanãt sm modum cõuenientem propriæ naturæ. ea igr̃ quoꝝ natura est participare esse, & viuere mediante motu per motũ, & transmutationẽ fiunt, & talia E sunt quoꝝ esse, & fieri præsupponit materiã, & agẽs, & tp̃s, sicut sunt oĩa q̃ in hoc mũdo inferiori sunt, cuius natura tota in gñone, & corrup. perseuerat, vt dicit Arist. in 4 met. & talia dñr vere acta, & facta, & dñr hr̃e verum agens, quia exeunt de potẽtia ad actum, & fiunt in tp̃e, & agens in talibus tp̃e præcedit actum. Sunt iterum alia entia quorum natura non est acquirere esse a primo principio per extractionẽ de potẽtia ad actũ, nec fieri in tẽpore, & ex aliquo præ F supposito subiecto, & talia ab æterno acquirũt esse a primo principio, & ab æterno cõseruantur. Vnde per vitam meã mulrũ deridenda est sententia istorum in hoc sectantiũ viã Henrici de Gandauo, & ponentium æterna non hr̃e cã̃m penitus efficientẽ, quia tũc aut ex aliquo fierent, aut nihilo. & ita vel haberẽt materiã, vel dareť creatio. Nulla prorsus est ista instantia, propterea quia fieri ex aliquo, vel ex nihilo sunt diuidẽtia verũ, & falsum in rebus quæ fiunt a natura, q̃ est principiũ motus, & quietis:

Sõ ro tõnis ponẽtium æterna nõ hr̃e efficiens.

G tis: vnde principium naturaliũ erat illud, vt patet. 1. phys. vbi dicit. Oẽs, qui de nã loquuti sunt in hoc conueneruñt, ꝙ ex nihilo nihil fit, sed in rebus æternis non est ibi fieri ex aliquo, nec ex nihilo, quia natura taliũ est, vt ab alio ab ęterno acquirant esse, & permanentiam ęternam, & per hoc fundamentum, & veram respõsionem in via Peripateticorum patet solutio ad rationes Gregorij, & Io. de Bacco. impugnãtes istum modum, seu istam distinctionem de duplici modo producendi. nam inquit Ioan. Bacco. in. 2. sent. distin. 1. q. 1.
H art. 2. in dicto. 2. probatur, ꝙ cœlum non habet causam efficiẽtem. in. 8. n. phy. hẽt Philosophus pro impoĩ, ꝙ aliquid fiat per cãm efficientẽ nisi per mutationẽ, sed cœlum non põt fieri per mutationẽ, ergo habet pro impossibili, ꝙ cęlũ ab efficiente fiat. Maior probatur, qa arguit, ꝙ si motus fit quod fiat per mutationẽ præcedentem ipsum. & idem dicit, ꝙ si mobile fiat quod fit p mutationem ꝑcedentẽ ipsum. sed si poneret aliũ modũ efficiendi ipsum, q̃ permutationem argueret ex insufficienti, ergo &c. Minor est ibidẽ in tex. & re-
I putat impossibile, ꝙ mutatio p se ꝑcederet primum mobile quod de facto apparet impoſe. Ad hoc ne amittatur tps dicimus nos, ꝙ Arist. ibi in principio 8. phy. ꝓponit ĩ tex. cõ. 1. Vtrum aũt factus sit aliqñ motus cũ non esset prius, & corrũpitur iterum sic, ꝙ moueri nihil sit, aut neq; fact⁹, neq; corrũpitur, sed erat sp, & semp erit hoc ĩmortale &c. Vbi qõ illa fm Auer. est de motu cœli. Dico igitur, ꝙ ratio Arist. non peccat per fallaciam ꝯñtis arguendo ab insufficienti. nam in factis de nouo, hoc est verũ, ꝙ omne quod fit, fit per motum, K aut permutationem, & ita si motus cœli, & mobile vere facta essent, ita ꝙ incipiant esse postq̃ non fuerunt, sequitur quod fuerunt facta per motum, vel mutationẽ, tñ tu non potes dicere Philosopho, ꝙ dicã cœlum eẽ factum per alium modũ productionis, qui non est per motũ verum, & per verã mutationem, quia illæ non est respectu istorum q̃ fiunt cũ tpe, sed est eoꝝ quæ sunt supra tps, patet sancte. Sed contra istã responsionẽ replicat ipse cõtra, illa actio qua produceretur primũ mobile ab æterno
L quæ non esset mutatio, non ꝑsuppo nebat mãm primã pro subiecto, qa 1. phy. & 8. meta. ponit Philosophus istam actionẽ mutationẽ. s. in qua supponit materia prima pro subiecto, sed actio productiua in qua nõ supponit materia prima pro subiecto est creatio, ergo Philosophus ponit creationẽ, & aliquid fieri ex nihilo, cuius contrarium posuerunt oẽs Philosophi. Philosophus. n. in primo phy. & Cõm. com. 71. dissentiũt ab opinione christianorum in hoc. &. 12. meta. & com. 44. Ab agente nihil ꝓuenit nisi extrahere id quod est in potentia ad actũ. Dicimus nos M negando consequentiam, & consequens. nam vt scribit Cõm. in disp. 3. in solutione. 18. dub. in lib. destructionum. Modus generationis sensibilium est, vt fiant à re, ex re, & pro re, quia talia sunt composita, & hñt omnes causas, tñ productio rerum ęternarum non requirit subiectũ, & ideo non sequitur, ꝙ detur creatio, nam creatio eẽt apud Philosophos quando aliquid ex natura sui factibile de nouo requirens materiam fieret nulla præsupposita materia.

Sol. primę rõnis.

Replica eiusdem.

Solutio.

Aeterna

A Aeterna autẽ bene in participando esse habent aliud a quo sunt.non autem vt sint requirunt subiectũ, quia non sunt de conditione istorũ, quia alio modo sunt disposita in esse, & in modo essendi illa, & alio modo ista. vnde Cõ. inquit in 2. cœli, & mundi. cõ. 63. In corporibus cœlestibus illud quod est nobilius habet pauciores actiones, sed in corporibus inferioribus quod habet pauciores actiones est imperfectius, sicut elementa, & quod habet plures actiones est ꝑfectius, sicut homo. Similiter finis minori actione attingitur, & hoc est B verum in cœlestibus, q̃ etiam in terrenis, sed ex oppositis causis hoc contingit, quia in superioribus hoc euenit propter nobilitatem sui, & sui finis, sed in istis caducis hoc prouenit ex oppositis causis. s. propter vilitatẽ sui, & sui finis. ita scribit Auer. in. 2. cęli. in cõ. 66. Similiter entia necessaria primaria intentione sunt per se, & secundaria intentione sunt propter alia, sed entia inferiora sunt opposito modo, sicut scribit Cõ. in. 2. cęli in com. 17. & 21. Arguit iterum præfatus doctor ad idem sic. Itẽ qua ratione Philosophus ponit aliquid a C deo ab æterno sine mutatione produci potest, & in tempore sine mutatiõe produci, ergo si Philosophus in demonstratione sua pręsupponit quod potuit ab ęterno efficiẽter fuisse productum sine mutatione, & nõ in tempore, ergo præsupponit falsũ, & petit principium. Approbatio assumpti, quia certum est ꝙ ex parte Dei impossibilitas nõ potest assignari nisi ex parte factibilis, quia cęlum ſm omnẽ opinionem sibi derelictũ est non ens, & ita siue producebatur ab æterno, siue in tempore suũ non esse, vel suum nihil ordine naturæ D præcessit suũ esse, sed per te, cum ab æterno ponitur productũ post suũ nihil ponitur ex hoc ꝓduci sine mutatione, quia. s. mutatio pręsupponit saltem aliquid esse productibile, ergo eadem rõne cũ sibi nõ repugnat in tẽpore produci in esse post suũ nihil, sicut nec ab æterno, & hoc dico a Deo agente ꝙ statim patet ſm Christianos, sequitur ergo quod sicut ab æterno potuit efficienter produci sine mutatiõe, & hoc a Deo ita in tpe. Dicimus nos ꝙ sermo istius viri est imaginarius, & mirum est qũo ista audet dicere in via Philosophi, & E Auer. cuius doctrinã profitetur. Scribit nanq; Cõ. in. 1. cœli, & mundi. in cõ. 106. Quod innatum est inueniri in tpe non inuenitur sine tempore, & quod non innatũ est inueniri in tpe, nõ hẽt prius, & posterius nisi ſm esse tm̃, & in 8. phy. cõ. 15. late disputat in principiis Peripateticis fundãdo suas rõnes, ꝙ a voluntate antiqua non põt aliquis effectus nouus ĩmediate prouenire. & ideo neganda est ꝯñtia istius viri in qua dicit, ꝙ si cęlũ alio mõ efficiẽter produciť ab æterno, ergo eodem mõ põt produci in tpe. nã cęli nã ſm philosophum non F apta est emanare illo mõ quo emananta primo principio res tẽporales, & quia hoc nõ potuerunt isti intelligere declaremus eis hoc ex mente Auerro. Res vt diximus sunt in duplici dr̃ia, tẽporales, & æternæ, res tẽporales producuntur a primo principio mediãte motu cęli, & causis secũdis, & sua productio est per verũ agẽs, quod in agendo pẽdet a m̃a cũ actio eius non fit nisi ut formæ, quæ sunt ĩ potentia materiæ deducanť ad actũ, sicut dicit Cõ 8. ph. cõ. 4 & 12. met.

Sẽda r6. (margin, beside "cęli in com. 17. & 21.")

Solutio. (margin, beside "Dicimus nos")

Res sunt duobus modis. (margin, beside "Res vt diximus")

G meta.com.44.& talia in tempore producuntur,& vnum actum cousequitur vnam actionem vnius agentis, quia.12.meta.tex.com.27. Singularium aliud tua materia,& species, & moués,& mea,vniuersali autem ratione eadem.Sed res æternæ nō habent agens isto modo,sed ibi est cā, & causatum,secundum ꝙ intellectū est causa intelligentis,sicut autem vnū intelligibile potest mouere plures intelligentes,sic primum intelligibilium,quod est Dei essentia, & scientia est causa plurium intelligētium immediate fm ꝙ diuersimo-
H de aptum natum est tale ab ipsis intelligentiis participari fm latitudinē quandam,quia non omnes participant illius perfectionem æqualiter, & vno modo.& hoc voluit Comm. 12.meta.com.44.dum dixit contra Auic.qui ponebat ibi productionē omnium non esse immediate a prima intelligentia,sed erat consequutio.inquit enim ꝙ ille sermo ē imaginabilis.non enim est illic prouentus,neque consequutio, neq; actio, ita quod dicamus,ꝙ vna actio consequitur vnum agentem. tantū enim est illic causa,& causatum, secūdum
I quod dicimus,ꝙ intellectum est cā intelligentis,vult igitur,ꝙ non causentur per actionem, & per cōsequutionem,& prouentum, quia vt habet ipse in eodem commento parū infra.Mos autem qui est inter modernos in dicendo, ꝙ a tali motore prouenit talis motor,aut consequit̄, aut præcedit,aut talia verba,non vere intelligūtur de istis principiis abstractis.omnia enim ista sunt dispositiones agētium superficietenus nō vere,ab agente enim nihil prouenit vt diximus nisi extrahere illud, qđ est in potentia ad actum, sed illic K non est potentia. vnde neq; agens. tantum enim est illic intellectus, & intellectum,& perficiens, & perfectum,&c. Vbi vult ꝙ in intelligētiis non est actio, sed bene est causa, & causatum,vnde causantur ab ipso primo intelligibili ab æterno alij causati intellectus,& perficiuntur ꝑ illud fm diuersos gradus in perfectione,& in tali causatione non incōuenit,vt inquit,vt illud quod est per se intelligentia, & intellectus sit causa plurium entium fm ꝙ intelliguntur ex eo multi modi.illud igit̄ quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, & est causa in anima cœli,aliud est ab eo, quod intelligit ex eo motor Saturni Et sic̄ L de vnoquoq; eorum, quod non est intelligendum, ꝙ ista alietas sit ex parte primi intelligibilis, ꝙ ab omnibus intelligētiis intelligitur, quia tale est in fine vnitatis, simplicitatis, & nobilitatis,vt dicit Com.12. meta.commen.37.formaliter loquendo. Nec est intelligendum,vt exposuit iste doctor,& sequaces eius ꝙ Deus inquantum intelligit suam essentiam sub ratione qua est diuersimode imitabilis ab intelligentiis in M ratione finis,per uiam resultationis consequitur esse aliarum intelligentiarum,non quod Dei intellectio directe sit causa effectiua ipsarū. Hoc quidem stare nō potest,vt in sequēti theoremate statim dicā, quia tūc scientia Dei esset relatiua. & pateret̄ Comm.consimiles instantias, quas adduxi ipse contra Themistium.12 meta.commen. 51. sed solum hoc debet intelligi ex parte intelligentiarum diuersimode participantiū perfectionem primi per causationē istam

A istam, quæ fit per intelligere, & non per actionem. hoc est dictu. ꝙ illud quod intelligit motor Saturni. i. ꝙ ab intellectione primi accipit, est aliud ab illo, qđ intelligit motor Martis, & Mercurij, quia emanat a scientia, vel tanquam a causa effectrice in multa diuersitate quo ad perfectionem. Et ita vides pater reuerende differentiam inter actum, quod fit ab agente, & inter causatum, quod causatur ab intelligibili, quia actum præsupponit agens prius tempore acto, sed causatum B illo modo præsupponit causam, quæ est prior natura, quia si prima causa non esset nulla intelligentia esset.

Dfia inter actum, ab agente & causatum ab intelligibili.

Similiter actum quod fit actione ab agente fit cum prouentu, & extractione de potentia ad actum, quia actio agentis pēdet a materia, & ita ibi est consequutio, ꝙ vnum actum est ab vno agente propinquo, sed causatum ab intelligibili non fit cū prouentu, & consequutione, quia in tali causatione ab vno possunt immediate causari plura causata secundum diuersos modos participantia perfectionem vniusmet causæ cau-C santis, quia vnum imaginatum potest mouere plures imaginationes.

Similiter est alia differentia, quia agens, ad hoc, vt agat actum præsupponit materiam, sed causa prima in causando intelligentias abstractas necessariaq; entia non præsupponit materiam, quia iste est diuersus modus causandi, immo sua scientia est causa immediate causans illa tanq̃ efficiens. Sed quid fuit causa erroris istorum, si ita licet loqui de tantis viris? fuit meo iudicio, quia crediderunt omne causatum, eodē modo debere cāri, sed est error purus,

Cā erroris istorum.

D quia ratio causæ, & causati, sunt in plus, quàm rō agentis, & acti. vnde decepit istos viros locus consequentis, quia videntes, quod non habent causam agentem, crediderunt, quod non habeant causam efficientem, & quod si in eis non est actum, ergo in eis non est aliquid effectiuè causatum. Aliud argumētum istius viri est hoc. Item si Philosophi posuissent, ꝙ intelligentiæ, vel quodcunq; aliquod sempiternum potuisset fuisse ab æterno efficienter sine mutatione, tunc argumentum quod facit Com. 12. meta. com. 44. nihil valeret, ergo philosophi hoc non posuerunt. Probo ꝙ nihil valet. Auic. ponit, vt recitat Com. supra eodem cō, E men. 44. ꝙ primus motor producit animam primi cœli, & motorem orbis consequentis. contra arguit Cō. infra, ꝙ hæc non proueniūt ab agēte, quia ab agente nihil prouenit, nisi extrahere illud, quod est in potentia ad actum, sed in his non est potētia, ergo nec agens. Ecce Cō. arguit cōtra Auic. ꝙ si talia æterna fuissent producta, quod fuissent extracta de potentia ad actum, quod est acquirere esse per mutationem. sed planū est, ꝙ illud argumentum Com. non F valeret si talia æterna potuissent esse producta efficienter ab æterno, sine mutatione, ergo philosophus nullā efficientiam posuit sine mutatione, etiam ab æterno. Dicimus nos, ꝙ ad opinionem Auic. ſm modū suæ positionis in quo declarabat, ꝙ intelligentiæ non possunt immediate produci ab vno, quia ab uno inquātum vnum immediate non prouenit nisi vnum est, & propter hoc conatus est dicere, ꝙ vna tantum vnū producit, & sic cōsequenter dici pro ductio-

Alia ratio eiusdem.

solutio.

G ctionem intelligentiarum esse per consequutionem,& prouentum,sequitur quod Aui.imaginabatur, q eodem modo esset causatio in intelligentiis,sicut est in istis rebus corporalibus agentibus superficieten', idest per contactum. nam in talibus in quibus est vera actio,& motus atque contactus,est vera illa propositio,quæ erat fundamentum imaginariæ positionis suę,valet q ab vno inquantum vnum,nõ prouenit immediate nisi vnum. sed Auer. dicit q intelligentiæ per actionem non
H producuntur,sed causantur sm q intelligibile est causa intelligentis,& quia vnum intelligibile immediate potest mouere plures intelligentes, sic prima intelligentia, quæ est primum intelligibilium causat ab æterno multos intellectus intelligentes immediate,quia in tali modo causandi plura possunt immediate causari ab vno,& ideo dixit, q solum ibi est cã,& cãtum sm q intellectũ est causa intelligentis,& ideo immediate infert. Et cum ita sit, non est impossibile,vt illud quod est per se intelligentia,& intellectus sit causa plurium entium sm, q ex eo intelliguntur multi modi. licet igit Auic.
I in sua positione non dixerit formaliter intelligentias produci per verã actionem,per quãm aliquid extrahit,vt de potentia ad actum, tamen ex modo suæ declarationis cõcomitanter dixit hoc, quia assimilat illũ modum modo istorum,& ideo dixit bene Com. q ille sermo est imaginabilis,quia in loquendo de causatione abstractorũ imitatus est imaginationem,quæ est in istis sensibilibus. Aliud argumentum eius est istud,cum Philosophus. 8.phy. acce- Alia ratio eiusdem.

pit si mobile est factum,ergo p mutationem præcedentem, aut ipse vidit modum efficientiæ sine mutatione,& ab æterno,aut non. Si non vidit,ergo nũ posuit,cuius contrariũ tu dicis. Si vidit,ergo petit principiũ quia apparenter saltem potuit sibi responsum fuisse,qd non sequit cõsequentia sua,immo sicut ab æterno potuit fuisse sine mutatione aliquis effectus,quãuis de se nihil erat eadem ratione,& in tempore,& sine mutatione,ergo cum non reprobauit istam responsionem satis apparentem,petiit,vel saltem non valuit demonstratio sua. Ad hoc dicimus nos q philosophus bene vidit alium modum efficientiæ,sed non oportuit illum in proposita consequentia manifestare,quia si mobile esset de numero factibilium,tunc esset de numero eorum,quæ sunt generabilia,talia autem sunt illa, quæ apta nata sunt fieri in tempore,& q sunt hmõi sunt longe diuersa ab illis,quæ sunt apta nata causari sine tẽpore,quia vt dixit Auerr.in.1. cœli. com.106. Quod aptum natum est inueniri ĩ tempore, nõ inuenitur sine tpe,& quod non est aptum natũ inueniri in tpe,non habet prius,& posterius,nisi sm esse. Et ita imaginarius est sermo istorũ, qualis erat sermo Auic.quia isti imaginantur, q omne cãtum vno,& eodem mõ cãri habet a sua cã,quod tñ est falsũ. nam longe diuersus est modus, quo causantur æterna a modo quo causantur,ea quæ de nouo fiunt. & iõ non petit Arist.in sua rõne. natura namq; inferiorum est multum diuersa a natura superiorum, tam ex parte materię,quàm ex parte formę tam ex parte agẽtis,quàm ẽt ex parte fi- K Solutio. L M

A te finis, sicut late prosequitur Auerr. in libro de substantia orbis, & ideo nulli mirum videatur, si est aliud genus causalitatis in illis, & in istis.

ADDI. Hoc etiã sentit Homerus in quinto Iliados vbi introducit Apollinẽ alloquentem Diomedem, qui Venerem deam in bello percussit, ausus mortalis immortali congredi.

Φάζεο τοδείδη καὶ χάζεο, μηδὲ θεοῖσιν
ἶσ᾽ ἔθελε φρονέειν, ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὁμοῖον
ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἐρχομένων τ᾽ ἀνθρώπων

B Alia ratio eiusdem. Aliud argumentum eiusdẽ doctoris est istud. Si Philosophus vidit, & posuit talem factionem ergo probando primam causam ex effectibus non solum potuit ipsam probare ex motu sed ex tali efficientia sine motu, quia sicut ex naturalibus suis potuit Philosophus conuincere effectum dupliciter causatũ, ita ex naturalibus potuit dupliciter cõuincisse causam primam, sed hoc non, immo ex solo motu conuincit primam causam sicut patet. 8. physi. & 12. met. ergo, &c.

Solutio. Ad hoc dicimus C nos, quod istud est difficilius inter oĩa argumenta istius viri, vt mihi datur cernere, tamen in via Auer. isto mõ respõderẽ, quod naturalis solus via motus potest demõstrare primam causam esse abstractam a magnitudine, & est via qua processit in 8. physi. & eadem via processit in 12. meta. tex. com. 41. tamen vtrum talis substantia abstracta, a magnitudine sit intelligentia, hoc assumitur etiã a naturali ex. 3. de anima. & ibi etiã ostẽditur quomodo intelligibile se hẽt respectu intelligentis, & similiter quod in intelligentiis sit multitudo accipit diuinus ex illo loco propter naturam intellectus possibilis inuentam in eis. Et ne videamus ista somniãdo dicere, adduco auctoritatẽ Auer. in. 1. de anima com. 2. vbi ponit tres vtilitates scientiæ libri de anima: Quarum vna consistit in hoc. quod illa scientia tribuit diuersis scientiis multa principia, inquit. n. Secundus est quia dat pluribus sciẽtiis plura principia, vt scientiæ morali. s. regendi ciuitates, & diuinæ. Moralis. n. suscipit ab hac scientia vltimum finem hoĩs in eo quod est homo, & scientiã suæ substantiæ quæ sit: Diuinus autem B suscipit ab ea substantiã subiecti sui. hic. n. declarabitur quoniam formę abstractæ sunt intelligentes, & alia multa de cognitione dispositionum consequentium intelligentiã in eo quod intelligentia est, & intellectus. Et in. 3. de anima in com. 5. in solutione. 3. q. inquit. & nisi esset hoc genus entium, quod sciuimus in scientia de aĩa nõ possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis, quemadmodum nisi sciuerimus hic naturam intellectus non possemus intelligere, quod virtutes mouentes abstractæ debẽt esse intellus. Et hoc la E tuit multos modernos adeo quod negauerunt illud quod dicit Arist. in tra. sui libri quod necesse est, vt formæ abstractæ mouentes corpora cœlestia sint secundum numerum corporum cœlestium, & ideo scire de aĩa est necessarium in sciẽdo primã philosophiã. Et infra cõ. 14. inquit vnde non est opinandũ, quod prima materia est causa receptionis simpliciter, sed causæ receptionis transmutabilis, & est receptio huius singularis, causa autem receptionis simpliciter est ista natu-

G natura, & ex hoc modo fuit possibile, quod corpora cœlestia reciperent formas abstractas, & intelligerēt eas, & fuit possibile, vt intelligentiæ abstractæ perficerentur per se adinuicem, & si non, non esset illic recipiens, & receptum, vnde videmus, quòd illud quod est liberatum ab hac natura est primum intelligens, & ponendo istam naturam dissoluetur quæstio dicens. quomodo intelligitur multitudo, & quomodo intelligūtur multæ ex formis abstractis, & in tellectus idem est in eis cum intellecto.

H Ex omnibus igitur his auctoritatibus colligitur, quod quādo Auer. dixit. quod via motus solum potest demonstrari primum principium esse verum, est quantum ad hoc, quod sit abstractum a magnitudine, tamen quod tale sit intelligens, & quòd intelligibile sit causa intelligentis, & multitudo, & modus omnium istorum sumuntur ex libro de anima.

Confirmatiōes eiusdem.

Et per hoc patet ad auctoritatem adductam per istum doctorem ex primo physic. cōmē. vltimo quæ vt inquit. non recipit glossam vbi dicit, quod primum principium esse, vel aliquid separatum non potest probari in philosophia naturali nisi via motus, & transmutationis, & dicit Auicen. peccasse peccato manifesto qui posuit primum Philosophum.i. metaphysi. probare primum principium esse. Et confirmatur, nam si Aristo. vidisset efficientiam talem, siue ab æterno, siue in tempore cum in metaphysic. considerat de causis æternis, & de his quæ agunt sine motu si qua talia sūt, ergo in met. in. 5. lib. vbi distinguit genera causarum debuit fecisse mētionem de isto, saltem in genere, scilicet quod diffinitio causæ agentis sibi poterit conuenisse, consequens est falsum. vbique

I

K enim dicit de efficiēte quod est principium vnde motus, sed ista diffinitio non potest conuenire agenti sine motu. Confirmatur, & est contra quandam responsionem. Philosophus naturalis considerat de fine acquisito per actionem, vt est sanitas, metaph. autem considerat de fine qui præexistit actui, & ideo 12. meta. distinguit talem finē perscrutandum qualiter, &c. & Commen. 12. metaphy. com. 37. distinguit duplicem istum finem. ergo eadem ratione cum Philosophus naturalis cō siderat de agente per motum, metaphysicus agens sine motu distincte considerat, cuius oppositum est verum, semper enim vocat per totum principium, vnde motus, & 5. meta. vocat principium transmutandi.

L Solutio.

Dicimus nos ad istas confirmationes, quod motus est duplex, verus & æquiuocus. i. secundum similitudinem, tūc efficiens in sui generali ratione, vt dicitur quòd est principium vnde motus, intelligitur siue sit principiū motus veri, sicut est motor naturalis, siue sit motor per intelligere, vñ. 12. meta. com. 36. dicitur quod intelligentiæ de potentiis animæ non habent nisi intellectum, & virtutem desideratiuam per quæ mouent in loco, & hoc est concessum ab omnibus Philosophis quod omne agens, aut est agēs per naturam, aut per intelligere, & mirum est, de istis viris illustribus. quomodo auferunt efficientiam a primo intellectu, cum tamen ille sit maxime actiuus, scientia .n. Dei est causa omnium entium, & si Aristo. in 7. meta. dicit. Formam domus in materia fieri a specie domus sine materia

Solutio.

M

A tertia existente, vt quid igitur imaginari nō potuerūt primam formam esse omnium entium effectricē, non video. Ad vltimum respondetur ꝙ diuinus est artifex communis, & indifferenter considerat vtrunq; efficiens per motū, & sine motu, sed differenter, quia efficiens per motū verum considerat sub rationibus transcendentibus, quia cōsiderat omnia vt contingit tamen illud quod efficit sine motu vero, & efficit per intelligere, & velle de tali quiditatiue, & in propria forma considerat nedum sub rōnibus transcendentibus quia B tale est intelligentia, & de intelligentiis quiditatiue considerat diuinus, licet multas dispositiones, & de intelligentiis sumat diuinus a naturali, sicut supra deduximus in via Auerr. Et ex istis solutionibus apparet etiā solutio ad omnes rationes, & auctoritates Greg. de Arim. quæ ad idem tendunt sicut cuilibet facile innotescere potest, omnes.n. fundātur sup illo præsupposito, quod si vnus, & idem modus quo causantur a primo principio temporalia, & æterna, si æterna causarentur, & hoc est fundamentū quod est debilius quā C sit tela araneæ, quia est longe diuersum genus entium hoc & illud. Redeamus igitur ad locum nostrum, vnde diuertimus, & declaremus quomodo ex intellectu, & intelligili fit magis vnum q̄ ex materia, & forā, & dicamus quod res est clara, & aperta ex verbis sequentibus in illa auctoritate, quia inqt. quod enim fit ex eis non est aliud sicut in compositis ex materia & forma, ly enim, vt clarū est, est redditio causæ, vnde vt alias demonstraui, sententia Auer. fuit ꝙ substantia composita sit tertia, quædam entitas distincta a partibus, etiā D simul iūctis, quicquid alij imponāt sibi, ideo igitur ex intellectu, & intelligibili fit maxime vnum, quia intellectus pōt fieri intelligibile, nam qñ intellectus intelligit seipsū, patet quomodo intellectus sit intellectum, nō sic est ĩ cōpositis ex materia & forā, quia nunquam materia fiet forma, nec forma materia, sed ex materia & forma, fit subā cōposita, q̄ est aliud ab eis uel diuisim, quia non est materia. nec est forma, vt tenet via cōis de mēte Auer. vel etiam coniūctim, vt ego teneo, & pro hoc habemus claram Auer. auctoritatē in 12, com. E 39. vbi inquit, intellectus.n. inquantum intelligit intellectū dicitur intellectus, & inquātum intelligit per se dicitur, ꝙ intellectum per se est ipse intellectus econtrario illi, ꝙ intelligit, per aliud, & inquantum quidē intellectus est, illud quod intelligit, dicit ꝙ intellectus est res intellecta.

Cōclusio theorematis.

PROPOSITIO LXXXIII.

Primus intellectus solum seipsum intelligit.

PEripatetici omnes conuenerunt F in præsenti Theoremate, nam Aristo. de composito istam quæstionem examinat in. 12. primæ philosophiæ tex. commen. 51. verumtamen sunt discordes circa modum quo intellectus diuinus solum seipsum intelligens, nihil tamen dicitur ignorare. Animaduerte igitur quòd Aristo. & Commentator vbi supra, tres cōclusiones de intellectione Dei proponunt per ordinem. Prima conclusio est ista. Deus est substantia intellectualis semper actu intelligens. Aut sic deducitur,

G nam Deus est ens nobilissimum omnium, hoc autem non esset, si non esset intelligens, aut non esset semper actu intelligens, vnde ait. si non intelligat, quid vtique erit insigne uenerabile, sed habet queadmodum, ut sit dormiēs. ubi Auer. in cō. inquit necesse est, si est intelligēs, vt semper sit fm alterum istorum duorum modorum, aut secundū dispositionē, in qua non vtitur sciens scientia, aut in qua vtitur. Si igitur fuerit in dispositione, in qua sciens non vtitur scientia sua est, quasi dormiēs, & non erit in eo dispositio nobilis, &
H hoc est inconueniens. Secunda conclusio est ista, sua substantia est sua intellectio, quæ sic ostēditur per Philosophum, nam si ipse non sit sua intelligentia. i. sua intellectio, sed potētia, tunc igitur non erit optima substantia, per intelligere. n. ei honorabile inest, quasi dicat. cum Deus non sit in optima dispositione nisi p intelligentiam, si sua substantia non sit sua intelligentia, tunc igitur ipse, ex se non erit optima substantia, & perfectissima, sed perficitur p aliud, scilicet per ipsam intellectionem, & hoc est inconueniens. Tertia conclu
I sio est, De⁹ nihil aliud a se intelligit, q uariis rationibus ab ipso, & a Cō. ibi deducitur. Tum quia si intelligeret aliud a se, tunc sua substantia nō esset sua intellectio, sed erit potentia per quam fit intelligens aut intellectio. Tum etiam quia erit aliquid nobilius eo quod est falsum. probatio sequelę, nam intellectum est perfectio intelligentis. s. causaliter, quia causat in intelligente suam perfectionem, quæ est intellectio, omne autē tale inquantum hmōi est perfectius eo. Tum quia non esset simpliciter independens, & nullius indigens, cō K sequens est falsum. Deduco consequentiam, quia intellectus depēdet ab intellecto. Tum quia esset in eo passio, quia oē quod intelligit aliud transmutatur in sua substantia, seu mouetur ab alio. Tum quia nō esset ens nobilissimum, & ex se optimū. Probatur consequenia, quia intellectio rei vilis nō est nobilis, sed vilis, vnde etiam vt inquit. Melius etiā est apud nos quædam negligere, q intelligere, & non videre q videre. Adducitur etiam per Com. alia ratio. nam si Deus intelligeret alia a se, aut hoc esset scientia in vniuersali, aut scientia in particulari. Non in vniuersali, L qa scire in vniuersali est scire in potentia, & est scire confusum, & indistinctum. Nec in particulari, quia entia particularia sunt infinita, & infinitum secundum quod infinitū est ignotum. Aduerte tamen quod licet Philosophus, & sequaces eius teneant istam conclusionem, tamen omnes hoc fatētur quod Deus se solum intelligendo dicitur omnia cognoscere, & nihil dicitur ignorare, & in hoc sunt uarii, & diuersi modi dicendi. Themistius autem vt recitat The. opin. Com. in loco prædicto dixit. ꝙ intel M lectus diuinus intelligit oīa, ex hoc quod intelligit se esse principiū omnium. Com. autem impugnans dictum Them. inquit, ꝙ ista sunt dicta illius qui non intelligit demonstrationes Arist. & hoc pro tanto dixit, Impugn. quia ex verbis Arist. apparet ꝙ De⁹ intelligit se, & nihil extrinsecum, sed secundum expositionem Them̄. sequitur ꝙ Deus intelligat alia a se. Amplius, tunc intellectus, & intellectum in Deo non sunt eadem omnibus modis, quia si Deus ītelligit alia

extrin-

A extrinseca a se patet, ꝙ tunc ibi intellectus, & intellectum non essent eadem simpliciter, & omnibus modis. Et ideo Auerr. aliter exponit mentem Aristo. in illo loco. inquit enim quod primus intellectus est simplicior omnibus, & est vnus simpliciter sine aliqua multiplicitate, neq; propter alietatem intellectus, & intellecti, neq; propter multitudinem intellectorum, multitudo enim intellectorum in eodẽ intellectu, sicut est in intellectu in nobis consequitur alietatem, quæ inuenitur in eo. s. alietatem intellectus, & intellecti in nobis, qm̃ cum intellectus, & intellectũ

Expositio Auer.

B fuerint adunata perfecta adunatiõe contingit, vt intellecta multo plura, quæ sunt illius intellectus adunẽtur, & terminẽt vnum, & simplex omnibus modis, quoniam si remanẽt illa intellecta, quę sunt in vno intellectu plura, & non adunarentur cum essentia intellectus, tũc essentia eius illud erit ab eis. Quæ verba ita interpretatus est Ioannes de Bacchone. in. 1. sen. di. 39. q. 1. inquit. n. ꝙ licet opinio Themistii non possit stare, semper tñ remanet inconueniens quoddam, & est quod Deus sit ignorans,

Op^o Ioã. de Bacco.

C ea quæ sunt hic, & ideo subdit Com. ꝙ erant quidam dicentes, Deum scire omnia quæ sunt hic scientia vniuersali, non scientia particulari, & hanc reprobat. Non. n potest esse vniuersalis, quia tunc illorum scientia non esset nisi in potẽtia. Nec particularis, quia particularia sunt infinita, & infinita non determinantur a scientia, tenet igitur Com. pro finali cõclusione illud in quo ambæ istæ opiniones concordant. s. ꝙ Deus scit omnia quæ sunt hic, sed discordat ab vtraq; in modo ponendi, non. n. cognoscit ea scientia vniuersali, & cõfusa nec particulari, & diuisa, nec cognoscit ea per hoc ꝙ cognoscit primum esse causam eorum subito trãseundo a cognitione suiipsius ad cognitionẽ eorum, vt quædam entia in seipsis, vt ponit Themistius, sed ex hoc ꝙ cognoscit seipsum in seipsũ, dico ꝙ continet esse eorum, & ꝙ est causa esse eorum, & hoc est ꝙ dicit. & veritas est quod cum scit se tantũ in se, scit omnia in esse quod est causa eorum esse. & nota dicit quod est causa, non dicit secundum quod est causa. Ad euidentiam istorum est D

intelligendum, ꝙ aliquid potest dici esse intellectum, vel scitum, & ſm ipsum esse quod habet in seipso dupliciter. Vno modo ꝙ ipsum ſm proprium esse quod habet in seipso per se terminet actum intelligendi sic, ꝙ intellectus in intelligendo transeat super ipsum tanq̃ super per se terminum intellectionis, & tanquam sup obiectum per se speculatum, & per se intellectum, sicut posuit Themistius ꝙ cum Deus intelligit se, subito transferret se ad intelligendum creaturam secundum illud esse propriũ quod habet in seipsa creatura, ita ꝙ E

actus intelligendi terminaretur ad creaturam cognitam in proprio esse, quod habet in seipsa, tanquam ad obiectum per se speculatum, & intellectum sistens, & terminans actum intelligendi diuinum. Alio modo, ꝙ ipsum sit cognitum in quodam alio adunate, & vnitiue cum eo sic, ꝙ illud aliud in quo adunate ipsum cognoscitur, semper indefectibiliter sit per se terminans actum intelligendi & per se speculatum, & per se intellectum, & ꝙ intellectus suus nunquã se transfert vltra, tanquam in aliud F

G obiectum per ſe ſpeculatum, ſed q^d ſolum conſequutiue intelligat illud quod adunate eſt cognitum, in eo ſecundum eſſe, proprium quod habet in ſeipſo. poſito enim quod eſſet vnus calor ſeparatus qui eſſet calor per eſſentiam, & includens perfectiones omnium calorum, ſi tunc eſſet aliquis intellectus comprehendens illum calorem, & omnes alios in eo adunate poſitos, cum hoc ꝙ ille intellectus comprehendens illum calorem, & omnes alios in eo ſemper indefectibiliter ſtaret ſpeculando ſemper illum calorem tãtum ex H hoc quod ſic inteligeret ſemper ſtando in comprehenſione illius caloris per eſſentiam, qui includit perfectiones omnium calornm ſm proprium eſſe in ſeipſis, & inquit ꝙ iſtud clarius habetur diſtinct. 35. art. 4. in fine & in reſpõſione vltimi argumenti, per hunc modum vult Commen. dicere contra Themiſtium, quod non ſolum intellectus diuinus nihil intelligit extra ſe acquirendo ſcientiam a rebus, vt probauit prima conclusio principalis, ſed quod nihil intelligit extra ſe tanquam obiectum terminans actum intelligendi, & I tanquam obiectum ſpeculatum, & intellectum, ſicut poſuit Themiſtius. Sed quod intelligit omnia in ſeipſo, ita quòd intelligendo comprehenſiue, ſeipſum tantum qui eſt cauſa eorum intelligit alia, & hoc eſt quod dicit reſpondendo, & veritas eſt, ꝙ ſecũdum quod ſcit ſe tantum ſcit omnia in eſſe, quod eſt cauſa eorũ in eſſe, & vocat cognoſcere in cauſa cognoſcere omnia in eo ꝙ eſt tale per eſſentiam, in quocunque genere ſit cauſa non curat. Et adhuc vlterius declaratur poſitio, ne enim aliquis crederet, ꝙ ſolum cognoſceret illa ſecundum eſſe ſolum, quod K habent in ipſo, & non ſecundum eſſe proprium, quod habent in ipſis ſuis eſſe propriis extra, addit triplex exemplum, Primum de calore, quia qui ſcit calorem ignis tantum, non dicitur neſcire naturam caloris inexiſtẽs in reliquis calidis, ſed iſte eſt qui ſcit nãm caloris ſecũdum quod eſt calor. Tunc arguo, ipſe dicit, ꝙ qui cognoſceret calorem per eſſentiam, ſcilicet ignis tantum, non dicitur neſcire naturam caloris exiſtentis in rebus calidis, ſed cognoſcere calorem, vt eſt in calidis eſt cogno L ſcere ipſa calida, ſicut cognoſcere albedinem, vt in pariete eſt cognoſcere parietem album. Igitur vult ꝙ qui cognoſcit calorem tantum, non ſolum cognoſcit calorem in his, ſed cognoſcit ipſa calida, ſed hoc non poteſt eſſe niſi conſequutiue. Cum nõ ponitur niſi vnum per ſe intellectũ terminans cognitionem. Et poteſt formari ratio principalis a ſimili ſed ſententialiter ſic. Si aliquis ſciret calorem per eſſentiam. ſcilicet; ignis tã tum. ſuper perfecta comprehenſione ſciret omnia calida omnibus modis quibus ſunt calida, quia da oppo M ſitum, non comprehenderet calorẽ. Igitur, ſimilia ſi primũ ens ſcit ſe tã tum, ꝙ ens eſt ens per eſſentiam, & comprehenſiue, ſequitur ꝙ ſcit omnia entia omnibus modis quibus ſũt entia, ſed cognoſcere omnia entia omnibus modis quibus ſunt entia, eſt cognoſcere diſtincte ea ſecundũ propria eſſe. Igitur Deus intelligendo ſe tantum comprehenſiue excluſo omni alio obiecto terminante eius cognitionem, ſaltem cognoſcit alia diſtincte ſecundum ſua eſſe propria,

A pria, ut sunt videlicet in seipsis. Secundo ponit aliud exemplum, si esset aliquod ens, quod ens esset in seipso simplex existens, & esset omne ens secūdum perfectionalem, & identicam continentiam, tunc eo quod quis sciret perfectissime tale ens, sequitur, quod sciret omne ens secundum omnem perfectionem suam, quod est scire ipsum secundum quālibet entitatem suam, quia in omni ente est aliqua perfectio, sed vt dicit, tale est Deus, ait enim sic, primus scit naturā entis in eo quod est ens, in eo quod est ens simplex, quod est
B ipsum. Tertio de intellectu, videlicet si esse aliquis qui per essentiam contineret omnia intelligibilia. Tūc qui comprehenderet illum intellectum, consequenter cognosceret oīa alia secundum omnem modum suę entitatis. Addit etiam præfatus Doctor ex suo, ad hoc duplex exēplum naturale. primum numerus senarius est formaliter cōstitutus aliqua vnitate. Non enim est bis tria, neq; ter duo, sed semel sex. 5. meta. & tamen patet, ꝙ qui comprehenderit illam vnitatem .f. senitatem cognosceret distincte duas trinitates. & sex vnita
C tes, cum enim hęc in eo quoquo modo continentur, non esset comprehēsio eius nisi hæc omnia secundū sua propria esse cognoscerentur, sic in proposito, Deus cōprehendendo seipsum qui est per se quædam vnitas cognoscibilis omnium, dicitur esse comprehensiuus, &c. Aliud exemplū valde conueniens est, posito gratia exempli, quód vnitates omnium conclusionum, quæ continentur in primis principiis essent eadem vnitas per essentiam cum vnitate prioris secundum continentiā perfectionalem, sicut ponit Commenta. com. 51. 12. meta. quod plura in intellectu diuino non sunt ab essentia intellectus diuini. si igitur intellectus meus comprehenderet prima principia, & staret semper indefectibiliter speculando, & non transferret se a speculatione principiorum ad speculandum conclusiones in seipsis, tunc manifestum est quod comprehendendo prima principia, etiā perfectissime adunate, & simplici comprehensione comprehenderet omnes conclusiones, & geometricas, & astronomicas. & omnium aliarum scientiarum, sed talis comprehensio non esset omnino totalis, & perfectissima, nisi ad illam consequeretur cognitio rei secundum omne suum esse. Ergo intellectus meus comprehendendo perfectissime adunate, & simplici comprehensione prima principia, & omnes conclusiones in eis consequutiue, saltem cognoscit omnes conclusiones in seipsis, & sic arguendum est per omnia de intellectu diuino, & cætera. ista est opinio, & declaratio Auerr. secundum istum doctorem. Licet autem de hoc memini me specialem quæstionem edidisse in commentariis meis super. 12. metaphy- quantum spectat ad præsentem locum, Dico quòd ista non est mens Auerr. quia intellectio Dei secundum ipsum est omnino simplex, & omnino indiuisibilis, quia, vt scribit Commentator 12. metaphysic. commen. 37. est in fine simplicitatis, vnitatis, & nobilitatis. Et per consequens ibi non est multitudo intellectorum in propria forma, neque per viam intentionis primæ neque per uiam consequutionis, si-

D (right margin, top) · E (right margin, middle) · F (right margin, lower)

G cut sibi imponit iste doctor. Amplius tūc intelligens, & intellectum in eo non essent omnibus modis eadem, quia obiecta consequutiue cognita non sunt formaliter loquendo secundum proprium esse forma le omnibus modis eadem cum obiecto primo cognito, quia si omnibus modis obiectum primo cognitum, & obiecta alia consequutiue cognita formaliter, & omnibus modis sunt eadem, igitur non oporteret alia obiecta per participationē entia consequutiue distincte cognosci, ex hoc ꝙ intellectus diuinus suā
H essentiam, quæ est ens per essentiam cognoscit, imo omnia æque primo intuerentur a diuino intellu in propria forma sine aliqua consequutione. Confirmatur, quia Auer. contra Auic. 12. meta. non ponit in intelligentiis esse consequutionem, nec in se, nec in suis actibus intelligēdi. Amplius pateretur Com. consiles angustias quas patitur Themistius, ꝙ posuit intellectum diuinum cognoscere omnia inquantum cognoscit se esse principium omniū, manifestū est autē ꝙ si ita esset, vt inquit Themistius ꝙ in cognitione Dei esset ali
I qua consequutio inter cognitionem principij, & principiati, & ita est fm te consequutio inter intelligere ens per essentiā, & inter intelligere ens per participationem. Quod autē dicit præfatus Doctor de tribus exemplis adductis per Auer. facile excludi potest. nam exemplis vtimur, non vt ita sint, sed vt audiant qui addiscunt, nam exemplorum requiritur manifestatio, & non verificatio, vt scribit Commenta. in. 2. de anima in com. 67. vnde lucidissimus Themist. in. 1. de anima cap. 24. scribit. Ego vero primum illud demiror eo K rum qui hoc audent dicere, quod arbitrantur exempla vim probationū habere, cum tamen exemplum ad faciendam fidem infirmissimum argumentum sit. Amplius autem ex illis exemplis non potest haberi illud quod deducit præfatus Doctor. nam licet cognoscens calorem per essentiam inuentum in igne, non dicatur ignorare naturam caloris existentis in aliis rebus calidis, tñ in illa intellectione caloris ignei, non intelligit iste intellectus omnes alios calores per participationem in aliis rebus calidis secundum propria esse, L & formaliter, quia nō intelligit iste intellectus formaliter nisi caloris essentiam, non tamen iste in propria forma intelligit calorem lapidis, qui est, vt quatuor, & calorem plantæ, ꝙ est vt quinq;, vt clarum est, vnde deductio eius videtur peccare per fallaciam accidentis, cognosco albedinem, quę est in pariete. ergo cognosco parietem album, quia accidit albedini, vt est cognita a me, ꝙ sit in pariete, ita omnia calida per participationem cognoscuntur in cognitione caloris per essentiam, sed non sequitur propter hoc, quod illis taliter cognitis cognoscātur in propria M forma, quia cognosci in propria forma accidit, & extraneum est calidis per participationem, vt cognosci dicuntur ad cognitionem caloris per essentiam, & ita patet solutio ad omnia exempla adducta per ipsum. Amplius in seipso hoc experiri potunt, nam non est dubium quod in entibus est ordo, & imperfectiora dñr contineri in perfectioribus, vñ Arist. in. 2. de aīa in te. cō. 31. inquit, ꝙ vegetatiuum est in sensitiuo, sicut

trigonum

A trigonum in tetragono,& nõ oportet,quod qui distincte cognoscit hominem, qui est metrum omnium eorum,quæ sunt hic,quod principaliter,aut consequutiue intelligat omnes alias species, & creaturas a quibus differt homo, vnde Arist.& Cõmen.& Them.in.2.poster. damnat in tex.comm.20.in illo cap. non autem oportet definientem, & diuidẽtem omnia scire Speusippum,vt inquit Themi.in sua paraphrasi. cap. 24.qui opinabatur, ꝙ ille qui diffiniturus esset aliquam rẽ,debet pri⁹ cognoscere omnia a quibus differt, vnde Arist. ibi manifeste concedit

B aliquem habere posse distinctam cognitionem de specie nobiliori, esto quod ignoret viliorem distincte a qua illa nobilior distinguitur, & iõ sine dubio cum supportatione,& reuerentia, non medullitus penetrauit veram opinionem tangendo Auer.sed corticem verborum tetigit, vt statim ostendã, nam rectum est iudex sui,& obliqui.Dico igitur altius quædam repetendo necessaria circa hoc,quæ sunt de mente Auer.

Solutio. Primum ꝙ suppono de mente eius est hoc, quod esse sensibilium

C formarum gradus habet, quorum vilior est in materia nobilior, illo autem est esse,quod habent in humano intellectu,& nobilior illo est esse,quod habent in separatis intelligẽtijs,deinde ĩ ipsis seperatis intelligentiis,dictæ formæ gradus habent adinuicẽ differẽtes,ſm qđ differũt illæ intelligẽtiæ adinuicẽ,& est de intẽtione Auer.in li.destr u.dest.in dispu.3.insol.18.du. Pro quo debes scire ꝙ sunt duo extrema latitudinis formarũ.Vnum ĩ extremo remissiori,& hoc est prima materia, quæ secundum beatum Aug.in.12.lib.cõfessionum est prope nihil, vnde ex sua imperfectione, & latentia propter suum esse diminutũ quod habet Plato non distinxit inter ipsam & priuationem,vt patet.1.phy.tex. com.79.Aliud est in extremo intẽsiori,& istud est Deus sublimis, vnde Commen.12.meta.tex.com.18. inquit.Omnes formæ sunt in potentia in prima materia,& sunt in actu in primo motore,& iõ formæ, quæ sunt maxime ꝓpinquæ naturæ primæ materiæ,sunt imperfectissimæ, sicut sunt formæ elementales.Dein **D**

de sunt parum illis perfectiores formæ mixtornm inanimatorum , vt sunt mineralia,& lapides. Deinde sunt vegetabilia,& plantæ . Deinde sunt quædam , quæ a Græcis zoophyta,a nobis autem ambiguam naturam obtinentia inter animalia , & plantas,vt est spõgia marina.Deinde sum animalia. Demũ in hoc mũdo inferiori est homo,qui est termi nus istorum inferiorũ. vnde Auer. 2.de anima.com.32. Complementum autem animalium , & finis eorum qui intendebatur in natura,& generatione,quem cum natura potuit pertingere stetit,est modus animalium habentium virtutem speculatiuam cogitatiuam. i. intelligibilem,& ita intelligis primam partem suppositi,ꝙ vilior gradus quem obtinet forma sensibilis in hoc mundo inferiori,est ille quem habet in materia,& nobilior est ille quem habet in humano intellectu.nam vt scribit Auer.in eodẽ loco,lapis sine dubio,& quælibet forma duobus modis habet esse.videlicet esse intelligibile,quando comprehenditur separatum a materia ab intellectu, & eẽ sensibile, **E** **F**

G sensibile, videlicet id quod habet in materia. verbi gratia lapis formam habet materialem extra animam, & aliam formam, quæ est intellectio, & comprehensio facta in anima, ꝓut anima rationalis separatam capit eam, & ideo forma, vt est in anima humana, quæ est locus specierũ non omnis, sed intellectus, vt dicitur in. 3. de anima, habet nobilius esse, quod habere potest respectu istius ordinis, qui est in hoc mundo inferiori, nam vt scribit Aristo. in. 3. cœli, & mund. tex. comm. 24. Ordo est
H propria natura sensibilium. Secũdo imaginare debes & consimilis ordo, immo longe perfectior est in illo superiori mundo, a quo omnis ordo, & series, & permanentia isti' mũdi disponitur, teste Aristo. in principio libri meteororum. vbi inquit. Oportet mundum istum inferiorẽ superioribus lationibus esse continuum, vt omnis eius virtus inde gubernetur. vnde Aristo. deridet antiquos, qui ponebant casum & fortunam in corporibus cœlestibus, & non in istis inferioribus, vt patet in
I 2. physic. tex. comm. 46. vbi inquit. Adhuc inconuenientius est dicere hoc videntes quidem in cœlo nihil casu fieri, in his autem, quæ nõ sunt a fortuna multa contingere a fortuna, & erat merito ecõtrario fieri. vnde. 8. physi. tex. com. 15. Nihil inordinatum est eorũ, quæcunq; a natura, & ſm naturam sunt, natura enim causa ordinationis est, & Commen. in com. dicit, ꝙ illud quod est causa ordinis est, dignius ordine, & ideo scire debes, quod gradatim ascendẽdo ab anima humana, quæ licet sit suprema inter formas, quæ sunt in hoc mundo inferiori, est tamen infima respectu formarum, quæ sunt K in mundo superiori, quia est in confinio æternitatis, & temporis, vt dixit Isaac, & est etiam sententia Auerro. in. 3. de ani. in com. 19. Et in. 2. physi. com. 26. Forma igitur eadẽ, vt est in intelligentia lunæ est habẽs nobilius eẽ, quam vt erat in anima humana, & eadem, vt est in intelligentia Mercurij est in nobiliori gradu essendi, quàm vt erat in illa, quæ est Lunæ, & adhuc nobilius esse habet, vt ẽ in intelligẽtia Veneris, & nobilius esse adhuc habet vt est I Itelligentia Solis, & adhuc nobilius esse L habet, vt est in intelligentia Martis, & adhuc nobiliori modo, vt est intelligentia Iouis, & adhuc nobilius esse habet, vt est in intelligentia Saturni. in supremo autem, & pfectissimo gradu essendi est, vt est in primo motore, qui est Deus sublimis, & hoc tenendo ꝙ ordo intelligentiarum in nobilitate, & perfectione sit, sicut est ordo in orbib' motis, videlicet ꝙ quanto aliquis orbis est ꝓpinquior orbi stellato, tanto est perfectior, & quanto est remotior tanto imperfectior, vnde orbis Lunę inter corpora cœlestia est, sicut elemẽtum terræ inter elementa, vt dicit M Comm. in. 2. cap. de substan. orbis, & in. 2. cœli. in comm. 49. & est sententia Arist. vt dicit in libro de animalibus, & sic est tenendum ſm opin. Arist. vt scribit Com. 12. meta. in commen. 44. vbi inquit. ꝙ Arist. intendebat, quod ordo earum sit ſm ordinem orbium earum in loco, licet mathematici aliter sentiant in hoc, vt dicit ibidem. Et sic intelligis quomodo formæ istorum sensibilium sunt in superiorib', & nobiliori modo quàm sint in materia, vnde

A de in lib. de diuinis nominibus. cap. 5. Dionysius dicit, quod superiora in entibus sunt exemplaria in inferioribus, & beatus Thom. in quęstionibus disputatis de anima. in q. 15. scribit, quod similitudo inferiorum inuenitur in superioribus. Vnde & mathematici futura prænunciant considerantes similitudines eorum, quæ hic aguntur, & in cœlestibus corporibus. Et isto modo innotescere etiam potest tibi, vnde contingat diuinatio, quæ est secundum quietem, de qua multum laborauit Arist. & etiam Auer. in libro de diuinatione. Et inde etiam B contingunt futurorum prophetiæ, quæ plerunque melancholicis contingunt, licet tales non intelligant illud quod dicant, vnde Comm. 12. met. comm. 18. prophetæ prædicentes futura, non intelligunt illud quod dicunt. Vnde scire debes, quod antiquitus erant instituti interpretes vaticiniorum, & isti dicebantur prophetæ, sed loquentes futura dicebantur vates, vt refert Plato in Timæo, & ratio naturalis super hoc, est, quia vates, sunt melancholici, & extasim C passi, qui vt inquit Arist. in lib. de diuinatione, quæ est in somno præuident futura, quia propriis motibus non infestantur, sed longe proijciuntur, & ideo extraneos motus maxime percipiunt, & de hoc vide Auic. in. 6. naturali. parte. 4. ca. 5. Et sic intelligis etiam quomodo multę artes, & quomodo etiam medicina, vt inquit Auer. existimatur, quod sit pars prophetiæ, quia multa remedia ægritudinum reuelata fuerunt in somno, vt refert Auicen. de splenetico in. 2. canon. in ca. de vrina, & multa consimilia. Et sic intelligis quomodo omnia, quæ sunt in hoc mundo inferiori cadunt sub sollicitudine, & prouidentia, vnde Commenta. in. 2. physicæ auscultationis. D in commen. 75. vbi Aristote. intendit declarare, quomodo natura agit propter finem. inquit enim, quia ista propositio est maxima, & fundamentum in hac scientia, & in scientia diuina, quoniam si naturalis non concesserit eam negat principium finale, & negat materiam esse propter formam, ex quo sequitur ipsum negare agens, generans enim non generat nisi propter aliquid Et similiter mouens non mouet nisi propter E aliquid. Et cum sequitur formam necessario materiæ natura nascitur casu. Et sic non erit agens, aut si erit, erit frustra. Et similiter si diuinus non concesserit eam non poterit probare quod Deus habet solicitudinem circa ista quæ sunt hic. Et similiter ex hoc intelligis quomodo opus naturæ rememoratur ab intelligentia non errante, vt recitat Commen. 12. metaphysi. commen. 18. & fuit sententia lucidissimi Themistij. inquit. n. in primo physicæ auscultationis super expositione tex. commenti. 81. vbi Aristote. loquitur de appetitu F naturali materiæ in illo textu. Existente enim quodam diuino, & optimo, inquit enim. Nam cum materia sit receptrix capaxque priuationis, atque id habeat solum, vt potentia constet infirmior, & imbecillior est, quàm vt possit formas quas vicibus suscipit perpetuo retinere. Sed cur suscipit vicibus formas? Quia appetens est diuinitatis, & discupiens boni. Voco autem diuinum, & bonum primam formam, & primam causam, quo referuntur collimántque omnia, & cui quæque res tendit fieri quam simillima quantum potest, potest autem quantum

diuinatio secundum quietem.

Prophetæ Vates.

tum

tum natura conceditur. Ea vero appetitio, quonam modo est in materia, pfecto verissimum puto, quod dicitur, prouidentiam fuisse, quæ & turpi desiderium honestatis, & egẽti opulentiæ quantum sit satis iniecerit. Sed tunc est ardua difficultas, quomodo ea, quę sunt hic cadũt sub Dei prouidentia, si Deus nihil sm Peripateticos, eorum quæ sunt hic intelligit. Istam autem difficultatem Auer. isto modo euadere conatus est in. 12. met. com. 37. inquit enim. Dicentes autem ꝙ Deus solicitus est circa vnumquodq; indiuiduum aliqualiter est verum, & aliqualiter non, quia nullum indiuiduum habet dispositionem propriã nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei. hoc igitur modo verũ est Deum solicitari circa indiuidua. Solicitudo autem circa indiuiduum tali modo, quod nullus habeat communicationem cum eo, hoc non est fas bonitati diuinæ. Et iste locus fuit iudicio meo, in cã ꝙ Ioannes ille de Bacchone deuenerit ad illum modum dicendi in via Auer. ꝙ intellectus diuinus intelligit diuinam essentiam, quæ adunate continet omnia, & hoc cõprehensiue, tunc per viam consecutionis intelligit oĩa alia entia distincte secundum suũ propriũ esse. Sed iste intellectus stare non potest, vt prædiximus. Amplius sequeretur positio idearum in intellectu diuino secundum viam Arist. quia intellectus diuinus si cognoscit speciem hominis, pariformiter, & alias species, hoc autem stare non potest sub propriis rationibus distinctis ista esse apprehensa ab intellectu Dei secundum fundamenta eorum. Nam Aristo. in. 1. cœli & mundi. in text. commen. 92. vbi Aristo. arguit contra Platonem qui dicebat mũdũ istum sensibilem esse pductum a Deo per exemplar in mente diuina, ꝙ ipse Plato nuncupabat mundum archetypum, iuxta illud Boeth. in. 3. de consolatione philosophica in illo metro.

Ardua difficultas.

Ratio

H

Cã erroris Io. de bac.

I

Impugna.

K

O qui perpetua mundum ratione gubernas.
Terrarum cœliq; sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus. verum insita summi
Forma boni, liuore carens. tu cuncta superno.
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similiq; in imagine formans.

L

Inquit præcipue in tex. translationis Arabicæ Arist. ibi. Et iste sermo sequitur sermonem de exemplari mundi, sicut dicunt quidam, ꝙ mũdus habeat exemplar apud creatorẽ. Vbi Auer. in commen. inquit. & testatur huic sermoni. s. mundos esse plures, qui ponit in Creatore mundi exemplar secundum, quod fecit mundum. dicens enim exemplar esse contingit ei necessario dicere, vt mundus habeat plura indiuidua, nã vno existẽte exemplari possunt fieri multa exemplata ad imaginem, & similitudinem illius, vt clarum est. Ecce igitur secundum viam Aristote. & Auer. ꝙ intellectus diuinus non habet exemplar mundi in propria forma, quia tunc ipse pateretur consimiles angustias, quales ip

M

A se intulit in Platonem, vt patet intelligenti. Amplius si intellectus diuinus intelligit Sortem & Platonem. non sub rõnibus indiuidualibus, qa hoc non est fas bonitati diuinæ, vt ipsi opinantur, sed intelligit illa sub ratione speciei, inquantum videlicet cõueniunt in humanitate, tunc ista scientia esset in vniuersali, & tamen ipse determinat in. 12. meta. commen. 51. ꝙ scientia Dei non est vniuersalis, neq; particularis, & iam vides quantum sit arduus iste locus.

B Dicamus igitur, ꝙ in solo primo in-

Solutio. tellectu' veritatem habet simpliciter, & omnibus modis, ꝙ intellectus & intelligibile sunt idem omnibus modis, sicut dicit Commen. 12. meta. com. 51. Et clarius in libro destructio destruct. in disputatione. 3. in solutione. 16. dubii. inquit enim. Non nanq; sequitur, ꝙ quamuis intellectus, & intelligibile sint in separatis intelligentiis vnum, & idem, quod sint æquales in simplicitate. Philosophi enim ponunt, ꝙ intellectus differunt in hac proprietate secundum magis & minus. Et dicta simplicitas non reperitur, secundũ

C veritatem nisi in primo intellectu. Et causa huius est, ꝙ substantia primi intellectus est, quid existens per se. Et alij intellectus intelligunt de seipsis, quod, in primo intellectu consistant. Vnde si intellectus intelligens, & intelligibile I quolibet horum iutellectuum essent in gradu vnitatis, quod sunt in primo, esset ipsorum substantia similis substantiæ aliorum, quod ẽ falsum. Et vult dicere iuxta doctrinam in. 3. de anima. in comm. 5. in solut. 3. q. ꝙ in sola prima intelligentia quiditas, & essentia sunt idem omnibus modis, sed in alijs intelligentijs citra primã quiditas, & essentia distinguuntur quoquo modo. Nam vt alias declaraui, licet in intelligentiis non reperiatur vera materia, & realis potentia, inuenitur tamen aliquid proportionale materiæ, & reperitur aliquis modus potentialitatis, & sicut vera materia, & realis potentialitas inuenta in istis substantijs compositis ex materia, & forma diuersificauit simpliciter essentiam a quiditate, quia tota quiditas est ipsa forma, licet essentia constet ex materia, & forma, sic in intelligentijs, in quibus est potentia aliqua pro quanto vnaquæq; citra primam non est ens per essentiam, nec per consequens aliqua ex ipsis habet perfectionem simpliciter quia solum primum principium, quod est Deus sublimis est ens simpliciter pfectum vt scribit Com. in 5. meta. in capi. de perfecto, & est in com. 21. & hoc vult dicere, ꝙ causa quod secũdum veritatem, idest simpliciter, & omnibus modis intellectus, & intelligibile identificantur in solo primo, quia substantia primi intellectus est existens per se, id est est ens per essentiam, & essentia, & quiditas sunt eadẽ omnibus modis, vnde etiam sacra testantur eloquia Deum esse id quod est, iuxta illud Exodi. Ego sum qui sum. Et alij intellectus intelligunt de seipsis, qđ in primo intellectu consistant, quia sunt intellectus causati, & non sunt entia per essentiam, sed per participationem, vnde inquit Auer. in disputatione. 6. in solut. 6. dub. prima causa est quiditas absoluta. Et omnia alia entia a prædicta quiditate quiditatem habent. Et dicta prima causa est ens, sciens omnia entia absolute.

G solute, entia namq; esse habent, & sunt intelligibilia, ꝓut ipse seipsum scit. Dicamus igitur iuxta præinducta fundamenta, ꝙ cũ esse sit in primo principio per essentiam omnes perfectiones formarũ vnitiue continentur in essentia eius non secundum proprium & distinctũ esse repræsentãs ipsa in propria forma, nec principaliter nec consequutiue secũdum opinionem Peripateticorũ, sed nobiliori, & altiori modo, quàm si secũdum propriũ, & formale esse eorum repræsentarentur, vnde intellectus diuinus essentiam diuinam so

H lũ distincte intelligit omnibus modis, ex hoc tamen non dicitur confusam, aut vniuersalem cognitionem de alijs habere.

D 2. Vnum quodq;.n. perfectius esse habet in causa prima, licet s̃m aliam ratione q̃ in seipso s̃m propriam rationẽ, quæ enim in seipsis non sunt vita in Do sicut vita. vt dicit etiam beatus Augu. super primo Ioannis quod factum est in ipso, vita erat. Vnde nihil dicitur extra se intelligere, quia extra ens per essentiã nihil intelligit, quia tamen omnis modus essendi nobiliori modo est in ente

I per essentiã q̃ sit in propria forma, ideo intellectus diuinus intelligendo seipsum tãtũ, nihil dicitur ignorare, immo oĩa entia intelligit nobiliori, & altiori modo q̃ aliquis intellectus ea possit intelligere, vnde Cõ. in dispu. 3. in solutione. 18. dubij. inquit. Facta igitur ista excusatione dicimus, ꝙ id qđ dixerat Algazel, videlicet ꝙ si primum principiũ tm̃ seipsum intelligeret, ignoraret omnia quæ creauit bene sequeretur, si id quod intelligit de seipso esset aliquid præter entia absolute, hoc est dictu, si nullo modo entia per participationem essent contenta, & adunata in sua essentia, q̃ est ens per essentiam, & sequit̃, sed id qđ ponit̃. s. K

ꝙ id quod intelligit de seipso sunt entia ĩ nobiliori esse qđ fieri posset s. qđ ipse est intellectus, qui oĩum entiũ est causa, vult dicere ꝙ oĩa alia entia in intellectu diuino nobiliori modo sunt quã sint in seipsis, quia ibi sunt independenter, & sunt modo diuino, nam intellectus diuinus est causa omnium entiũ. Et quia ex his verbis aliquis posset cogitare, ꝙ intellectus Dei intelliigit oĩa inquã- L

tum cognoscit se esse causam omnium, sicut opinabatur Themistius, ideo immediate subdit, non quod intellectus Dei intelligat entia inquantum sunt causę absolutæ, quod ipse ea intelligit eo modo, quo nos ea intelligimus, immo modo quo nullus intellectus præter eum, potest ea intelligere. si enim alius intellectus entia intelligeret illo modo, quo intellectus diuinus ea intelligit, communicaret ergo cum eo in sua scientia, quod est falsum, & est manifestum, quod Deus ab alijs in hac proprietate differt ex- M

presse, & ideo cauemus nobis dicere, quòd Dei scientia est vniuersalis, aut particularis, quoniam ambæ istæ scientiæ causantur ab entibus, & sunt generabiles, & corruptibiles, & hæc diffusius declarabimus in sequentibus, quando tractabimus de Dei scientia, attamen, quo ad præsens dicimus summatim, ꝙ hæc quæstio duo habet membra, quorum vnum est, ꝙ si ipse Deus intelligeret entia prout sunt cãæ ipsi⁹ sciæ, sequeretur ꝙ Dei intellectus esset generabilis, & corruptibilis, & quod

A quod nobilior ex viliori perficeret. vnde si eius substantia ab intelligibilibus rerum, & earum ordine non differret, oporteret ergo huic dare intellectum qui non est comprehensio formarum entium sicut in se in gradu, & ordine, vnde postquã ista duo sunt falsa, sequit ꝙ id quod seipsum intelligit, sicut omnia entia, sed in nobiliori esse q̃ illud quod habent in seipsis. Ecce igitur ꝙ Philosophi dicentes Deum seipsum intelligere solum, non negant ex hoc illum ignorare alia a se, omnibus mo B dis, licet. n. ignoret illa eo mõ quo nos ea scimus, quia talis ignorantia non arguit imperfectionem, sed perfectioni attestatur, qñ quidem scientia nostra est causata ab entibus, & tali scientia Deus non scit entia, vnde sic ignorare quædam præstat q̃ intelligere simpliciter loquendo. nã si ĩtellectus diuinus sciret entia isto modo quo ĩtellectus humanus scit illa, sequeretur ꝙ scientia Dei esset causata sicut scientia nostra, & cum intelligibile sit perficiens intellectũ, tũc vilius perficeret nobilius. Sequeretur etiã ꝙ si scĩa Dei esset causata ab obiecto, sicut scientia humana, cum talis sit generabilis & corruptibilis, saltem secũdum indiuiduũ, vt dicit Com. in. 3. de anima in cõ. 5. & Arist. 3. de aĩa tex. cõ. 20. tunc igitur scientia Dei esset corruptibilis. Et vt posfis bene intelligere, qũo intellectus diuinus se solum intelligendo dicitur omnia intelligere nobiliori modo, quàm sint in proprio esse, audi verba Auer. quæ sequunt. Sed qũo vnum & idem ens gradus habeat diuersos in suo esse, manifeste apparet ab aĩa. color enim gradus habet in suo eẽ adinuicem differẽtes in nobilitate, vilior enim suis D gradibus est ille quem hẽt in materia, Deinde habet nobiliorẽ, eo. s. in visu, quare ex visu cõprehenditur & in materia minime. Præterea declaratũ est in naturalibus, qũo color habet aliud esse in virtute phantasiæ q est nobilior, & simplicior esse q̃ in visu hẽt. Deinde habet nobilius esse isto in memotię virtute. Deinde habet in intellectu eẽ nobilius alijs pręcedentibus gradibus. Et dicunt Peripatetici, ꝙ adhuc habet esse aliud nobilius omnibus prædictis sine cõparatione aliqua, scilicet in scĩa Dei quomodo nobilior illo considera- E ri non potest. Et vt posfis bene hoc capere, scire debes, ex Philosophorum conclusionibus, vt inquit Aue. in disputatio. 6. in solu. secundi dubij quod ens in corporeũ est ĩ se pura scĩa tantũ, ipsi enim opinati sunt qđ formę inscientes sunt. i. scĩa, & cognitione carentes, ꝓut cõsistunt in materia, & si forte inueniret aliqd in materia nõ cõsistens, manifestũ ẽ qđ ẽ pura scĩa, & hoc patefit apud eos oĩ rõne, ipsi enim reperierũt formas naturales aliquo mõ separatas F a materia & sunt pura scientia, & intellectus, & intellectus nõ est aliud in essentia a forma rerum separatarum a materia, vnde postquã res quæ de ipsarum naturis non sunt separatæ a materia sic se habent quãto magis illę, q̃ de natura earum continue separantur digniores sunt quod sint purus intellectus, & pura scientia? vnde arguit per locum a minori ad maius. si formæ materiales quæ sunt potentia intellectæ fiũt actu intellectæ cum abstrahuntur a materia, & fiunt vnum cum intellectu, vt dicit Commentator in

G 3. de anima. in com. 5. in solutione 2. q. quanto magis credendum est in alijs formis, quæ de se abstractæ sunt a materia intellectum, & intellectus erunt vnum in superiori gradu, quam sit in intellectu nostro? in primo autẽ intellectu omnibus modis, & simpliciter ista sunt vnum, & ideo in eodem loco infert parum infra, & concluditur ex ipsis præmissis, quod intellectus separatus nõ intelligat nisi seipsum. & intelligendo seipsum intelligit omnia entia, quia intellectio sua non est aliud nisi omnium entium ordo, idest natura, H quia natura entium, & bonum vniuersi consistit in ordine. vt patet. 12 meta comm. 44. Sed contra prædicta sunt rationes Gregor. de Arimi. in. 1 senten. distin. 35. & 36. recitatis enim motiuis Arist. & Com. inquit. hæc sunt motiua huius partis, quibus multo fortioribus apparet probari partem oppositam, ideo cõclusionẽ oppositam teneo, quam probo primo sic. sequẽs naturalem rationem, habet ponere Deum intelligere. ergo habet ponere Deum I intelligere alia a se. Ancedens est cõcessum, etiam a tenentibus partem oppositam, & ꝓbatur ratione, quia nomine Dei intelligim' illud quod est entium omnium nobilissimum cuius nobilitatem non nisi ex his, q̃ nota sunt nobis possumus naturaliter inuestigare, cum ergo in rebus notis omnes communiter iudicem' eas, quæ cognoscunt nobiliores eẽ, his quæ naturaliter carent cognitione, & ex cognoscentibus eas, quæ intelligunt nobiliores eẽ cæteris, quæ & si cognoscunt aliquo modo, v. g. per sensus corporales, non tamen intelligunt rõnabiliter, concludendũ

Rõnes Gr. de Ari. I. 1. sen. dist. 35. & 36.

est quod Deus alia intelligit. Con- K sequentia quoq; quasi ex eadẽ radice probatur. nã sicut naturaliter iudicamus cognoscentia nõ cognoscẽtibus esse digniora, sic etiam virtutes per quas plura cognoscimus ex hoc ꝙ plura cognoscimus per eas iudicamus esse digniores, & perfectiores. vnde etiam sicut dicit Philosophus in proœmio meta. & si nunq̃ diceret adhuc dictum in se verum ẽ sensum visus præ alijs, diligimus et præter vtilitatem, quam habem' de ipso, & nihil habere debentes. sup. ꝑ dilectionem visus, & causa est vt dicit, quia plures differentias rerũ no- L bis ostendit, & sicut est de visu respectu aliorum sensuum, sic generaliter oĩs virtus, ex sua natura plurium rerum drĩas ſm speciem apprehensiua seu cognitiua est simpl'r ſm suã naturam perfectior cæteris, quæ nõ sunt tot drĩarum entium cognitiuę. ergo cum Deus sit oĩum nobilissimus, si naturalẽ rõnem quis sequatur, non minus habet ponere quod plures drĩas, & maiores rerũ cognoscat cęteris cognitionem haberibus, & per consequens cognoscat alia a M se, q̃ habeat ponere, quod ipse simpliciter se tantum intelligat. Forte dicetur quod nõ oportet propter nobilitatis excellentiam in Deo respectu aliorũ cognoscentium ponere, quod plura cognoscat quàm alia, sed sufficit quod cognoscat aliquid nobilius quàm illa, cognoscunt, nunc autem dicitur, quod ipse cognoscit seipsum, qui est quid nobilissimum omnium cognoscibiliũ, & per consequens eius cognitio est nobilissima, & ipse est cognoscens nobilissimum. Ista responsio nõ valet. primo quidẽ, quia rõ probat Deum

Euasio aliquorum

Impugna. Greg.

A Deum non esse nobilissimũ nisi intelligat alia, vnde reduco istam rõnem, & potest esse ad principale. Oĩs natura ex se primo plurium cognitiua, est nobilior omni alia, quę non ęst ex se primo tot cognoscitiua, dico aũt ex se primo ꝑpter organa, & potentias, si distinctæ sint ab essentijs, quarum dicuntur esse potentiæ, & sic ꝓpositio in omnibus nobis notis, patet per inductionem eẽ veram, vnde sensitiua animalis perfecti, vt leonis, vel equi simpliciter nobilior est qualibet anima, vel re alia q̃ non est tot cognitiua, & humana anima B quæ est pluriũ cognitiua, quàm cuiuscunque alterius animalis, anima simpliciter ẽ nobilior qualibet aliarum, & si esset plurium cognitiua, q̃ Angelus, vel Deus vtiq;, & Angelo, & Deo esset nobilior. Secundo non valet. quoniam & si forte proteruiter posset sustineri, non tamen rõnabiliter. Nam & sine maiori proteruia æque dici posset, quod non oportet propter Dei saluandam nobilitatem ponere, ꝙ ipse intelligat, quinimmo hoc non posito adhuc est ei9 natura nobilissima. Nec certe magis poterit conuinci ipsum esse intel C lectualis naturæ ex pręeminentia rerum intellectualium inquantũ huius ad non intellectuales, q̃ poterit conuinci ipsum plura intelligere cęteris intellectualibus naturis, ex eo quod quæ plurium sunt cognitiuæ, & digniores, & perfectiores sunt his quæ pauciora cognoscunt. Licet autem illam conclusionem ego ex fide teneam, quia tamen fides, vt inquit Grego. non habet meritum, vbi humana ratio exhibet experimentum, & teneo quod non potest probari ratione naturali Deum aliquid aliud

Impugnatio.

à se intelligere, vel velle, vt tenet etiã D subtilis Doctor in suis theorematibus. Ad hanc igitur primam eius rationem, & ita respõdeo, concedo antecedens, sed nego consequentiam maxime si intelligat, ꝙ Deus intelligit alia à se in propria forma, sed si intelligat, ꝙ intelligat ea nobiliori modo, hoc non est negatum à Philosophis sicut patuit. aut igitur ipse mentem Philosophoꝝ non habuit, aut argumentum suum nullius est roboris. Et quia argumẽtum suum procedit in primo sensu, ideo ad probationẽ consequẽtię dico, ꝙ ipse cõparat cognitionem istorum inferio- E rũ ad superiora, & credit, ꝙ sint vniformes, & hic ẽ maximus error, vnde scribit Cõm. in lib. destruct. destructionum in disput. 6. in sol. 5. dubij, in simili cõtra Algazelem, & causam erroris eius assignando. Et nos dicimus, ꝙ hic error accidit ei assimilando scientiam humanam ad diuinam, vnde dicimus, ꝙ quicunq; moueat dubium in diuina scientia, & perpendit illud soluere per humanã sciẽtiam, est manifestum, quòd ille transfert iudicium pręsens & absens in duob9 entibus, in maxima distantia distantibus, videlicet in specie, & F in genere, vnde. 12. meta. com. 51. Scientia ęquiuoce dicitur de scientia nostra, & de scientia Dei, quia scientia Dei est causa entium: sed sciẽtia nostra causatur ab entibus. vnde nõ oportet cõparare superiora inferioribus in aliquo vniuoco, quia habẽt maximam diuersitatem adinuicem & ex parte formæ, & ex parte materiæ, & ex parte proprietatum, vt late prosequutus est Auer. in suo libro de substantia orbis. Similiter in. 2. cœli & mundi. in cõm. 63. inquit. Nos

Sol. primæ rõnis.

G autem diximus ſm ꝙ dixit Alexan. quamuis non peruenit ad nos ſuus ſermo. Quoniã primus ſermo apud me eſt in corporibus cœleſtibus.ſ.ꝙ illud quod eſt paucioꝝ actionũ eſt melius,quàm illud quod ẽ plurium actionum. Et ille ſermo eſt in eis, quæ ſunt ſub corporib⁹ cœleſtibus. ſ.ꝙ illud quod eſt pluriũ actionum eſt nobilius,quàm illud quod ẽ paucioꝝ,& ideo nobiliſſimum eſt homo. Et viliſſimum elementa, & manifeſtum eſt ex hoc ſermone,quod conuenit in rebus exiſtentibus. Vnde licet Pater reuerende in virtutib⁹ H ſenſitiuis virtus,quæ plures differentias rerum percipit perfectior ſit, vt allegatur ex procemio metaph.& etiam eſt auctoritas Ariſt.& Auer. in fine libri de ſenſu & ſenſato, vbi inquit. Proprietas autem comprehenſionis iſtorum ſenſuum in animalibus non eſt eadem, homo.n.cõprehendit differentias rerum, & intentiones earum proprias, quæ ſunt in re ſenſata quaſi medullã de fructu. In animali aũt bruto ꝯprehendunt ea quę ſunt extra,quę ſunt quaſi cortices fructuum. Tamẽ in virtutibus à materia ſeparatis,hoc locum non I habet quod virtus quæ plura cognoſcit perfectior ſit virtute pauciora cognoſcente,alioquin intellectus poſſibilis,qui cognoſcit priuationes,& ea quæ ſunt hic,perfectior eſſet intellectu agente,qui priuationes non cognoſcit, teſte Ariſto.in.3.de anima, nec vl̃r cognoſcit aliquid eorũ, quæ ſunt hic, vt ſcribit Cõm. ibidem. in com.19. Conſequens aũt eſt impoſſibile,nam agens ſemper eſt nobili⁹ paſſo,& principium materia,vt ibidem ſcribit Ariſt. tex.cõ.19.Vnde lu- Themiſt. cidiſſ.Them̃. in.3. de aĩa. ſuper hoc dicit hæc aurea verba cap.45. Pro- K hinc,ſi qs intelſs eſt ab omni potentia exolutus liberq́;, is neq; malum, neq; priuationẽ intelligit,qualis intellectus videtur.i. agens. Et eo amplius cauſa rerum princeps.i.Deus. Eſt.n.intellectus agẽs à materia abiunctior,quàm intellectus potentię. quamobrem is ſemper intelligit id quod maxime eſt, & quod maxime forma exiſtit,& quod longiſſime ab omni priuatione informateq́; abeſt, talis ipſemet eſt,ſeipſum ergo intelligit atque hic eſt, cuius ſubſtãtiam merito actũ vocauimus, & qui proprie ſeparatus eſt, & qui neq; illum L quidem innexum potentiæ cõtinet. Nec eo tñ imperfectior videri debet, quàm hic,qui contraria,& priuationes intelligit,non n.numero rerum quæ ſciuntur perfectio,aut pręſtãtia corrigatur,ſed pondere. nec qui plurima intelligit,idem etiã pluris eſt, ſed qui meliora nobilioraq́; nouerit. Hęc ille. Vnde mirum eſt de tanto theologo,qui audet dicere rationem ſuam oſtendere Deum nõ eſſe nobiliſſimam ſubſtantiam,niſi alia intelligat, quandoquidem, vt puto nec hoc theologice dici poteſt. non .n.nobilitas Dei conſiſtit ex hoc qđ M alia intelligit,ſed quia intelligit ſeipſum.nam obiectum primarium, & adæquatũ ac beatificum intellectus diuini eſt eſſentia diuina, quatenus eſt infinita,& licet ita ſit de facto, ꝙ alia à ſe intelligat,vt tenet fides Catholica,tamen nõ ex hoc dicitur eſſe nobiliſſima ſubſtãtia,niſi talis intellectus eſſet cauſatus, & perfectibilis ab intellectis,& ita vilius eẽt perfectio nobilioris. Et ad illã rationis Solutio formalis. reductionem patet, ꝙ ꝓpoſitio maior quæ dicit. omnis virtus,ſeu natu-

A ra ex se primo pluriũ cognoscitiua, ẽ nobilior oĩ alia, quæ ex se primo nõ est tot cognitiua, patet ex iã dictis, ꝙ illa propositio locũ habet in virtutibus materialib' organicis, sicut sunt sensus, sed fallit illa propositio in virtutib' abstractis à materia, sicut sunt virtutes intellectuales, vnde Auer. de talibus loquẽs in. 3. de aĩa. in cõ. 36. inquit. Ex eis comprehendentibus, q̃ nõ sunt admixta materię quicq̃d cõprehendit minus perfectũ necesse est, vt cõprehendat pfectius, & nõ ecõtrario, sicut intellĩs poĩs ex hoc quod est non admixtus materiæ in-
B telligit formas mãles, quæ sunt potentia intellectæ ĩtelligit formas abstractas, quę sunt actu intellectę, sed non conuertitur, ꝙ illę intellectus, q intelligit abstracta intelligit mãlia, quia instantia est de intellectu agente, & Deo, vt supra diximus ex mẽte Philosophorũ. Et ꝙ dicit vltimo qđ cum minori proteruia teneri posset. posito ꝙ Deus non sit natura intellectualis, q̃ si ponat̃ quod non intelligat alia à se. Negatur hoc. nã vt inquit Arist. si Deus non est vita intellectualis sp actu intelligens, nihil erit insigne, & ponendo hoc non negãt
C Philosophi Deũ ex hoc qđ se solum intelligit qđ alia ignoret oĩbus modis, quia hoc veritatem hr̃et qñ alia entia essent qd diuersum à sua scĩa, & hoc falsum est, qa scĩa eius est cã oĩum entiũ, & ideo vt ꝯtinentur eminẽter in ipso sunt scĩa eius, & vt sic hñt esse nobilius, q̃ in seipsis, vnde si forma materialis, vt est in intellectu nostro fit comprehẽsio, & fit vnum cum intellectu nostro, quæ forma ẽ potentia intellecta, quãto magis credere debemus de formis cõsideratis in esse, quo cõtinentur in primo intellectu qđ cũ eo vnificent̃, vt ita dicam? & ideo bñ dixit Cõm. ꝙ intellectus diuinus taliter intelligit entia qualiter nullus alius intellĩs potest ea intelligere, quia si qs ita posset oporteret, ꝙ ille cõuerteretur in nãm intellectus diuini, & rõ est, quia intellĩs, & ĩtelligibile oĩbus modis, & simplr̃ nulli identificant̃, sicut in intellectu Dei, quia ille identificat sibi ens per essentiã. Et hoc nulla creatura põt. D
Secunda rõ principalis Gregorij talis est. si poĩe ẽ pluriũ effectuũ æqualiter, & indifferẽter possibilium produci ab aliquo determinato actiuo naturali, in aliquo determinato pas- Scđa ratio Greg.
E siuo aliquid determinate produci reliquis eorũ non productis. ergo possibile est aliquid actiuũ singulorum eorundẽ effectuum possibilium distincte cognitiuũ, & libere productiuum concurrere cũ prædicto agente naturali ad determinate aliquid ex illis producendũ, & vltra. ergo De' cognoscit alia à se. Antecedens statim patet, nam constat, ꝙ actiuum naturale est in potẽtia ad producendum plures effect' eiusdem rationis, verbi gratia, diuersas formas substãtiales ex eadem materia, & similiter accñtales, vt corpus luminosum plu-
F ra lumina, & eadẽ pars medij est simul in potentia ad recipiendum, & indifferenter vtrunq; est in potentia ad omnia illa lumina, & tamen si approximetur corpus luminosum illi parti medij illuminabilis, nõ producit oĩa illa lumina possibilia, sed aliquid tantum determinate. Idem apparet de calefactiuo, & frigefactiuo, & cęteris agentibus naturaliter, & similiter generãs determinate aliquam singularem formam substantialẽ, & non simul producit omnes.

G Consequentia vero probatur ex hoc ꝙ si aliquis effectus determinate ꝓducitur, oportet aliquã esse causam naliter, vel libere determinatam ad eius productionem potius, q̃ ad alio rum, talis autem non potest eẽ illud actiuum naturale, nec etiam aliqd aliud cum quodlibet actiuum naturale potens in vnum illorum indifferenter possit in quemlibet, similiter nec passiuum est magis determinatum ad recipiendum vnum, q̃ alium, oportet ergo hoc ꝓuenire ab aliqua causa libera, quæ & si quemlibet possit, vult tamen hunc, vel il-
H lum determinate producere. ad hoc autẽ necessarium est quod quemlibet distincte cognoscat, alioquin nõ se libere determinaret ad aliquem, & per consequens nullum determinate produceret. Ex hac causa puto Cõm. fuisse coactũ ponere ꝙ ad cuiuslibet indiuidui animaliũ, & plantarum generationem, & generaliter cuiuscunq; alterius qđ per se, & non à casu fit à natura cõcurrit simul cũ principio naturali immediato intelligẽtia agens, quæ ad generandum, hoc modo indiuiduũ vtitur illo naturali principio, sicut artifex instru-
I mento, vnde ipse in de somno & vigilia ait. quod declaratum est in libro de animalibus, & vegetabilibus quod indiuidua animalium, & plantarũ sunt determinata in esse, & determinatarum causarum. In generabilibus autem per semina, & agentẽ intelligentiam. In non generabilib⁹ vero sunt determinata per corpora, cœlestia, & elementa, & intelligentiam agẽtem, & cum ista indiuidua habent determinatum esse necesse, vt natura eorum sit intellecta apud formam abstractam, cuius proportio ad illa est, sicut proportio formæ K
artificij. i. artis ad artificiatum, & statim post dicit, ꝙ nã sensibilis mouetur ab hac forma abstracta, sicut instrumenta mouentur à forma artifici, & ideo visum est, inquit Cõm. ꝙ nullum indiuiduũ sit essentialiter. i. per se à natura, nisi per scientiam antecedentem, quoniam instrumentũ artificis, sicut dicit Arist. non moueť nisi secundum artificem. ex quo patet ſm eum, ꝙ illa intelligentia pręcognoscit indiuiduum quod determinate producitur. & sic patet consequentia prima. Secunda vero satis est euidẽs, quoniam cum non o- L
porteat plura talia agentia libera poni, sed sufficiat vnum quod ad oẽs effect⁹ quorumcũq; agẽtium naturalium cõcurrat libere, vt dictum est, aut tale est Deus, & habetur propositum, aut si non est Deus ẽ nobilius Deo, quod est impossibile, cum Dei nomine intelligamus quod est in entibus nobilissimum, & patet consequentia, quoniam ens tantæ potentię, & causalitatis, ac etiam intelligibilitatis nobilius est cęteris, nec aliquis sanę mentis diceret oppositũ. Ad hanc rõnem posset dupliciter respondere. Vno modo ad antecedens, M
& dicitur primo, ꝙ posset dici, quod nõ fuit plures effectus possibiles ꝓduci ab eodem agente in vno passo, sed vnus tantum. Secundo, esto ꝙ sint plures inter illos, tamẽ est ordo essentialis inquantum ad produci, & ita nõ quilibet potest primo produci. Secundo posset negari vltima consequentia, nam diceretur, ꝙ esto quod detur tale agẽs liberum determinate productiuum, non tamẽ sequitur, ꝙ quodlibet distincte cognoscat, quoniam voluntas, vel homo p. volun-

Sol. prima

Sol. secũda

A voluntatē libere,& determinate producit aliquam volitionem circa aliquod obiectum determinatum, & tamen non cognoscit distincte quālibet volitionem productibilem ab eo circa illud obiectum. Ista nō tollunt prædictam rationem, nam primo apparet naturaliter esse falsum, quoniam si solus vnus effectus esset possibilis produci ab vno agente in eodem passo. ver. g. vnum lumen ab vno corpore luminoso, cū postquā illud esset productum, si ipsum corrumperetur, vel propter interpositionem alicuius opaci, vel remotionem

Impugnatio.

B agentis adhuc remoto obstaculo, & præsente eodem agente circa idem passum causaretur, lumen, sequitur, ꝙ illud idem numero, secundo modo causaretur, quod fuit primo causatum, & sic naturaliter corruptum idem numero repararetur, quod videtur impossibile per naturam. Præterea quicquid sit de effectu aliquo indiuisibili, aut de diuisibili totali, seu perfectissimo possibili ꝓduci ab agente, de partibus tamen formalibus, seu secundum intensionem effectus habentis tales partes nullus posset negare, qn plures sint productibi

C les ab eodem agente in eodem passo, & tamen ex eis aliquando aliqua determinate ꝓducitur ante aliam, & tunc stat ratio tota. Secundum ēt falsum est, quoniam inter ea q̄ sunt eiusdem rationis, & omnino similia nullus est ordo, vel esse potest, nō. n. est ratio ꝓpter q̄ vnum sit prius alio potius, q̄ econuerso. Præterea. Idem agēs naturale eosdem effectus quos in aliquo passo successiue produceret posset in eodem simul producere. ergo non est æqualis ordo quo ad produci inter effectus huiusmodi, consequentia patet, assumptum declara

D tur, nam si aliquod corpus luminosum quod per continuū motum appropinquans alicui parti medij causauit in illa lumen, verbi. g. 10. gradum fuisset genitum in eo loco in quo est quando totum lumen productum est, tunc statim illud totum lumē simul causasset, sicut experientia docet, & non prius vnum gradū, q̄ alium. Ad illud autem quod secundo dicitur, negando consequentiam vltimā dico, ꝙ ratio mihi demonstratiua est, ad probandum, q̄d non solum ad actiones naturalium agentium, sed etiam ad quascunq; E etiam libere agentium Deus libere concurrat immediate, alioquin nihil determinate produceret, nā quāuis voluntas libera sit ad causandū, & non causandum volitionem hāc, vel illam volitionē, tamen nunquā determinate causaret nisi Deus, qui hanc vel illam, & quamlibet similē possibilem distincte cognoscit vellet determinate eam ꝓducere, ita ꝙ qa Deus ita vult, cum voluntate cōcurrere ad causationem huius, & nō illius, ideo hęc ab vtroq; ita producitur quod non illa, & idē dico de partibus intensiuis volitionis, q̄ volun-

F tas aliquando potest intendere, nunquam enim vna pars potius, q̄ alia prius produceretur, nisi agens hanc, & illam distincte cognoscens vellet concurrere cum voluntate ad producendum primo hanc, & postea illā, & quod Deus concurrat tanquā causa partialis ad omnem actionem voluntatis, expresse dicit Aug. 83. q. vbi ait. ꝙ quicquid in mundo gerit, partim diuinitus geritur, partim nostra voluntate, & pręcedentia, & sequentia ad hanc intentionem procedunt

G si inspiciantur. Iterum.q.78. dicit, ꝙ Deus operatur per artifices quodcũq; opus fiat ab eis,& cõstat, ꝙ ipsi volũtarie operant. Posset aũt in eadẽ virtute eadem conclusio probari, ex remissione alicuius formæ, verbi gra.luminis, quod ad excludẽdum quandã responsionem datam ponatur totum simul productum fuisse, & successiue,tñ remitti per continuã egentis elongationẽ, tũc.n. vna pars ante aliam desinet, cum tñ oẽs oĩno ęque propinquæ,& oĩbus modis vniformiter se habebãt ad ipsum agẽs, & nulla causa oĩno assignari possit,
H ꝑp quã vna ante aliam corrũpatur, nisi quia oĩno Deus ipse, sic vult determinate primo concurrere ad desinendũ ꝯseruare istã q̃ illam,& idem est de alijs formis nãlibus, sicut supra dist. 17. in solutione cuiusdã rationis, vbi agit̃ de intẽsione formarũ corporalium, dictum est. hæc est secunda ratio Gregorij. Ad hanc secundam rõnẽ Grego. rñdetur, ꝙ ipse bene nouit, ꝙ in accidentaliter ordinatis nõ est ordo per se. vnde Cõm. 5. physi. com. 13. scribit, ꝙ ante trãsmutationem non est transmutatio essentialiter, per accidens vero est ne
I cessarium. s. ꝙ ante oẽm transmutationem sit transmutatio, qm̃ necesse est, vt sit hic vnus mot᷒ æternus, qui sit causa ꝙ ante oẽm motum factũ sit motus, vt declaratum est in octauo, & quia moderni non distinguũt illud quod est per se, & illud quod ẽ per accidens, existimauerunt, quod sequitur, ex hoc ꝙ si homo semper generatur ab homine, & primũ non fuerit, postremum non erit, & nõ est ita, quoniam primum est, & est sol, & intelligẽtia operans, hominem autem generari ab homine, est verũ in

Solutio secundæ rationis.

infinitũ per accidens, & non per se, K & ita dicit ẽt in. 8. physic. com. 15. & 47. Dicere etiam ꝙ ad actionẽ particularem agẽtis naturalis requirat̃ aliquid agens determinans illud ad hunc effectum. & non alium, quod determinans est agens per cognitionem, & est libere agens, & quod hoc senserit Auer. in lib. de diuinatione est multũ remotũ à doctrina Auer. quia licet ipse, & Aris. magister eius ponant opus naturæ esse opus intelligentię non errantis, non tamen ipsi opinantur, ꝙ intelligentia concurrat nisi tanq̃ causa vniuersalis, neque tenent, ꝙ intellectus eius cognoscit determinate aliquid singulare, L sicut bñ patet inspiciẽti verba Auer. ibidem ĩ dissolutione quęstionis ibi motę, qũo cum intelligẽtia ſm Peripateticos non intelligat singularia potest eẽ dator istius cognitionis circa futura contingentia, quæ est singularis, & circa singularia, & licet in dissolutione illius qõnis ꝑ verba iã allegata dicat, ꝙ ĩdiuidua subarum cum non sint à casu, quia habẽt causas terminatas, ex consequenti dicere videatur, ꝙ talia sint cognita ab intelligẽtia, tamẽ non fuit mẽs eius, quod cadunt ibi sub cognitione, sub M ratione, qua sunt res singulares. vnde si prosequamur auctoritatẽ eius inueniemus, ꝙ intelligentia cognoscit naturam abstractam, quia vt formæ rerum sensibilium sunt in sciẽtia intelligentiæ, sic est eẽ earum apud illam, & quod hoc sit verũ, hæc sunt verba quæ subnectit parum infra. hoc.n. posito non est inopinabile, vt intelligentia abstracta det animæ imaginatiuæ naturam vniuersalem istius indiuidui facti. s. intellectum suæ causæ, & anima imaginatiua

A natiua recipiat ipsũ particulare, ſm quod eſt in materia,& tunc forte recipiet indiuiduũ illius intellecti, aut ſuum ſimile,& quemadmodum dat perfectiones animales vſes,& mã recipit eas particulares,ita hic dat perfectionẽ vltimam aĩæ imaginatiuæ vſem & imaginatiua recipit eã particularem.declaratũ eſt.n.ꝙ intelligentia agẽs dat primas perfectiones virtutum aĩa particulares,& particularium.ſ. quinq; ſenſuum , & virtutis imaginatiuæ. dator. n vltimarũ perfectionum ĩ eis eſt res ſenſibilis, Vbi aduerte, ꝙ per intelligẽtiam agentem , quæ dat immediate virtutes ſenſitiuas ĩteriores, & exteriores,

Virtus informatiua dicitur diuina.

B quæ eſt res ſenſibilis, debemus intelligere virtutem informatiuam, quæ ab Ariſt.nuncupatur in libris de generatione animal.intellectus,vt ſcribit Cõm. in.7.metaphy.com.31. & 12.metaph.com.18.Et ſic etiam intelligitur dictum Auer.in auctoritate allegata per Gregoriũ. vbi Cõm. dicebat,& declaratum eſt etiã in libro de animalibus, & vegetabilibus ꝙ indiuidua animalium, & plantarum ſunt determinata in eſſe, & determinatarum cauſarum,in genera

C bilibus autem per ſemina,& intelligentiam agentem,in non generabilibus vero per elementa, & corpora cœleſtia,& intelligentiam agentem. Vbi aduerte,ꝙ meo iudicio per intelligẽtiam agentẽ,puto ipſum intellexiſſe virtutem informatiuam.& mouet me auctoritas eius.Nam.7.met. com.31. in conſimili difficultate, de his q̃ gñanť ex ſemine, & ſine ſemine inquit. Nos aũt dicimus,ꝙ cum cõſiderata fuerit demõſtratio Ariſt. in hoc loco ſuper hoc,ꝙ formæ materiales ſunt generantes formas materiales,apparebit ꝙ ſemina ſũt illa,quæ dant formas rerũ gñatarum D à ſeminibus per formas quas dederunt ſemina gñantia, in gñabilibus autem non ex ſemine.i.caſu apparebit,ꝙ corpora cœleſtia ſunt illa,quę dant ſibi aliquid loco ſeminũ,& virtutum quæ ſunt in ſeminibus, & in eis quę generanť ex ſemine,& ꝙ oĩa iſta ſunt virtutes nãles diuinæ generantes ſibi ſimilia ſm ꝙ artes gñant ſua artificiata,& ideo dixit Ariſt. in libro de animalibus,ꝙ hæ erunt ſimiles intellectui.ſ.quia agunt actiones intellectuales, & declarat quare iſtę virtutes aſſimilẽtur intellectui, E in hoc,ꝙ non agunt per inſtrumentũ corporale,& in hoc differunt iſtę virtutes generatiuæ,quas Medici vocant formatiuas à virtutibus naturalibus,quæ ſunt in corporibus animaliũ,iſtę.n.agunt non actione intellectus operatiui,ſed agunt per inſtrumenta terminata,& mẽbra propria. virtus autem informatiua non agit per inſtrumẽtum proprium. & ideo dubitauit Gal. & dixit. Neſcio vtrum iſta virtus ſit creator,aut nõ. Et.12. metaph. com.13.ꝓpe finem dicit. Et cum diximus,ꝙ illud quod generatur ex putrefactione genera- F tur ex conueniente,non volumus dicere , ꝙ generatur ex calore innato tantum,ſecundum quod dicit Alex. ſecundũ alteram ſuarum expoſitionum,ſed eſt dicere,ꝙ putrefactio eſt qua generatur eſt,ſicut ſemẽ in animalibus generantibus,ideſt,quia ſicut in ſeminibus eſt virtus generatiua ſpeciei, habentis illud ſemen quam Ariſt.aſſimilauit artificio, ita virtus quæ eſt in putrefactione propria alicuius animalis,ſiſis eſt artificio,qquod eſt in ſemine, & cum ea,

G quæ fiunt ex artificio fiunt ex cōueniente, necesse est, vt ea quæ fiant ex virtute, quæ est in putrefactione ꝓpria alicuius animalis fiant à conueniente, & nulla differentia est inter virtutem, quæ est in putrefactione, quę assimilatur artificio, & eam quę est in semine, sed ea quæ est in semine fuit ex habente semen, & solē. Illa autem quæ est ex putrefactione à sole tātum, & ideo dixit Arist. quod homo generatur ab homine, & à sole, & ideo nullo modo ĩdigemus ponere foras quas existimauit Them. ponere ex necessitate ĩ animalibus,

H quæ fiunt ex putrefactione, & eandem sententiam habet Auer. in lib. destructionum in disp. 3. in sol. 18. dubij. Nō fuit igitur mens Auer. ponere, vt prætendit Grego. ex illa auctoritate Cōm. in libro de somno, & vigilia præcipue in illa parte, vbi de diuinatione quæ in somno pertractat in generatione quacunq; tā respectu substantiarum quæ ex semine generātur, q̄ in generatione substātiarum sine semine intelligentiā agentem quæ cognoscat, & determinet indifferentiam agentis naturalis, sicut sibi imponit Grego. Arim.

I Tum quia, vt prædictum est de mēte eius, intelligentiæ abstractæ non cognoscunt aliquod singulare materiale sub ratione qua tale. Tum etiam quia intelligentiæ concurrunt tāquam causa vl'is, & remota, & per consequens potius agentia quę sunt hic determinant indifferentiam suę causalitatis, q̄ econtra. nam. 2. phy. tex. com. 38. Effectuum vl'ium causæ sunt vl'es, & particulariū particulares. vbi Cōm. in com. ponderando hoc ponit documentū dicēs, & dixit hoc pręseruando se à Platonica opi. .s. q vl'ia sunt causæ particularium. K Amplius si ꝑ illa verba Cōm. intellexisset, q aīalia, & plātæ sunt ab intelligentia agente, per intelligētiam agentem intellexit substantiam separatam, & ita etiā in verbis sequentibus dum dicit, q in non generabilibus sunt corpora cœlestia, & intelligentia agens, tūc ista est opi. Auic. qui voluit intell'm agentem quem nuncupabat colcodeam, seu datorē formarum, dare oēs formas sub'ales & quod agens materiale solū dispo-nebat materiā, vt patet. 7. metaph. com. 31. & 12. met. cō 18. sic scribit de ipso. Vnde quidam dicunt, q oēs L formæ sub'ales fiunt à forma abstracta extrinseca, quę dr̄ à quibusdā dator formarū, & dicūt q hęc est intelligentia agens &c. Sed quid fuit in causa, quod defecerit iste vir eximi'? Cā erroris fuit æquiuocatio, quæ plerunq; nobiliores intellectus impedit atq; confundit, vt testatur Arist. in primo de cœlo & mundo. in tex. com. 110. nā quia in principio digressionis Auer. intelligentiam agētem sumitur pro substātia separata, vt clarum est, sic .n. procedit obiectio ĩ qua quæritur qūo fieri pōt, vt ista diuinatio s̄m quietem detur hoī ab intelligentia M separata, cū declaratum sit apud Peripateticos, q intelligentiæ separatæ non intelligunt singularia, credidit q per totum illud capitulum, eodē modo vtatur nomine intelligentiæ. Quod quidē ita non est. nam in corpore quęstionis dicendo, quomodo ea quæ fiūt, quędam sunt substātiæ, & quędam accn̄tia, & vult, q substātiarum quędā sunt elementa, quædam mixta, quędam aūt sunt plantę, & animalia, postquam inductiue probauit, q indiuidua substātiarum sim-

A simplicium, vt sunt elementa, & mixta non fiunt à casu, quia gñatio ipsorum habet cās terminatas, vt declaratum fuit in lib. de gñatione & corrupt. in secundo pſertim, vbi tex. com. 56. demonstratur, ꝙ motus solis in obliquo circulo est cā gñonis, & corruptionis in elementis. nā generãtur, & corrumpũtur ſm partes. motus autem primi mobilis est causa cõtinuitatis, & sempiternitatis, & ita ēt loquutus est de mixtis. transit etiā ad declarãdum, ꝙ gñationes viuentiū nõ sunt à casu, vt inferat conclusionem suam vl'em, q̄ intendebat B ꝙ nullum indiuiduum substantiæ fit à casu, & qa vidit, ꝙ viuentia sunt in duplici differētia, quędā sunt abinuicem gñabilia, sicut ea quę ex semine generantur, & q̄dam non sunt generabilia, illo mõ declarauit vtrorumq; generationes habere cās determinatas, nā respectu eorum quæ generantur ex semine sunt semina, & intelligentia agens. i. virtus informatiua existens in semine, sed in nõ generabilibus, vt sunt illa quæ ex putri materia generantur, sunt corpora cœlestia, & intelligentia agens. i. virtus similis virtuti informatiuæ, C quæ erat in semine respectu eorum quæ ex semine generantur. nam tales virtutes ab Arist. in libro. 2. de generatione aĩal. ca. 3. intellectus nuncupantur propter causam dictā per Auerro. sed nulla est differentia nisi quia virtus informatiua in aĩalibus, & plantis ex semine generatis datur à dante semen, & à corporibus cœlestibus, sed virtus generatiua in putrefactis data est solum à sole, idest à corporibus cœlestibus, & ista est vera mēs Auer. si nobis fas est Auer. per Auer. interpretari. Resolute igi-

Solutio rationis.

tur ad totam rationem Gregorij dicendum est, ꝙ non opus est physice loquēdo propter actionem alicuius D agentis naturalis hic inferius, siue agat generando substātiam, siue accidens ponere aliquod agens separatum per cognitionem illius effectus in propria forma, libere concurrere ad determinationem agentis particularis, quia ordo vniuersi, & sensata experientia ostendit totum oppositum videlicet, ꝙ agentia particularia, quę sunt hic, & dispositiones materiales, vt locus, tempus, & ipsa materia sunt quæ limitant, & dearticulant influxus, & deriuationes vniuersales sub vniuersalitate prodeuntes E à causa vniuersali, sicut patuit per Auer. in loco prēinducto in illa quęstione, & ideo amor induxit nos ad diuertendum in præsenti loco, quia tēpore meo auctoritas Gregorij Ariminensis multum inualuit, nedum Parisi⁹, verum apud Italos, & tamen ni fallor in via Auerro. multa inducit, quæ vel non intellexit, vel finxit se non intelligere. Tertia ratio principalis eius talis est. nam videmus, ꝙ agens naturale in omnibus suis partibus vniforme in diuersis partibus eiusdem materiæ etiam penitus vniformis diuersos causat effe- F ctus. verbi gratia, sperma maris agēs ĩ vniformem oĩno materiam fœtus diuersa mēbra organica per se causat ex illa, ex vna enim parte causat neruum, ex alia os, & ex alia carnes, & sic de aliis, propter quid autem ex vna parte generatur caro, & non os, & ex alia econuerso? impossibile est dicere nisi ponatur aliquod agens libere immediate concurrere secundum se, & illud ad sic agendum determinet, non enim ad hoc potest valere

G valere sol, vel cœlum, vel aliud aliquid naturaliter actiuum cũ quodlibet tale indifferenter se habeat ad quaslibet illius materiæ partes, nec ex se taliter determinari possit, nec certe talis distincta causatio casui ẽ attribuenda, quoniam casus nõ est, nisi in his quæ raro accidunt. Hoc autem euenit semper, & oporteret secundum hoc quasi omnes naturales actiones attribuere casui, quod penitus est absurdum, tale vero vniuersale, & liberum agens omnino Deus est, & sic agere sine aliorum cognitione non potest. Ad hoc responde-
H tur in simili, sicut dicit Arist. contra Platonem in primo de generatione & corruptione. tex. commen. 7. Causa autem propter quam non potuerunt confessa videre in experientia fuit, non enim credendum est, ꝙ si aliquod agens, aut passum materiale videatur esse vniforme quantum ad sensum, quod ita sit ex parte rei. Testantur hoc multa semina, quæ tametsi parua admodum sint, tamẽ diuersas, & contrarias qualitates, & proprietates in diuersis suis partibus obtinent, sicut sapientes medicinæ testantur de grano psilij, cuius par-
I tes superficiales sunt frigidæ complexionis, partes autem cẽtrales sunt calidæ, & in multis alijs hoc ostendi posset. nam modi mixtionum, & dispositiones materiales variantur in infinitum, vnde non est credendum in hoc sensui, qui licet iudicet menstruum mulieris, quod est materia generationis membrorum esse vniforme, immo ex parte rei habet magnam difformitatem. vnde Auicen. dicit in capit. de complexionibus membrorum, & etiam in capitulo de humoribus in prima Fen primi, quòd membra ista quæ habẽt diuersas complexiones, ex diuersis nutriuntur humoribus, aut secundum Aristotelem ex sanguine diuersimode disposito in suis partibus, q̃a ipse tenet solum sanguinẽ nutrire. K
Amplius autem hoc ex dissolutione talium mixtorum experimento sensato probari potest. nam videmus, ꝙ multæ herbæ, quæ ad sensum nullam difformitatem primo aspectu habere cernuntur, si in alembico ponantur, quæ destillentur sensibiliter apparet in illa dissolutione fluere aquam, aliquas autem partes esse terrestres, aliquę vero sunt aer, & ignis. L
vnde ratio dictat, quòd ꝑpter diuersitatem approximationis agentis. & propter maximam diuersitatem, ex parte partium materiæ ipsius passi est magna difformitas in ipsis mixtis, licet sensus aliter iudicet. Quarta ratio eiusdem talis est ex quibusdam effectibus apparentibus, & expertis cogimur ponere aliquod ens quod habet certam notitiam de futuris contingentibus ad vtrumlibet. ergo naturaliter oportet ponere, ꝙ Deus cognoscat alia à se. Antecedẽs probo. primo quidem, quoniam visum est, & expertũ apud plurimos est quosdam plurima, & frequenter prophetasse futura, & ita euenisse, & quosdã habuisse, & hr̃e vera somnia de futuris, & quosdã ẽt habuisse notitiam interpretandi, tam somnia, q̃ propherias, & interpretatione indigentes, sicut non solum ex Christianorum, & Iudæorum libris, sed etiã Gentilium patet, ac etiam Philosophorum, vt Auic. 6. naturalium. & com. Auer. testatur. Vnde in libello suo de somno & vigilia ait. determinatum de natura somniorum, & quod M

Quarta rõ eiusdem.

A qđ est sui generis de comprehensionibus diuinis, quæ non acquiruntur secundum acquisitionem hominũ. Dicamus ergo, ꝙ istarum comprehensionum quædam dicuntur somnia, & quędam diuinationes, & q̄dam prophetiæ, & quidam homines negant ista, & dicunt ea accidere à casu, sed negare ea est negare sensata, & maxime negare vera somnia, nullus.n.homo est, qui non viderit somnium quod enunciauerit ei aliquod futurum, & cum homo experimentauit hoc multoties videbit, ꝙ hoc non accidit à casu, sed essentia-
B liter, & illæ aliæ comprehensiones & prophetiæ, licet non sint visæ, vt somnia ita communiter, sunt tamen valde famosæ, & ea quæ sunt famosa apud omnes, aut sunt necessaria secundum totum, aut secũdum partem, impossibile enim est, vt famosum sit falsum secundum totũ. hæc Cõm. Cuius dictum specialiter voluí allegare, quoniam in principali conclusione opinionem oppositam habet, & tamen hoc assumptum cõfitetur, & dicit non posse negari. constat autem, ꝙ talia non proueniunt casualiter, sicut etiam ipse Cõm. pro
C bauit in prædictis veris somniis, & eadẽ fortior probatio est de prophetis. nam impossibile est, ꝙ idem homo frequẽter vere prophetet à casu. nam quod est casuale rarissime accidit, ergo sunt talia, & acquirũtur huiusmodi hominibus ab aliqua causa determinata, & impossibile est aliquam assignare nisi illa habeat notitiam de illis futuris, de quibus prophetias, vel somnia causat in homine, alioquin non per se, sed casualiter talia causaret Secundo idem antecedens probatur ex eo quod expertum est, plures homines habere circa ea q̄ sunt agenda per ipsos quosdam quasi naturales, & indeliberatos, ac improuisos instinctus, & impulsus cordis, ad eligendum ex contradictorijs quod eis meli⁹ est, quos homines Philosophus in libello de bona fortuna, bene fortunatos dicit. D
Talium autem instinctum, nec natura, nec homines, nec ratio hominis potest esse causa primaria, vt ibi Philosophus probat, sed oportet, ꝙ ibi sit quid melius habens notitiam de futuris, in quibus vult tales homines dirigere, & propterea tales instinctus causat in eis. consequentia satis est euidens. nam & huiusmodi E
ens cognoscens futura est Deus, & habet propositum. nam sequitur ex hoc, quòd ipse cognoscat alia à se, aut est aliquid infra Deum, & tunc per locum a minori sequitur, quòd talem notitiam Deus maxime habeat cum ipse sit maximę nobilitatis. Et confirmatur ista consequentia ex intentione aduersariorum. nam Auerr. huiusmodi reuelationẽ propter sui nobilitatem, dicit esse comprehensiones diuinas, quæ nõ apprehenduntur per acquisitionem hominis, vt supra allegatum est. F
Item infra ait, quòd iste modus dationis cognitionis rei futuræ est valde nobilis, & attribuitur principio nobiliori voluntatis, immo est à re diuina, & est ex perfecta solicitudine erga hominem, si ergo talia nosse est perfectionis, & ex hoc attribuitur principio nobiliori hominis, cõsequens est, quòd Deus qui est nobilissimus omnium huiusmodi perfectione non careat. vnde Auicen. vbi supra de hac materia tractans, quasi principium assumit, quòd omnia, quæ

quæ in mundo sunt præsentia, prete G rita, & futura, habent esse in sapientia Creatoris. Item Philosophus vbi supra illos instinctus bene fortunatorum reducit in principium supra rationem hominis, quod est melius, & nobilius ea, & expresse dicit, tale principiũ esse Deum, qui videt futurũ, & præsens, quorũ rõ periit i. pterita, quorũ notitia periit a memoriis homiuũ. vnde rõ ista nõ dēt cuiquã facilis videri, qñ pp ipsam Philosophus coactus est in principali cõclusione, quæ in hoc inquiritur sibi contradicere, vt ex dictis est euidens. pro H pter istam mihi apparet ꝙ quilibet volens naturalem rationem sequi in auctoritate exclusa, cogitur ponere Deum habere notitiã omnium aliorum, hæc ille. Ad istud argumẽtum patet ex iam dictis solutio, nam vt la Solutio. te disputat Auer in cõm. super libro de somno, & vigilia in illa parte vbi Aristot. agit de diuinatione, quæ est fm quietem, vult tandem ꝙ sint ab intelligentia, tñ exeunt ab illla sub ratione cõi, & vniuersali, & anima imaginatiua recipit illam cognitionem singulariter, & signate. sic. n. omnes I effectus sunt a causis abstractis procedentes. & materia recipit illos signate. & cum hic & nunc, & dat exemplum dicens, & quemadmodum medicus enunciat, quod accidit corpori Sortis, & animæ eius in aliquo tẽpore terminato per duas propositiones, quarum vna est vniuersalis intelligibilis, & alia particularis sensibilis, ita ista enũciatio componitur ex vniuersali quod datur ab intelligentia, & ex intentione particulari simili illi vniuersali, quare vero hõ non comprehẽdit ex istis particularibus, nisi illud quod est proprium suo tẽpori, & suo loco, & corpori, & suis K hoĩbus, absq; aliis particularibus cõmunicantibus eis in illa natura vñ. hoc est quia necesse est, vt hõ habeat in hac comprehensione alterũ duorum modorum generum cognitionis, quæ antecedit fidem. s. cognitio præparãs. s. cognitio imaginationis imaginem informans, & debet antecedere fidem, & hõ non põt acquirere istam cognitionem nisi in indiuiduis, quæ iam præsciuit, & maxime illa indiuidua circa quæ habuit magnam solicitudinem, de eis aũt quæ sunt ignota apud ipsum non põt acquirere sciam. ista. n. fides licet non L est necessariũ, ut antecedat eã cognitio agens, tñ necesse est, vt antecedat eã cognitio præparans, &c. vbi patet istã fuisse mẽtẽ Auer. sicut dicimus, & ita dicendum est pariformiter de prophetia fm Philosophos. Ad auctoritatem Arist. in lib. de bona fortuna pariformiter dicendum est, ꝙ De' oĩa cognoscit, sed nobiliori mõ q̃ nos. aut quam sint in suo proprio esse. Aut aliter ꝙ ille non erat locus discutiendi istam materiam, & ideo ibi loquitur, vt erat famosum, nam quæstio de cognitione Dei est nobilissima, & maxime desiderata ab ho M minibus, vt dicit Auer. in commen. 51. duodecimo metaph. & pertinet ad scientiam diuinam, & ideo contradicentibus auctoritatibus, circa hoc hincinde magis adhibẽda fides est scientiæ diuinæ, cuius interest hoc determinare. Etenim in simili etiam in 10. ethic. ca. 10. scribit Deũ solicitudinẽ hr̃e de sapiente, & eum amare, inquit enim. Qui fm mentẽ operatur, & eã colit, & optime dispositus est, amicissimus dijs vr̃ esse. nã si dij curã aliquã hñt humanarum rerum,

A rerum, vt estimatur, & creditur, rationabile est eos gaudere optimo, & cognatissimo, tale vero hmõi mens est, & amantibus illã maxime honorantibusq; fauere, tanquã rerũ sibi charissimarum curatoribus, & recte ac bene agentibus. quod aũt hæc oĩa sapiẽti maxime cõpetãt, nõ est obscurũ. amicissimũ ergo deoꝝ eundẽq; felicissimum esse decẽs est itaque, & hoc modo sapiẽs vtiq; erit maxime felix. & Auer. scribit in cõ. dixit. De eo aũt qui agit p intellectũ, & fuerit obsequium eius intellectui, & dispõ eius dispõ bona vr, ꝙ sit Deũ amans valde, & si quidẽ cura sit Deo de ho-

B minibus, vt creditur, & debitũ est, & sit quidẽ Deus gaudẽs de eo, qui est melior, tunc gaudet de eo qui nitit' assimilari ei valde, & hic est intells. dignum est ergo benefaciat eis qui amant ipsum plus, & vt honorificet eos, & visitet ipsos, sicut est dispõ amici, cũ amico suo, patet ꝙ litera. d. rõnabiliter. nam ibi erat in scĩa morali, q̃ est via propria populorũ vt scribit Auer. in suo prologo. 1. physi. de Socrate, cui nõ fuerũ tapertæ, vt existimatur viç cões & propiæ, quia voluit ambulare in via propria populo rũ. i. moralibus tm̃ voluit insudare,

C iuxta illud Arist. in. 1. meta. Socrate circa moralia philosophãte, & de tota nã nihil, non est autẽ necessarium ꝙ populus, & rudes intelligãt veritatem, sed sufficit eis persuadere aliqua principia, iuxta quę possit bene viuere, quia ista est intentio legislatoris. vñ Arist. 12. meta. tex. cõ. 50. loquẽs de Chaldæis inquit, Tradita sunt aũt a senioribus, & antiquis in fabulæ figura demissa posterioribus, quia dij sunt ij, videlicet corpora cœlestia, & cõtinet diuinã nãm vlem: reliqua vero fabulose iam adducta sunt ad D persuasionẽ multoꝝ, & ad opportunitatẽ multoꝝ ad leges, se cõferens. vñ ẽt Auer. in 2. me. cõ. 14. vbi Arist. adducit impedimenta, q̃ impediunt intell'um scire veritatẽ, inter q̃ vt dicit fortissimũ est consuetudo in pueritia in reb' legis, & maxime in scĩa diuina, quia plures opĩones illius scĩę sunt radices legũ, & ponunt' in legibus non ad sciendum, sed ad inquirẽdũ bonitatẽ. Et cã in hoc est, quia cõplementũ hoĩum nõ cõpletur nisi p cõgregationẽ, & cõgregatio p bonitatẽ esse, ergo boni est necessariũ, & non est necessariũ eos scire veritatẽ. & ita ni fallor diceret Arist. & Com. E ad istas rationes adductas cõtra ipsos de ista contradictione. Colligentes igr' synceram ni fallor Aristot. & Auer. in tã ardua qõne sñiam dicamus, ꝙ intells diuinus solũ suã essentiã intelligit, q̃ est ens p essentiam in qua eminẽter cõtinentur oĩa alia entia, & perfectiones oĩum, & talia entia sic cõtẽta nõ sunt aliud a dei scĩa. Etenim sicut supra dictũ fuit p locũ a minori ad mai', si fora nãlis, q̃ est in mã, & est potentia intellecta hẽt nobilius esse, vt est in humano intellectu, quia in materia non est comprehensio, sed in intellectu fit cognitio, & cõprehẽsio, & sit vnũ cũ intel- F lectu, q in intelligẽdo perficit' ab ea, quanto magis fora eadẽ considerata quo ad esse quod hẽt in intell'u diuino erit dei scĩa? Sed in hoc est dña fm Philosophos de fora, vt est in intell'u nr̃o, & in intell'u Dei, quia vt est in intell'u nr̃o pficit, & mouet ipsũ, quia intelligibile est perfectio intelligẽtis, sed vt est in deo causatur a scĩa sua, & sua scĩa est perfectio intelligẽtiũ, & oĩum intelligibiliũ, quia scĩa dei,

G dei, quæ est suamet essentia est maxime actiua. nã si ars, quæ nihil aliud est q̃ forma artificialis in mente artificis existens, teste Arist. in .7. primæ philosophiæ ex cõ. 23. vbi dicit. Medicinalis. n. est, & ædificatiua species sanitatis, & domus; si talis inquã forma, & ars est principiũ cũ recta rõne factiuũ, teste Arist. in .6. ethi, etenim vt ipse dicit .7. meta. vbi supra. A spẽ domus sine mã exñte fit species domus hñs mãm, quanto magis credẽdũ est formã primam quæ absoluta prorsus est ab oĩ mã, & ab oĩ potentia productiua erit ĩmediate formarũ sine mã, & aliarũ in materia mediate? quod nõ potuit videre Greg. ille Arim. in 2. sentẽ. dist. 1, q. 1. arti. 1. in rñsione ad rationem partis aduersæ. vbi arguebatur q̃õ in intelligentiis sit perficiens, & perfectum. dicit q̃ illa ratio cõtinet duo falsa, & fm cuius falsitas patet, inquit, est q̃ prima intelligentia intellectionis secundæ est causa efficiens, quia intelligitur a secunda. inquit ipse, q̃ falsitas istius patet ex primo ibi declarato per ipsum, quia secunda intelligit primam per essentiam primæ. Tum I etiã quia si ista ratione prima efficit intellectionem secundæ, quia intelligitur a secunda, tunc cum ipsa prima intelligat seipsa, igitur efficeret seipsam. Dicimus nos q̃ prima intelligentia formaliter intelligit seipsam, & sua intellectio est sua essentia, nec sic causat, nec causare põt seipsam, q̃a nullus intell'us hoc capere põt, vt aliquid seipsum causet vt sit, vt inq̃t beatus Aug, quia hoc implicat manifestã contradictionẽ, quia tunc aliquid esset antequã esset, sed sua formalis intellectio, quæ est sua essentia est cã efficiens ab æterno oĩs intellectionis causabilis, & ista est nã intelligentiarũ. sciã. n. dei est cã efficiẽs totius entis causati, sed diuersis modis. causare aũt intellectionẽ nõ est formaliter intelligere. nam obiectũ causat saltim partialiter intelligere, & tñ non dr̃ intelligere, & hoc est quod dixit Com. q̃ in intelligentiis solũ est cã, & causatũ, sicut intelligibile est cã intelligentis, intelligibile. n. est cã efficiens intellectionem in intelligente. & sic dei sciẽtia efficit intellectionem extra se, quæ intellectio sunt essentiæ ipsarum intelligentiarum fm q̃ intelligunt multi modi, q̃a aliud est quod intelligit vna, & aliud est L quod intelligit alia, quia intelligẽtiæ deriuatæ, & causatæ a sciã dei, causantur in multa distantia, in participando perfectionẽ primi. Cõcludo ergo fm Peripateticos q̃ deus se solum intelligẽdo pp hoc non dr̃ alia ignorare, imo oĩa intelligit, & nobiliori mõ q̃ intell's humanus, aut alius aliquis intell's possit ea intelligere, licet. n. nõ cognoscat ea illo modo quo a nobis, vel ab aliis Intelligentiis intelligunt, tñ oĩa intelligit mõ qui soli propri' est, quia nullus intell's hẽt ens p essẽtiã sibi identificatũ pro proprio, & adæquato obiecto, nisi solus intell'us M dei sublimis. vñ se intelligẽdo oĩa entia cognoscit, quia alia entia ab ipso nõ sunt quid aliud a sui sciã. vñ sicut possidens aurũ nõ dr̃ carere argẽto, sic intell's cõprehendens mare entitatis, nõ dr̃ ignorare riuulos qui a mari emanant in alietate, & diuersitate, & in mare reuertunt, & adunantur maiori virtute, & robore q̃ sint in seipsis. nam mare, teste Arist. putrescere non potest, riuuli possunt seu stagna. sic omnia entia causantur a dei scientia fm q̃ apta nata sunt causari,

A sari, quia distantiæ entium, vt scribit Commen. in 2. cœli & mun. cō. 63. sunt valde diuersæ, sed si talia cō siderata fuerint, vt sunt in scientia Dei sunt nobiliori modo, quàm sūt ĩ seipsis, quia vt sic sunt idem quod Dei scientia. & hoc sine dubio credo tenuisse omnes Peripateticos, tamē ego teneo, & firmiter credo Deum etiam omnia singularia cognoscere in ꝓpria forma. Nam ut propheta testatur, ipse humilia respicit ĩ cœlo, & in terra. non enim opinio Philosophorum debet nos deterrere in his, in quibus videntur a rebus fidei B esse discordes, quia ipsi intantum ꝓcesserunt inquantum lumen naturalis rationis potuit eos ducere, sed fides nostra a supernaturali luminē spiritussancti illustratˀ, qui falli non potest, & ipse sit dator auxilij. placuit autem nobis soluere ea argumenta Grego. quia Deus, vt inquit beatus Augu. non indiget nostro mendacio. non enim rationes illæ sunt ex mente Philosophi, & ne aliquis rationibus illis innixus, amittat meritum fidei.

C PROPOSITIO LXXXIIII.

Omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti.

VVlgatissima est propositio, & maximi momenti in philosophia. vnde Auer. in. 3. de anima. cō. 4. inquit. ꝙ illa demfo in. 3. de anima adducta ibi p philosophum, fundatur super duas propositiones, qua rum vna erat, ꝙ intellectus materialis omnia cognoscit, sicut dicit hoc esse per se manifestum. Secūda autem propositio est ista, quam habemus præ manibus speculandam, videlicet, ꝙ omne recipiens est denudatum a natura recepti. Glossatur autem per Auer. in. 3. cœli & mun. in com. 67. isto modo, si fuerit aliqđ subiectum receptiuum omniū formarum, oportet absolute, & simplr. illud subiectum esse denudatum ab omni forma, ita ꝙ non sit aliqua illatum, nec habens aliquam ex illis formis quas recipit sibi propriā, sed est indifferenter se habens in potentia ad omnes formas, & ita vt dicitē prima materia, quæ recipit omnes formas tam perfectas, quàm imperfectas: & ideo est denudata ab omni forma, quia ipsa de se informis est, & est in potentia ad omnem formam. vnde nullam habet formam substātialem, neq; vlem, neq; particularē, neq; imperfectam, neq; perfectam, sicut dicit. Si autem fuerit aliquod subiectum, quod non est receptiuū omnium formarū simpliciter, sed quarundam, non oportet, vt dicit ꝙ tale subiectum careat, & sit denudatum ab omni forma simplr, sed solum debet esse denudatum, ab illa forma, vel ab illis formis respectu quarum tale subiectum dicitur esse receptiuum. & isto modo elementa quæ sunt subiecta receptiua formarum mixtorum corporum, ab illis solummodo oportet esse denudata, sed non oportet, ꝙ ab omni forma absolute sint denudata, quia elemēta remanentia elementa, non possunt esse priuata proprijs formis. vnde nisi ita esset, tunc nulla prorsus esset drīa inter primum subiectū, seu primam materiam, & inter subiectum fm, & materiam secundā, contra Arist. & Auer. 1. phy. in com. & tex. 82. vbi Arist. describens in illo tex. materiam, inquit. Dico autem mate-

D Glo. Auer.

E

F

G materiam primum subiectum vnicuique, ex quo fit aliquid cum insit non fm accidens. vbi Commen. dicit primo, intelligo.n.cum dico materiam primum subiectum, quod ē in potentia non subiectum ex quo generatur res, & est in actu, & generatum ex eo est existens per se, & nō per accidens, hoc enim fm subiectū, & primum conueniunt in hoc, qđ generatum inuenitur ex eis per se. Et differunt in hoc, ꝙ primum est in potentia; & secundum est in actu aut modo medio inter potentiam & actum, sicut est dispositio in illo, H quod generatur ex pluribus vno subiecto. Glossat etiam Auerr. istam propositionem in.2. de anima. in commen.67. & dicit, ꝙ est vl'r vera tam in receptione spiritali, quàm ēt in receptione materiali. vnde inqt. manifestum est, ꝙ non de necessitate illud, quod mouetur a colore debet esse non lucidum, sed debet esse non coloratum, nihil enim recipit se, aut ē cā alicui' ī recipiēdo ipsum, & ista est propositio manifesta p se, & Arist. ea multoties vtitur: & indifferenter siue mouere, & recipere I fuerint spiritalia: sicut aer recipit colorē, aut materialia sicut corp' mixtum ex lucido, & diaphano obscuro recipit colorem. In tertio ēt de anima ꝓbat veritatem istius propositionis isto modo in com.4. dicēs, fm autem ꝙ omne recipiens aliquid necesse est, vt sit denudatum a nā recepti, & vt sua substantia non sit substantia recepti in specie. Si enim recipiens esset de natura recepti, tunc res reciperet se, & tūc mouens esset motū. vnde necesse est, vt sensus recipiens colorem careat colore, & recipiens sonum careat sono, & hæc propositio est vera, & sine dubio. K Vnde videt̄ limitare isto mō quod recipiens debet esse denudatum a natura recepti fm speciē, quia alias idē reciperet se, & mouēs esset motum. nam in his quę sunt eiusdem speciei quicquid per se conuenit vni, per se cōuenit alteri, & ideo si fuerint duo indiuidua eiusdem speciei, quorum vnum esset recipiens alterum pariformiter, idem posset recipere seipsum sicut sequitur, & tunc idē esset mouens, & motum, & per consequēs in actu, & in potentia. vnde parum infra Cōmen. in eodem com. confirmando istam limitationem scribit. L Vtrum autem hęc substantia habeat formam diuersam in esse a formis mālibus, adhuc non declaratur ex hoc sermone. q.d. licet per illam demonstrationem Arist. demonstraret intellectum possibilē esse denudatū ab omni forma materiali, quia est receptiuum omnium formarū materialium, tñ ex illa demonstratione non apparet an sit expoliatus qualibet forma etiam immateriali, quæ est diuersa a materialibus formis, & reddit causam dicens, propositio enim dicens ꝙ recipiens debet esse denudatum a natura recepti, intelligitur a natura speciei illius recepti non a natura sui generis, & maxime remoti, & maxime eius quod dictum est per æquiuocationem .i. analogice, sicut est substātia, & ens, & vnum, quæ plerūq; ab Auerr. dñr gña multipliciter dicta.i. fm prius, & posterius. nam de mente eius genus dupliciter dicitur, vno modo ꝓ genere vniuoce dicto, & istud est genus logicum & etiam dicitur de genere dicto fm prius, & posterius .i. analogo, vt est videre.5. metaphysi. com.

Gloss. alia eiusdem.

Declaratio glossæ Auer.

Quō intelligit Auer. cōsequentia nisi recipiēs eēt denudatū a nā recepti, idē reciperet seipsum & eēt mouēs & motum.

Propter opinionē Alex. qui putat in hoc loco ab Arist. ostendi ꝙ intellectus nō sit actu sed subalterna pōa tñ, & mā intelligibilium, & vt ait ἄγραφον γραμματεῖον M

A com.4.& 1.de anima. commen. 7. & alibi frequenter, vt alias probaui diffusius. Ioannes autem de Gandauo in.3.de anima. in quæstio.4. inquit, ꝙ aliquid esse denudatum ab aliquo intelligitur dupliciter. Vno modo fm eē, vt dicimus quod Sortes est separatus a Platone, & vī sic se habent illa, quorum vnum nō est coniunctum secundum subsistētiam cum alio. Alio modo intelligitur aliquid esse denudatum ab alio fm quiditatem, seu essentiam, sicut cum quiditas vnius non est quiditas, & essentia alterius, quanuis sint

Opin. Ioā de Gand.

B coniuncta secundum subsistētiam, vt dicimus ꝙ materia prima est denudata ab omni forma seu actu, nō quod secundum subsistentiam sit separata ab omni forma, sed quia quiditas, & essentia materiæ primæ nō est quiditas nec essentia alicuius formæ, vt patet. 1. physicor. & sic est in multis aliis cōsimiliter. possibile. n. est, ꝙ aliqua duo sint sibiinuicē coniuncta secundum esse, ita ꝙ sint in eodem loco, & eodem subiecto, & tamen essentia vnius diuersa est ab essentia alterius, vt sciunt parū exer

C citati in philosophia Aristote. vnde iuxta istam solutionem soluit multa argumenta in illa qōne de tactu respectu qualitatum tangibilium, dicendo ꝙ licet tactus non sit denudatus ab omni tangibili secundum eē subsistentiæ, tamen ipsa virtus actiua est denudata essentialiter ab omni qualitate tangibili. Sic. s. ꝙ essentia ipsius non est aliqua qualitas tangibilis, sed est virtus animæ naturalis fundata in organo habēte quādam medietatem, & proportionem omnium qualitatum tangibilium. Et sic dicit de intellectu, quod ē es-

D sentialiter denudatus ab omnibus formis materialibus, & earum speciebus, quamuis sit coniunctus fm esse cū multis, & forte omnibus speciebus intelligibilibus formarū materialium. Et eodem modo respōdet ad illud de visu, & visibili. Dicit enim ꝙ visus non est separatus fm esse ab omnibus coloribus, sicut bene arguebat, videlicet, quia omnia mixta colore participant ex lib. de sensu & sensa. Tamen alia est quiditas visus ab omni colore, & sic denudatus est secundum essentiam, licet non secundum subsistentiam, & rur

E sus, quilibet visus non cognoscit colorem sui organi in quo existit. Quamuis forte visus vnius animalis cognoscit, vel cognoscere possit colorem organi visus alterius animalis. & ita breuiter fm prædictum doctorem ꝓpō nostra, quæ proponitur hic, locum habet isto modo, ꝙ recipiens debet esse denudatum a natura recepti, secundum essentiam & non secundum subsistentiam.

Sed ista glossa Ioannis contradicit Commen. expresse in. 3. de anima. com. 4. vbi dicit, ꝙ. 2. propositio su

F per qua fundatur demonstratio Aristo. est ista videlicet, ꝙ recipiens dēt esse denudatum a natura recepti, & vt sua substantia, non sit substantia recepti in specie, vbi duo simul iuncta concurrunt in verificando illam propositionem videlicet, ꝙ recipiēs debet esse denudatum a natura recepti, & hoc quantum ad esse, & quod substantia eius non sit substantia recepti in specie, & hoc quantnm ad essentiam. Amplius si recipiens secundum esse non debet esse denudatum a natura recepti, tunc aliquid secundum esse habens aliquam for-

G mam esset ratio recipiendi suo subiecto consimilem formā in specie, & sic idem esset moueus, & motum, & in actu, & in potentia, & sic nulla esset probatio, qua vtitur Auerro. in verificando illam propositionem.

Impugna. Amplius quod dicit de tactu nihil est. nam mirum est quomodo non viderit glossam Commen. in. 3. de anima. in com. 4. vbi occurrit tacite obiectioni. nam glossauit Commē. illam propositionem isto modo ibi videlicet. ꝙ recipiens debet esse denudatum a natura recepti secundū speciem. vnde infert, propositio. n. H dicens ꝙ recipiens debet esse denudatum a natura recepti, intelligitur a natura speciei illius recepti, non a natura sui generis, & maxime remoti, & maxime eius quod dictum est per æquiuocationem, & ideo diximus ꝙ in sensu tactus inuenitur medium inter contraria, quæ comprehendit. contraria enim alia sunt in specie a mediis. Et mirum est de Ioanne, quomodo responsionem istā, quæ est Commen. in simili argumēto non viderit, vnde sensus tactus nō potest esse denudatus a tota latitudine qualitatum tangibilium secundum genus, quia organum in quo I consistit requirit certam, & determinatam complexionem, quæ resultat ex actione, & reactione qualitatum primarum in elementis repertarum, quæ in mixtione diuiduntur ad minima, vt plurimum vnius contangat plurimum alterius, sicut dicit Princeps in cap. de complexionibus. & ideo sufficit, vt sit denudatus ab excellentiis contrariorū quas cognoscit, & recipit. vnde. 2. de anima. tex. comm. 118. Æqualiter calida, & equaliter frigida non sentim⁹.

Intellige de medio forte, non aūt de medio transitus.

& ideo bene dixit Auerr. in. 3. cœli. K com. 67. ꝙ si subiectum fuerit simpliciter receptiuum cuiuslibet formæ, oportet illud esse denudatū simpliciter ab omni forma. si vero sm̄ quid etiam sufficit ipsum secūdum se ab illa forma esse denudatum. Ad illud autem quod de visu dicit. Ioan. multum decipitur. Nam Aristo. in. 2. de anima. in tex. com. 71. inquit. Est autem coloris susceptiuum, quod sine colore, soni autem absonum, & tex. comm. 83. ait, ꝙ per si quidem insonabilis aer. vbi Cō. i cō. ait, ꝙ queadmodū si diaphanum hēret colorē nō reciperet colores, sic L si aer hēret sonos ex se nō reciperet sonos. &. 3 de anima Cō. dicit. com. 4. vnde necesse est, vt sensus recipiēs colorem careat colore, & recipiens sonum careat sono. Sed quid fuit in causa, ꝙ Ioan deceptus fuit? Certe fuit famositas propositionis, quæ dicit ꝙ omne mixtum colore participat, quæ scribitur in lib. de sensu, & sensa. sed de hac fuit i ꝓprio theoremate late dictum. nam color in li. de sensu sumitur nimis cōiter pro qualibet qualitate visibili, sicut est lux, sed nō intelligit̄ pro vero colore proprie dicto, vt est qualitas, quædam secunda resultās ex debita com M mixtione lucidi cū opaco. nota. n. isto modo verum est dicere, omne mixtum corpus coloratum esse. vñ organum visus, siue pupilla, siue humor crystallinus fuerit, siue nerui optici, vt asserunt medici, nō hēt sic colorem dictum quantumq; tale organum sit, aut possit esse lucidū. vñ Auer. in 2 de aīa. cō. 67. in digressione dicit pp verba Aris. in tex. vbi dicit, oīs color motiuus est eius, qđ est sm̄ actum diaphanum, & hæc est ei⁹ natura

Cā erroris

A natura, qđ manifestum est, ꝙ nō de necessitate, quod mouetur a colore debet esse non lucidum, sed nō coloratum, nihil.n.recipit se, aut est causa recipiendi se. licet enim color proprie dictus nō nisi in corpore mixto reperiri possit, nō tamē oē mixtū coloratum est, sicut simitas, nō nisi in naso reperiri potest, non tamen omnis nasus simus est, & ita ē de odore, sono, & sapore. Vnde organū visus in sua naturali dispositione cōstitutum est abscolor, quia aliter visus non bene iudicaret de omnib' coloribus. vnde manifestat sensata, B experientia, ꝙ vbi contingit in hictéritia ægritudine vbi organum visus infectum est ex sparsione cholerǽ, quæ est citrini coloris, videmus tales hictericos iudicare omnia esse citrini coloris, & ita organum gust' in sua naturali dispositione existens caret omni sapore, quod experimēto comprobatur in infirmis, qui pp habere organum infectum aliquo humore amaro iudicant etiam dulcia esse amari saporis, intus enim apparens, vt inquit Arist. prohibet extraneum. Sed dices pp quid cōtingit, ꝙ sensu visus omnes colores per C cipimus, sensu autem tactus nō possumus omnes qualitates tangibiles percipere, quandoquidem teste Aristo.in.2.de ani.tex.com.118. ęqualiter calida, aut frigida, aut mollia, vel dura non sentimus. Et ad hoc ex iam dictis patet solutio. nam organum visus est absque omni colore, ideo omnium colorum susceptiuum est. consistentia autem organi tactus a tota qualitatum primarum latitudine expoliari nō potuit, sed solum denudatum est ab excellētiis earum, est.n.ī mediocritate quadam constitutum, & iō excessus, & defectus potest percipere, medium enim, vt inquit Com. specie differt ab extremis. sufficit autem sicut dicit, vt recipiens sit denudatum secūdum speciem ab extremis. Sed tūc iterum est difficultas contra Auer. Nam.6.physicæ auscul.com.32. ipse distinguit de duplici medio. inqt enim declarando ꝙ sit primum in qualibet transmutatione, ꝙ primū naturaliter in transmutationibus, quæ sunt in qualitate, manifestum est in coloribus cum bene apparet, ꝙ inter colores sunt media finita naturaliter ī numero. Et intelligo hic E per medium nō illud quod diuersatur fm magis, & minus. Sed illud qđ diuersatur fm formam, & qualitatē qm̄ pallidum non differt ab albo secundum magis, & minus, sed secundum qualitatem, & si nō essent eiusdem speciei. In gustabilibus autem videtur, ꝙ ita sit sicut in coloribus. In primis aūt qualitatibus. s. caliditate, & frigiditate vr̄, ꝙ medium sit temperatum. Trāsmutatū.n.ī principio cū trāsmutatur de calido ī frigidum, dr̄ ꝙ quoddam est in calido & quoddam in temperato cū inter calidum, & temperatum nō est qualitas media, sed fm magis, & minus. F Qm̄ manifestū est p se, ꝙ cum transmutatum amittit partē calidi, & acquirit partē frigidi, ꝙ quædam pars eius est in calido, & quædā in tēperato, qm̄ nō est calidū fm totum, neque temperato fm totum. Et consimilē distinctionē de hoc hēt in cō. super.3.meteo.in ca.de iride. vbi dicit, ꝙ medium dr̄ fm duas species. vnum eorum est fm veritatem, & prius, & est medium inter duo contraria, cuius esse consistit in comple-

Dubium.

Solutio.

Tactus n. ałz ualde materialis

difficultas

G xione duarum extremitatum,& ipsum secũdum quiditatem est diuersum a duabus extremitatibus.Secundum autem dicitur ſm similitudinẽ & secundum posterius,& est mediũ inter duo contraria secundum quãtitatem tantum.vĩ igitur, ꝙ respon sio Auer.ad tacitam obiectionem, quam dat de tactu respectu qualitatum tangibilium,non sit ad propositum,quia medium non specie distinguitur ab extremis, seu secundũ quiditatem,& simpliciter, sed solũ ſm magis,& minus. Nisi esset, ꝙ in tali medio in quo sunt contraria refracta per vnum contrariorũ põt

solutio.

H dici specie distĩgui ab alio extremo cuius est receptiuum. Sed tunc in surgit contra eãdem glossam Auer. vna alia difficultas. nam si recipiens debet esse denudatum a natura recepti ſm speciem,& hoc est vniuersaliter verum, sicut ipse fatetur in.2. de anima.commen.67.de qualibet receptione tam reali,quàm spiritali,tũc igitur materia habens formã substãtialem ignis posset illa remanente recipere formã aquæ aut terræ,quia istæ formæ sicut patet consideranti sunt specie differentes. hoc

Dubium.

I autem minime fieri potest, vt patet in.2.de generatione & corr. vbi agitur de modo transmutationis substantialis elementorum adinuicem. Nisi esset sicut scribit Auer.in.3. cœli & mundi.in commẽ. 67. iuxta verba Arist.ibi in tex.vbi dicit. Sic & elementa oportet putare quemadmodum materiam esse compositis, propter quod,& possunt transmutari adinuicem separatis his, quæ secũdum passione differẽtiis. Vbi Auer. exponens dicit,idest quia formæ elementorum non recipiunt seipsas cũ

K sint eiusdem generis.Contingit, ꝙ non generantur adinuicem, nisi cũ recipiẽs exuit formam,& recipit formam receptam:& ideo non sunt elementa adinuicem, & hoc non contingit in receptione formarum cõpositorum .s. vt denudentur a suis formis apud receptiones formarũ compositorum. Formæ enim compositorum sunt aliæ formis eorum. Formæ quidem eorum licet sint diuersæ,tamen in eodem ordine sunt in substantialitate.s. quod impossibile est,vt quædam sint materiæ formarum quarundam , & omnia ista manifesta sunt exercitatis in hac sciẽ

L tia.Secundum igitur istam expositionem oportet illo modo illud dictum Auer.glossare per seipsum, ꝙ recipiens,& receptum debent specie differre,ita ꝙ non sint eiusdem ordinis in substantialitate, præcipue in vera transmutatione reali, quæ fit cum abiectione contrarij , & ideo, quia formæ elementorum, vt sunt materia sunt contrariæ, vel secundum se,vt voluit Alexan . vel ratione contrariarum qualitatum , cum quibus existunt in materia, sic vnũ elementum non potest esse materia

Oẽ recipiens dẽt eẽ denudatũ a nã recepti ſm speciẽ,atque ita, vt non sit in eodẽ ordie substantialitatis. neq̃ cõtrarias requirant qualitates

M alterius.Sed quantum ad intellectũ possibilem ista glossa hoc modo intellecta locum non habet videlicet, ꝙ intellectus possibilis habens speciem vnius elementi:non potest recipere speciẽ alterius, quia videlicet elementa sunt eiusdem ordinis in substantialitate. Et ratio est ista, q̃a formæ quæ contrariantur in materia,non contrariãtur in intellectu. Vnde Com. 6.primæ philoso. com. vlti.inquit. Et intẽdebat per hũc sermonem declarare diuersitatem duorum entium.s.entis, quod est in intellectu,

A tellectu,& entis, quod est extra intellectum. Quod.n.est in aīa cōtingit, vt recipiat duo opposita insimul quod non potest esse extra animā, quia materia recipit contraria successiue,& causa in hoc, ꝙ intellect⁹ comprehendit insimul, duo opposita est, quia natura primorum oppositorum in intellectu.s.veri, & falsi non est natura primorum oppositorum extra animam.s.boni & mali. veruntamen verum, & falsum sunt in cognitione,& bonum & malum est in materia,& nullum entium, q̄ sunt in cognitione dicitur esse simpliciter secūdū ꝙ est extra animam, B & propter hoc noli mirari, quia licet ista propositio vera sit, tam in receptione spirituali, quàm etiam in receptione materiali, quia tamē istæ receptiones sunt multum differentes,& præcipue receptio spiritalis, q̄ est in intellectu,& receptio realis, q̄ est in prima materia.nam vt scribit Commen.3.de anima.com.28 Materia nō est causa receptionis simpliciter, sed causa receptionis transmutabilis.s.receptionis huius entis indiuidualis. vnde necesse est, vt illud C quod non recipit receptione indiuiduali, non sit materiale aliquo modo. Et propter hoc aliqua sunt necessaria ad verificandum illam ꝓpositionem in receptione materiali quæ fit cum vera actione, & cū abiectione contrarij, quæ non sunt necessaria ad verificandum illam in receptione spiritali. Sed tūc insurgit alia difficultas contra Aristot.& Auer. Nam non videtur esse verū, ꝙ in receptione spiritali recipiēs debet esse denudatum a natura recepti, quia ibi non est necessarium, vt mouens sit distinctum a re mota, sicut scribit expresse Commen. in.8. D phys.com.40. vbi habet ꝙ in motu æquiuoco qualis est, qui inuenitur in entibus abstractis. idem potest eē mouens,& motum. Et confirmat quia in abstractis a materia idem ē intelligens,& intellectum, vt patet 3.de anima.tex com.15. vbi dicitur ꝙ in his, quæ sunt sine materia, idē est intelligens,& quod intelligitur.

difficultas

Solutio. Nisi esset, quod vt scribit Com. I lib.destru.destru.in disput 3.in sol. 18.dub. Perfectio in ipsis separatis Intelligentijs latitudinem habet magnam. vnde.3.de anima.com.19.intellectus materialis est infimus in genere E abstractorum,& ideo accidit sibi inquantum intellectus est ꝙ sua intellectio non identificatur cū sua essentia propter ipsum esse propinquum continuo,& tempori. nam sicut dicit Arist. in.2.de ani.text cō. 151.aīa magnum tempus apponit in ignorantia, sed in alijs intelligentijs, quæ sunt perfectiores in talibus intellectio,& intellectus,& intelligibile identificantur,& hoc maxime veritatem habet de primo intellectu, vt dicit Com.12.meta.com.51.

Dubium. Vltimo autem dubitatur propter quid intellectus materialis si debet F recipere formas materiales debet eē denudatus a materialitate. Si autem intelligit immaterialia non oportet pariformiter in virtute istius ꝓpōnis ipsum esse denudatum ab immaterialitate. Ad hoc dicim⁹ ꝙ Auer. solutio. hoc argūm dimisit insolutum in cō. 4.in.3.de ani. inquit.n. vtrum autē hæc substantia.s.intellectus possis habeat formam diuersam in esse a formis mālibus, adhuc non declaratur ex hoc sermone. ꝓpō.n.dicēs.ꝙ recipiens debet esse denudatum a natura

G tura recepti intelligitur a natura speciei illius recepti, non a natura sui generis, & maxime remoti, & maxime eius, quod dicitur per æquiuocationem. Tamen rō diuersitatis in hoc ē in promptu, quia fm Philosophos impedimentum semper est a materia. vnde immaterialitas nō impedit cognitionem, immo promouet, sic scribit Auer. in lib. destru. destr. in disp. 5. in solu. 2. dub. dicens. Vnde dicimus ex philosophorum conclusionibus ꝙ ens incorporeum est in se pura scientia tm̄. ipsi. n. opinati sunt

Quare intellectus Iintelligēs imateriaha nō est carens immaterialitate.

H ꝙ formæ sunt inscientes, prout consistunt in materia, & si forte inueniretur aliquid in materia non consistens, manifestum est, ꝙ est pura sciētia, & intellectus, & intellectum non est aliud in essentia a forma rerum a materia separatum.

PROPOSITIO LXXXV.

Eadem sunt principia, & causæ essendi, & cognoscendi.

I Famosa est propositio, & sic declaratur, nam scire simplr̄ ē causam cognoscere pp quam res est, & qm̄ illius est cā, & quod impossibile est aliter se habere. vnde. 1. physi. non contingit scire, & intelligere in omnibus scientiis, quarū sunt principia aut causæ, & elementa nisi ex horum cognitione. & Auicē in prima Fen primi, doct. 1. in capi. de subiectis medicinæ inquit. Cognitio vniuscuiusq; rei habentis causas acquiritur cognitis causis eius, & completur qn̄ fuerint cognita oīa inherentia illi rei. Vnde mirū est quo fere oēs expositores hallucinētur in illo loco atq; conueniant in declarando penes quid attenditur scientiæ acquisitio, & penes quid scientiæ

Cōtra Gētilē, Munținū, & lacō. de Forliuio.

K complementum, cum ipse author se ipsum ibidem declaret. Vnde in re notissima litigant, & nodum in scirpo quærunt. Vnde Com. Auerr. in 1. de anima. com. 3. habet consimilē sniam dicens. Cognitio vniuscuiusq; generis, & speciei eius nō complebitur nisi per cognitionem substantiæ illius speciei, & per cognitionem eorum, quæ cōtingunt ei, vt dictum est in posterioribus analyticis, & est in. 1. poster. tex. com. 43. Vna autem scīa est, quæ est vnius generis quæcunq; ex primis componūtur, & partes sunt passiones per se, &

L Auer. iuxta hoc in prologo suo sup lib. phy. inquit, ꝙ intentio sciæ naturalis est cognoscere causas specierum sensibilium, & causas visibiles in speciebus accidentium. vnde circa ista consistit perfectio, & complementum sciæ. primo in cognitione quiditatiua sui subiecti, & spēū eius quæ habetur per causas, si causas habuerint. & hoc est intelligere ꝓpriè loquendo, & in cognitione demfatiua oīum proprietatū & hoc ꝓprie est scire. Aduerte tn̄, vt inquit luci

M dissimus The. in. 1. phy. auscul. causæ apud Arist. sunt efficientes, & fines. Concausæ aūt sunt mā, & forma, & postremo elementa. Verum Plato causis additis addidit exēplarem, quia posuit ideam. Concausis aūt addidit instrariam siue officialem. Vnde aīaduerte ēt in via Peripateticorum ꝙ nō est vīr verū cām instrariam semper reduci ad genus causæ efficientis, immo etiā qnq; reducitur ad genus causæ materialis. nam certum est ꝙ diaphaneitas cōcurrit tanq̄ cā instralis in illuminatione aeris. Patet aūt ꝙ nō cōcurrit in

Nō qualibet causa instralis reducit ad cām effici entem.

A in genere causæ efficientis. nam talē efficit corpus luminosum. nec etiā concurrit tāquā forma, quia aet formaliter nō lucet diaphaneitate, sed lumine. Neq; ēt cōcurrit tanquam finis, quia potius diaphaneitas est ꝓpter lumē nō ecōtra. Relinquitur ergo, vt concurrat in genere causę materialis, quod etiam ostendit diffinitio data de lumine ab Arist. in. 2. de anima. in tex. com. 68. vbi dicit lumen est actus diaphani ſm actum.

Quodlib; genus causæ hēt ꝓprias dispōnes.

Immo si subtiliter rimari velis, vnū quodq; genus causæ in suo proprio gñe vr determinare seu appropriare sibi aliquas dispōnes sicut patet

B intuenti librum de substan. orb. ipsius Auer. Et est vltra hoc etiam rō. nam sicut se habet dispō agentis ad agēs, sic dispō passi ad passum, sed dispō agentis causat efficienter, ergo dispositio patientis causat materialiter. Vnde istæ sunt dispōnes dictæ occultæ a medicis, quæ se tenēt ex parte materiæ. & sunt variabiles in infinitum, & nō possunt ab homine cognosci a priori, sed solo experimento, & illę sunt, vt inquit Auerr. in. 5. Colli. quæ reddunt artem medicinæ imperfectam. nam vt scribit A-

C uic. in prima Fen primi doctri. 1. in ca. de complexionibus. Dedit Deus gloriosus vnicuiq; indiuiduo complexionem sibi propriā, ī qua aliud indiuiduum sibi associari est impossibile. Licet. n. beatus Augu. in libro de ciuitate Dei, vt refert Concilia. in dria. 23. dicit ꝙ fuerunt duo gemelli qui ita se habebant, ꝙ qñ vnus ridebat alter etiam ridebat, & quādo vnus tristabatur, & alter etiam tristabat, & vno ægrotante alter ægrotabat cuius causam Hippocrates interrogatus dixit, quia ex eodem patre, & simili aluo, & nutrimento, & D simili regimine fuerunt producti, & educati Posidonius autem astrologus de eodem interrogatus retulit hoc ad identitatem stellarum, cuius tamen responsionem postposuit Augustinus, & illam Hippocratis prætulit. Consimile narrat etiam Almansor de duobus gemellis, qui erant adeo similes, quòd tempore magnæ famis, & penuriæ vnus eorum accedebat ad matrem quæritans panem, quo semel accepto itera to post paruam moram reuertebatur ad matrem simulans se esse aliū & quia similitudo est causa decep- E tionis, illo modo matrem decipiebat. Hoc etiam narrat Albertus magnus in. 9. de animalibus. Et Quintilianus in declamatione septima, pro duobus gemellis infirmātibus desperantibus reliquis medicis de eis vnus medicorum salutem promittit, si alterius intralia. i. membra interiora respiciantur, & concedente hoc patre innuit. Quintilianus ꝙ ex omnimoda fere similitudine visa, & cognita ægritudine vnius per anatomiam, alter curatus fuit. vnde vxor virum incusauit ma- F læ tractationis. Licet omnia ista vera sint, tamen est aliqua differentia inter vnam complexionem vni' indiuidui, & aliam sicut ēst alia, & alia forma. Non ergo credēdum est omnem instrariam dispōnem ad genus causæ efficientis reduci. Reuertamur igitur ad declarationem propositi Theorematis, ꝙ ista noīa principium, cā & elementum, vt scribit Comm. in. 1. physi. com. 1. qñq; sumuntur cōiter, & qñq; sumunt ꝓptie. Cōiter aūt sumpta confunduntur adinuicem, ita ꝙ cā cōmuniter

Principiū cā & elementum dupl.

G stat pro omni causa in quocunque genere causante, & similiter principium, & elementum. Tamen quando sumuntur proprie, cã dicit sicut stat pro causa finali. nam finis est cã causarum, ex. 2. physi. nam causalitas finis est in causata. Principium autem proprie dicitur de agente, & mouente causa, Vnde Aristot vbiq; locorum vbi describit causam efficientem dicit φ est principium vnde motus, de ratione enim principij est primum esse, vt dicit Aristot. in principio. 5. meta & quia causa efficiens in esse reali præcedit omnem aliam causam, licet. n. finis in intentione, & quo ad causalitatem præcedat causalitatem agentis, sed quo ad esse ẽ opposito modo, & appropriate nomen principij attribuitur causæ agenti, & mouenti, differentia autem inter mouens, & agens nota est ex. 1. de generatio. & corru. in text. com. 43. & infra, quia omne agens est mouens, & non ecõuerso. Elementum autem appropriatur causis intrinsecis, præcipue tamẽ materiæ pp causam quam diximus, vbi de diffinitione elementi loquebamur. Nota etiam φ aliquid potest esse principium essendi quod nõ est principium cognoscendi sicut prima materia, quæ de se ignota est, q̃ tñ in proprio genere est cã materialis respectu compositi, tñ de se non est principium cognoscendi, nisi vt stat sub forma, licet etiam dici possit φ materia etiam, vt stat sub forma, vel vt coniungitur formæ est causa essendi compositi. nam Com. in. 5. meta. com. 5. dicit. φ hoc nomen natura dicitur primo, & principaliter de substantia, quæ est forma, quæ est principium motus in rebus naturalibus essentialiter, & primo. Et quod materia nõ dicitur natura, nisi quia recipit istã naturam. Et aduerte φ oẽ causatum si omnes causas habuerit per omnes, cognitione completa debet cognosci si habuerit plures ex plurib⁹, vt dicit Cõmen. & si vnum, vnum, semper referendo singula singulis, & hoc est verum, tam in cognitione incomplexa, quæ habetur per diffinitionem, quàm etiam in cognitione complexa, quæ habetur per demonstrationem, quicquid dicat Burlæus, & sequaces eius in hoc. nam idem est vtriusq; iudicium. nam diffinitio, aut est demõstrationis principium, aut est conclusio, aut est demõ variata in situ, vt dicit Arist. in. 2. poster. & ideo implicat scientiam complexã per demonstrationem habitam si pfecta simpliciter fuerit, quòd sit per omnes causas, & quòd in diffinitione omnes causæ non appareãt cum hoc quod est cõtra Arist. in. 8. meta. tex. cõ. 11. & 12. qui iubet in diffinitione cõpleta omnes causas assumi debere. Aduerte tamen φ licet eadem sint principia, & causæ essendi, & cognoscendi, tamen alio modo sunt principia eẽdi, & alio mõ sunt principia cognoscẽdi. Nã ĩ eẽ signato, & particulari sunt pĩcipia eẽndi sed sunt principia cognosceudi sub alio respectu, videlicet in eẽ vĩtatis, & abstractionis. vñ. v. g. de hoĩe loquentes dicere possumus, φ hõ in eẽ reali cõponit̃ ex tali corpore, & ex tali actu, qui ẽ aĩa eius, sed dicere, φ ẽ aĩal rõnale, hoc est p intellm̃, & vĩr, & sic sunt cognitionis principia. vnde Com. 1. meta. scribit ĩ cõ. 27. & intendit φ cõprehensiones, quæ dicũtur sciæ sunt rerum, q̃ sunt ĩ sensibilibus

H
Aliquid põt eẽ principiũ eẽndi, & non cognoscẽdi.
I
K
Contra Burl.
L
M

A sibilibus nō generabiles, neq; corruptibiles nisi accidentaliter, & sunt intentiones vniuersales quas intellect⁹ comprehendit in eis, & sunt formæ. Comprehēsiones vero, quæ sunt corruptibiliū, & gñabiliū. s. indiuiduoꝝ compositorum nō sunt sciæ, sed imaginationes eorū, & quasi intendebat ꝙ ista sensibilia hñt duos modos cōprehensionis, modum qui non est sciētia eorum, sed imaginatio, & modum qui est scientia eorum, & est intellecta vniuersalia, & hoc est quod dicit Boethius, singu. re est dum sentitur, & vniuersale est dum intelligi-B tur, & propter hoc dixit Auer. ꝙ partes diffinitionis sumunt̄ a principiis, quæ sunt in re. 1. de anima cōmē. 7. Aristo. n. non opinatur ꝙ intellecta rerum sint rerū substantiæ, sed sunt notiones, quæ notificant substantias rerum, vt dicit Cōmen. 1. metaphy. com. 45. Aduerte etiam ꝙ licet oīa principia, & causæ essendi sint principia cognoscendi s̄m prædictū modum, non tamen omnia principia cognoscendi sunt principia essendi, sicut patet intelligenti.

PROPOSITIO LXXXVI.

C *Intellectus omnia intelligit.*

PRopositio ista est Arist. 3. de anima, tex. commē. 4. & est vna de propositionibus in quibus fundatur demonstratio Aristo. ibi. vt scribit Auer. in com. ad demonstrandū ꝙ intellectus non est corpus, nec virtus in corpore. vnde dr̄ in litera. Necesse est autem quia omnia intelligit, immixtum esse, sicut dicit Anaxagoras. intus. n. apparens prohibet extraneum & dicit Commen. ꝙ ista propositio est manifesta per se. Et in. 1. de generatione, & corruptione, in cōmen. 19. inquit de antiquis, & D isti quamuis errent in hoc, sicut dicit Arist. tamen in hac opinione consequuntur viam veritatis aliquo modo in quantum dicunt ꝙ ens est cōprehensum, & non comprehensum naturaliter est non ens. Et in 2. phy. in com. 47. vbi recitat opinionem illorum antiquorum de fortuna asserentium ꝙ, fortuna est quędam res diuina, & nullus scit quiditatē eius, inquit ꝙ Arist. tacuit istos. i. non dignatur reprobare istam opinionem, propterea quia iste sermo est irrationabilis. f. vt sit hic causa ignorata naturaliter. nam vt scribit Arist. 1. top. E cap. 9. quolibet proferente cōtraria opinionibus sapientum de quolibet solicitum esse stultum est. Mirum tamen est ꝙ Commenta. dicit istud esse manifestum per se, Imo hoc est dubium, & forte falsum. nam in 2. cœli & mundi in tex cōm. 16. de illa quæstione, quæ sit nobilior pars cœli, an illa, quæ est sub polo arctico, an illa, quæ est sub polo antarctico. & dicit Com. ibi in com. ꝙ intellectus humanus non potest comprehendere verificationem huius comparationis. Amplius Arist. in 2. met. in tex. cōm. 1. dicit, ꝙ quemadmodum se habet oculus vespertilionis ad lucē F diei, sic se hēt intellectus animę nostræ ad ea quę sunt secretissima in natura. Nec valet responsio Auer. ibi in Cōmento, ꝙ illud exemplum nō ostendit nisi difficultatem. non autem impossibilitatem, quia tunc natura ociose egisset quia fecisset aliquod naturaliter intellectū ꝙ a nullo esset intellectum, est enim in tali ratione Auer. multiplex error atque fallacia. quia sicut ipsemet scribit. 7. meta. com. 58. essentiæ rerum sunt exi-

Instantia super propositione.

G existentes licet non intelligantur. Amplius Aristo. fm istā mirabilem Auer. phātasiam incideret in foueā quam fecit. nam ipse in. 2. de anima. in tex. cō. 142. argumentatur contra antiquos qui opinabantur nullū esse colorem sine visu, nullumq; esse saporem sine gustu, vt patet clare de ducenti. Nam vt inquit Aristot. ibi. sic quidem recte dicebant, sic autem non recte. dupliciter. n. dicto sensu, & sensibili, his quidem fm potentiā, his vero fm actum, de his quidem. s. quæ fm actu m dñr accidit quod dictum est, sed in alteris. s. in his quæ
H secundum potentiam dñr, hoc non accidit. patiformiter dicam de intellectu cum intelligibili, quod illa dupliciter dicūtur fm potentiam, & secundū actū, & licet intells, & intelligibile in actu dicta simul sint, & nō sint, non tamen sequitur vbi fm potentiam dñr. Confirmatᶜ quia. 3. de anima tex. com 2. sic se habet intelligibile ad intelsum, sicut sensibile ad sensum, ergo sicut sensibile, & sensus dicuntur dupliciter patiformiter, & de intellectu cum intelligibili. Et cōfirmatur similitudo manifeste ex au thoritate Arist. in. 3. de anima in te.
I cō. 38. vbi dr̄. Secatur igitur scīa, & sensus in res, quæ quidem potētia est in ea, quæ sunt potentia, q̄ vero actu in ea, quæ sunt actu, animæ aūt sensitiuum, & quod scite potest potentia hæc sunt, hac quidē scibile, illud aūt sensibile. & Com. in com. scribit. Res enim quarum drīæ sunt eædem ipsę sunt eædem in illo modo in quo habent easdem drīas. intellectus igr̄ est intellectū, & sensus est sensatum. Amplius drīæ vltimę rerum sunt nobis ignotæ. alioquin sententia Philosophi in. 2. poste. vera nō esset, vbi scribitur, ꝙ quælibet pars diffinitionis est in plus q̄ diffinitum, & totum in çquæ. nā si drīę vltimæ essent notæ, patet ꝙ ille conuertunᵗ cū diffinitis. **K**
Amplius numeꝝ specieꝝ aīaliū, atq; plantarum stellas etiā oēs, vt inquit sapientissimus Salomō, quis dinumerauit? proportiones etiam diuersas mixtionum quis est, qui comprehēdere possit? Nisi esset ꝙ proposita propositio sic veritatem habet, ꝙ intellectus oīa cognoscit quo ad eius fieri pōt, nam de omnibus materialibus cognitionem habet talem, qualē pōt hr̄e fm etiam quōd requirit natura materiæ subiectæ. nam vt scribit Arist. in. 2. meta. in te cō. vltimi. Acribologia mathematica nō in oībus est expetēda, & vt inquit. 1. ethi. cap. 2. Eius qui eruditur est eatenus in vno quoq, genere certitudinem exigere, quatenus eius natura rei recipit simile quippe videtur a mathematico persuasionem recipere, & ab oratore demonstrationem requirere. Vnde Aristo in principio lib. me theo. scribit proponendo se inuestigaturum omnes causas meteorologici negotij, partim dubitando partim aliquo modo attingendo. Et in 2. cœli & mundi, tex. cō. 60. inquit. Duabus etiā dubitationibus entibus de quibus merito vtriq; quilibet dubitabis tentandum dicere, quod videtur dignum esse reputantes promptitudinem magis imputari verecūdiæ, q̄ andaciæ, si quis propter philosophiam stare, & patuas sufficientias diligit de quibus maximas habemus dubitationes, vbi Auer. notabiliter dicit, in principio commen. quia propositiones, quæ sunt in nostris manibus in talibus quæstionib⁹ sūt paucæ, & ferè dicuntur æquiuoce, Solutio. **L** **M**

quia

A quia sunt acceptæ ab animatis, quæ sunt hic, & de istis, & de illis dr̃ animatum fere æquiuoce, sed tamen q̃a nos nõ possumus habere in hoc, nisi hmõi propositiones, & propter hominem dicere in quolibet ſm quod est in natura hominis dicere in illa re, non secundum ipsam rem. Cum in pluribus non possimus dicere nisi secundum potentiam nostram naturalem, & propter hoc Aristo. incepit se excusare dicendo, φ aliquis nõ dẽt tenere hoc in nobis in verecundia, q̃m qui ignorat hæc duo. s. φ perfectio hominis, & virtus eius in quãtũ est homo nõ est dicere in istis rebus B secundum quod est in natura sua, & quod impossibile est dicere de istis secundum suas naturas multoties attribuit loquenti in istis rebus stultitiam, & inuerecũdiam, qui autẽ ista scit, miratur ex sua diligentia, & ex sua philosophia, & etiã ex extraneitate sermonum quos addiscunt in istis rebus ex difficultate eorum, quã uis non sunt demonstrationes perfectæ fidei, tamen quia subiectum earum est valde nobile, sũt nobiliores illis, modicum. n. nobile nobilius est multo ignobili.

ADDI. Vñ an ista sint paria, vł ipaira, hoc est naturæ cognitũ, sed nõ nobis, ut testatur Boe. in. 2. editiõe libri giher me.

C Et. 3. de anima. cõ. 36. inquit. non sequitur, vt illud quod est magis visibile in se sit magis visibile a nobis. & in. 12. primæ philosophiæ. tex. cõ. 45. vbi Arist. venatur numerũ intelligentiarum ex numero motuũ ipsorum orbium dicit, φ talia principia in maiori parte sunt famosa cum fere omnia sint fundata in sensu quantitatum motuum stellarũ, quod nõ potest pfici in vita humana, & ideo necesse est in considerationibus credere considerationibus prædictis, & tunc verificatur quantitas motuum, & pp difficultatem istarum rerũ im D posse est vti propositionibus necessariis, sed famosis in hoc loco magis vtimur q̃ necessariis, sed qñ in eis non fuerit diuersitas, si aũt in eis fuerit diuersitas, nihil erit super quo sustentetur, sed quocunq; modo sit, melius est scire sermones homnium in hoc q̃ nihil. Ex quib⁹ authoritatibus clarissime colligitur φ in quibusdam rebus intellectus humanus non potest attingere naturas rerum, vt sunt in seipsis, sed attingit illas quo ad sibi concessum est, & est sibi possibile. Pro quo scire debes, vt colligitur ex intentione Aristot. & Com. Auer. in E principio secundi meta. Duplex est causa difficultatis contingentis intellectui nostro. Vna sumitur ex parte obiecti intellecti. Et alia sumitur ex parte ipsius potẽtiæ intellectualis, & Com. ibi in com. dicit. duas conclusiones quod in cognitione entiũ materialium difficultas magis pẽdet ex natura rei intellectæ q̃ ab intellectu, & ratio est in promptu, quia intellectus possis est in potentia ad oĩa intelligibilia, & oportet φ moueat ad intelligere ab aliquo obiecto quod sit actu intellectũ, sed quia entia materialia de se sunt potentia intellecta F de se non possunt mouere intellectũ ad intellectionem, & propter hoc indigent extrinseco motore, qui extrahat illa de ordine in ordinem, id est de ordine sensibiliũ ad ordinem intelligibilium, & faciat ea de potentia intellectis actu intellecta, & hic est intellectus agens, vt patet tertio de anima, tex. comẽ. 18. & propter hoc labor, & difficultas intellectui contingens in intelligendo huiusmodi materialia magis pendet ex natura obiecti cogniti, quam ex natura potentię cogno-

In quibusdã intellꝰ hois nõ attingit rerũ nãs.

G cognoscentis. Sed in cognitione substantiarum separatarum difficultas pendet ex natura nostri intellectus, qui est infimus in genere substantiarũ intellectualium, & vt continuatur nobiscum in intelligendo dependet a sensu, & a phantasia, non. n. talis difficultas causatur ex natura obiecti cogniti, quia talia obiecta sunt actu abstracta a materia, & a conditionibus materiæ. vñ talia nõ indigẽt ad hoc ꝙ intelligãtur, intellectu agẽte quantum ad hoc ꝙ extrahat, & transferat illa de ordine in ordinẽ, & faciat de
H potentia intellectis actu intellecta, quia talia sunt de se actu intellecta. vnde dicit Com. 3. de aĩa cõ. 18. ꝙ si essent vlĩa Platonica extra animam, non opus esset ponere intellectũ agẽtem, & pp hoc Arist. ibi in text. Cõ. 1. loquens de ipsis, inquit. Forsan autẽ, & difficultate duobus modis existẽte nõ in rebus, sed in nobis est eius causa, quicquid dixerit Scotus, & sequaces eius ĩ hoc, ista est uia antiqua omnium Peripateticorum. Adũerte
M3lia entia diuersis modis itelligunt. et ꝙ in istis rebus corporeis, & materialib⁹ est magna diuersitas, quia nõ oia atq; difficulter intelligũtur, imo hñt latitudinẽ magnã, quædam. n. similitudine, & cõparatione ad alteꝝ
I intelliguntur, & tandẽ negatione, sicut est notio primæ materiæ quæ in prima cognitione naturali innotuit nobis ex analogia, & comparatione ad habentia formã, & ad ipsam formam, & sic naturalis cognoscit eam, sicut patet. 1. physi. tex. cõ. 69. vnde Arist. in 7. primæ Philosophiæ. t. cõ. 7. inquit. Dico aũt materiam ęs, formam aũt figurã speciei, vbi per comparationem ad res artificiales q̃ sunt nostra opera dedit nobis intelligere naturam materiæ, quæ est in rebus naturalibus. Cognoscitur etiam vltimate m̃a negatione, vt patet. 10. metaph. tex. cõ 24. quæ cognitio pertinet ad diuinum, sicut supra memini me dixisse. Aliqua cognoscuntur ꝑ effectus, & aliis modis, quos vide a Scoto in. 1. suæ meta. q. qua quærit an ars generetur ex experimento, vñ quanto aliqua fuerint magis, aut minus sensata, tanto sunt faciliora, aut difficiliora cognitu, vñ Com. in. 2. de anima. cõ. 92. scribit. dans documentum iuxta textum, quare intellectus difficile potest comprehendere differentias odorum dicens. Et intẽ- K
debat per hoc demonstrare cãm propter quam intellectus difficile cõprehendit differentias odorũ, & est qa iste sensus est debilis, qui comprehẽdit differentias sensibiles odorũ, cõprehensio enim dñarum rerum sensibilium a sensu est causa in comprehensione earũ ab intellectu, & ideo qui caret intellectu illius generis sensibilium, quod etiam dixit Aristo. in 1. poster. analyticorum. tex. cõ. 33. vbi dicit. Manifestum autem est, & si aliquis sensus defecerit necesse est, & sciẽtiam aliquam deficere, quam impossibile est accipere si quidẽ addiscimus, aut per inductionem, aut L
per demõstrationem, &c. Et propter istam causam contingit ꝙ aliqua entia quæ licet ſm naturam parũ, aut nihil entitatis, & perfectionis participantia, quia tamẽ sunt sensibus proximiora, fiunt nobis magis cognita q̃ entia plurimum entitatis habẽtia, quæ a nostris sensibus sunt remotissima, vnde Aristo. 7. primæ philosophiæ. in tex. cõ. 10. inquit. Quæ autẽ singulis nota, & prima multoties debiliter nota. s. quo ad naturam, & parum, aut nihil entis habent, attamen M

A ex male quidem noscibilibus, ipsi autem noscibilibus quæ omnino noscibilia noscere tentandum. & in proœmio meta. scribit. ꝙ vniuersalissima sunt difficilia ad cognoscendũ, quia sunt a sensibus remotissima stantib⁹ his, patet solutio ad obiecta. Ad primũ dupliciter dicere possumus, primo quidem ꝙ illa authoritas Com. arguit difficultatem non impossibilitatem, hoc est quod est multum difficile intellectui attingere ueritatẽ in illa quæstione, seu non arguit impossibilitatem, sicut ipse dixit in simili de illo exemplo Arist. in. 2. metaph. B com. 1. Aut aliter ꝙ in tali quæstione intellectus humanus nõ potest dicere ſm naturam rei, sed solũ ſm suã capacitatem, iuxta glossam eiusdem 2. cęli cõ. 60. vbi dicit, ꝙ in quibusdã rebus homo nõ potest enunciare ſm naturas rerum, sed vt est in natura hoĩs. Ad secundum respondetur, vt dicit Com. in com. ꝙ illud exemplũ Arist. in tex. adductum non arguit impossibilitatem, sed difficultatem, & est mens, & expositio illa Auer. ex intentione Aristo. licet ab omnibus Latinis derideatur, nam Arist. in. 9. meta. in tex. com. vltimi. loquens de C intellectione simplicium seu separatarum substantiarum, inquit. quod ignorantia talium in nobis non est sicut cæcitas. Cæcitas. n. est ut vtique si intellectiuum omnino nõ habeat aliquis. In quo loco beatus Tho. ab ipsa tandem veritate coactus dixit, ex quo patet ꝙ ſm sententiam Arist. humanus intellectus potest pertingere ad intelligendũ substantias simplices, quod videtur sub dubio reliquisse in tertio de anima.

Solo ad primũ.

Ad scdm.

ADDI. Instantia etiam est de proprietatibus indiuidualibus quę teste Auer. 3. colliget cap. 1. sunt ignotæ, sed soluitur quod sunt incognitæ a priori, D & per causam, quia sequuntur proportiones diuersas elemẽtorum, & vnaquæque habet propriam proportionem, & si illa nõ cognoscitur, non potest cognosci illa proprietas, & quia istæ proportiones sunt infinitæ. nam vt. d. Auicẽ. Deus dedit vnicuiq; indiuiduo propriam complexionem in qua aliud communicare est impossibile, & id, & id quod est secundum sui naturam est infinitũ non potest recipere finem ab humano intellectu, ideo sunt ignotæ per processum syllogisticum. i. per causam, sed solum experimento cognoscuntur, ita notabiliter. d. Auer. in. 1. canticæ canticorum. com. 31. E

Ad tertiũ. Ad illud quod dicitur contra Cõmẽtatoris deductionem satis dixim⁹ in concordantiis Auerr. & ideo non oportet hic immorari Ad illud. 2, de anima respõdetur dando rationem diuersitatis, nam Arist. arguit ibi cõtra antiquos, quorum opinio erat, vt ipse dicit in 4. primæ philosophiæ. ꝙ omnia consisterent in apparentia, & tunc vt ibi deducit sequeretur quod omnia essent in cap. relationis essentialiter, quia omne quod apparet alicui apparet, vt patet in tex. cõ. 26. & F 27. & ideo apud ipsos sequebat̃ simpliciter ꝙ sensibile dependet a sensu, & est idem, cum sensu. & contra hoc procedit instantia sua, & ideo dicit, sed priores Philosophi hoc non bene dicebant nihil opinantes, neq; album neq; nigrũ sine visu esse, neq; saporem sine gustu, sed Aristot. qui tenet quod rerum substantiæ sensibilium non consistunt formaliter in apparentia sensus, aut intellectus, immo esse cognitum accidit substan-

G tiis rerum istam difficultatem non habet. & ideo in via eius procedit illa distinctio per actum, & potentiam data, vnde omnes authoritates allegatę conceduntur, & iam diximus ꝙ si intellectus humanus qui est liberatus a materia intelligit m̄alia oĩa, ét intelligit abstracta. vnde Cōmen. 3. de anima com. 36. Ex illis comprehendentibus quæ non sunt admixta materiæ quod comprehendit minus perfectum necesse est vt comprehendat perfectius, & non conuertitur, & ideo si intellectus possibilis qui est eiusdem naturæ, & speciei saltē analogæ cum alijs non potest abstracta
H intelligere, nullus pariformiter posset, vt alibi diffuse diximus. Ad aliud
Ad ultim. de differentiis vltimis rerum respondetur ꝙ refert dicere differentias reꝝ vltimas esse ignotas, & dicere eas esse innominatas, vnde credo multas rerum vltimas differētias cognosci ab intellectu, licet illis non sint nomina imposita, quia institutores idiomatū non omnibus rebus posuerūt nomina, nullus. n. imponit nomen rei q̄ ignorat, & quia huiusmodi rerū drĩæ non nisi sapiētibus innotuerūt, ideo solet dici eas esse ignotas, quia
I vulgus non comprehendit illas. vnde Auic. 5. suæ meta. cap. 5. dicit latētia differentiarum, & carentia nominū aut hoc, aut illud fecit nos deuiare a principali ad concomitans, quia in diffinitionibus rerum ad circumloquendum differentias vltimas rerum vel quia sunt ignotæ, vel quia non habent nomina imposita ponimus propria. quę fluunt & concomitantur illas, vt dicit etiam Auerr. 8. meta. com. 5. Aut aliter istæ differentiæ vltimæ cognoscuntur eo modo quo sunt aptæ natæ cognosci. non enim omnia cognoscuntur ab intellectu, quia speciem faciant, sed multa ex operationibus, & effectibus aut aliis vijs innotuerunt, & hoc est de mente subtilis Doctoris. K

Et Albertus Magnus in principio libri de anima. inquit, nobis ad hoc rationem, & intellectum deus dedit vt ratio, & intellectus reflexi ad sensum non tantum sēsibilia, sed etiam quæ sub sensibus latent accipiant, & pertractent. ADDI.

In via tamen Auerro. puto ꝙ intellectus humanus in specie humana consideratus omnia cognoscit, & licet vnus vnam rei drĩam non cognoscat, cognoscit eam tamen alius homo, nō. n. vt inquit poeta. omnia possumus omnes. Et ita patet solutio ad omnia sequentia quod omnes species, & animalium, & plantarum sunt cognitę intellectui humano, q̄a intellectus speculatiuus sm̄ Auerr. in qualibet hora est completus in ordine ad speciem, licet non secundum indiuiduum, vt patet tertio de anima. cō. 5. & ita sentiunt in hoc quæsito peripatetici. Solutio ad oĩa secundū Auer. L

PROPOSITIO LXXXVII.

Omne diminutum est diminutum ratione contrarii admixti. M

SOlet allegari ista propositio ex 5. physi, tex. com. 45. vbi Aristo. loquit̄ de irregularitate motus vbi dicit, vnus quidem igitur irregularis est quo est continuus, minus autem quod reflexiuo quidem motui accidit, hoc autem minus commixtio semper contrarii est. Vbi Auerr. in com. dicit, diminutum in omni genere est diminutum per mixtionem contrarij, & ita etiam dicit ibidem

A dem cōm̄t. 19. ꝙ non fit minus nisi per mixtionem contrarij. Ista tamē propositio non est vniuersaliter vera, quia vt scribit Com. 2. cœli. com. 15. in corporibus cœlestibus reperitur differentia secundum magis, & minus in nobilitate, & tamen nō est ibi minus per admixtionem contrarij. in cęlo. n. nulla prorsus est cōtrarietas: vt patet 1. cœli, & mundi. tex. com. 20. vbi dicitur. Recte quidem natura futurum ingenitum, & incorruptibile videtur exemisse a contrariis. & ideo. Com. 2. cęli vbi supra dicit. & non sequitur ex hac positione ꝙ in orbe sit pars nobilior alia, vt sit B compositus ex virtutibus diuersis, stellę enim sunt partes nobiliores cęli, & ideo manifestum est quod non componitur ex contrariis, & non sequitur vt remissio sit semper ex mixtione contrarii, sicut dicit Alexā. in multis locis. Fallit etiam in moralibus. Sed est mirabile, quia tex. Aris. dicit semper minus fieri per admixtionem contrarij, & Alexand. dicit quod non semper. Et ideo aliqui glossant isto modo semper minus fieri per admixtionem vel contrarij positiui in habentibus contrarietatem, & præcipue quando inuicē con C traria agunt adinuicem approximata, sicut supra dixi, propter elementa quæ non habent ambas qualitates in summo, vt tenet Alexand. in. 1. metheo. cap. 4. vel per admixtionem contrarii priuatiui, vt lumen diminutum, non quia tenebra sibi admisceatur, sed quia in eo est priuatio intensioris luminis, cum aptitudine ad illud. Albertus autem cognomento magnus in, 4. suæ primæ philosophiæ tracta. 2. cap. 7. dicit hoc confirmando quod magis, & minus dupliciter fiunt. Vnō modo per remotionem a contrario, vt illud dicatur esse D intensius altero quod est contrario impermixtius, & sic suscipiunt intensionem media quæ sunt inter duo contraria, quorum vtrunq; est qualitas positiua, sicut album, & nigrū, & cęteri colores. Alio modo aliquid suscipit magis, & minus secundum accessum, & recessum ad vnū quod dicit rem illam in termino, sicut in his quæ opponuntur. & priuatio, & habitus, & affirmatio, & negatio, & in hoc non potest esse falsius, quod est vero impermixtius, quia falsum nihil est, & similiter non est aliquid cæcius quod est visui impermixtius, E quia cæcitas non est aliquid, sed est verius quod est certissimo vero propinquius, & falsius a certissimo vero longinquius.

PROPOSITIO. LXXXVIII.

In mathematicis non est bonum, neque finis.

SOlet sæpe allegari ista propositio quæ scribitur in. 3. metaphysic. in text. commen. tertio vbi dicitur. Amplius autem multis existentium non insunt omnibus omnia. quo F nanque modo possibile est motus principium esse in Imobilibus, aut boni naturam, si quidē omne quod est bonum secundum se, & propter suam naturam finis est, & ita causa illius & fiunt &c. finis autem, & cuius causa actus cuiusdam est finis, sed actus omnis cum motu, quare in immobilibus non contingit hoc esse principium, nec esse aliquid auptoagathon. i per se bonum, vnde & in mathematicis per hanc nihil ostenditur

G ditur causam, nec est demonstratio vlla eo ꝙ meli⁹, aut deterius, sed nec omnino nullius talium alicuius reminiscitur. quapropter & sophistarū quidam vt Aristippus ipsas pręneglexit. in aliis. n. artibus, & illiberalibus, vt tectonica, & coriaria eo ꝙ melius, vel deterius dici oīa, mathematicas vero nullam de bonis, & malis facere rationē, & eandē ferme sententiam confirmat Arist. in. 1. de partibus animalium. cap. 1. Sed vī ꝙ ista propositio veritatem non habet, nec ratio adducta valere videtur, quia innititur falso præsupposito. videlicet

Instantia super propositione.

H quod quilibet finis est respectu alicuius actus, & quod quilibet actus sit cum motu, & quia mathematicæ abstrahunt a motu, ideo abstrahunt a fine, nam sequeretur secundum hoc quod in abstractis a materia, & a motu fm esse, & fm rōnem, quod non sit ratio finis, quod est manifeste falsum, imo primum principiū est forma, & finis omniū abstractorum intellectuum, & omniū entiū, vt dr̄ in 12. meta. cō. 7. & 36. & Cō. ibidē cō. 44. Dixerunt aliqui ad hoc distinguentes ꝙ duplex est bonum, sicut duplex est finis. Quoddam. n. I est acquisitum per motū, & tale non est in mathematicis, quia abstrahūt a motu. Aliud autem est bonum ꝙ præexistit motui, & non est acquisitum per motum, & tale est in mathematicis. Sed ista solutio non placet Ioan. de Gand. in. q. 4. primi de anima, quia si in mathematicis est tale bonum vel finis, tunc in mathematicis deberet esse demōstratio per tale bonum vel finem, sed hoc est falsum, vt patet per Philosophum, & Com. 3. meta tex. cō 30. consequentia aūt patet quia demrō est eorum,

Op'io alio rum.

Impugnatio fm Io.

quorum est altera cā ex. 2. poster. & K patet in simili, quia in separatis a materia nō est finis, acquisitus per motum, sed præexistens motui, vt dicit Philosophus in. 12. metaphysi. & tamen fit demonstratio per talem vnū finem, vnde Aristot. 12. metaphy. per talem finem demonstrat quod est vnus princeps, cum dicit. Entia nolunt male disponi, vnus ergo princeps. vnde etiam Cō. 1. phy. cō. 1. inquit scīa diuina demrat per tres causas. s. formam, efficiens, & finem. ergo eodem modo si in mathematicis esset tale bonum aut finis, demrō fieret per ipsum, quod est falsum. quare, &c. Et ideo ipse aliter respondet L cum dicitur ꝙ in mathematicis non est bonum, inquit, ꝙ hoc habet duos sensus, nam aut per ly, mathematicis, intelliguntur entia mathematica, & sic est verum: aut per ly, mathematicis, intelliguntur scientiæ mathematicæ, & sic est falsum, nec vt sic intellexit Philosophus. Sed ista solutio stare non potest; tū quia non est de mē te Philosophi, ibi quia infert, quapropter, & sophistarum quidam vt Aristippus ipsas prę neglexit, in aliis enim artibus, & illiberalib⁹, vt tectonica, & coriaria eo ꝙ melius, vel deterius dici omnia: mathematicas vero nullam de bonis, & malis facere M rationem. vbi patet ꝙ loquitur de ipsis scientiis mathematicis, vt patet consideranti. Amplius solutio Ioannis est irrationabilis, nam in primo de anima. tex. cō. 1. Vna scientia est melior, & honorabilior altera aut ratione obiecti, aut ratione certitudinis demonstrationis, & 6. met. tex. com. 2. Honorabilissimam sciētiam oportet circa honorabilissimū genus esse.

Op'io Io.

Impugna.

A Et ideo implicat quod in entibus mathematicis non sit ratio boni, & in scientijs ista ratio sit. Et confirmatur, quia. 5. metaph. tex. com. 20. Scientia refertur. 3. modo relatiuorum ad scibile. videlicet per viā mensurati ad mensuram, & ideo impos̄e videtur, ꝙ in obiecto de quo est aliqua scientia non sit aliqua bonitas, & tamen in scientia mensurata per illud reperiatur. Et ideo salua omnium Doctorum reuerentia, dico ꝙ illa propositio non est vera simpl'r, nec est de mente Arist. vnde authoritatibus. 3. metaph. nō est adhiben

Opi. propria.

B da fides per certitudinem, quia sicut scribit Cōm. in com. 1. illius. 3. Arist. in illo lib. p sermones disputatiuos ad vtranq; partem exagitat oēs qōnes scientiæ diuinæ, rationes autem dialecticæ procedunt ex probabilibus, & non ex necessariis, vnde ratio illa est ex intētione antiquorū, propter hoc. n. concludit, quapropter, & sophistarum quidam, vt Aristippus ipsas prȩneglexit. videtur ergo ratio illa adducta fuisse Aristippi, vnde illa ratione motus ipsas præneglexit mathematicas artes, seu disciplinas, quia in illis, vt asserebat, non erat bo

C num, neq; malum, sicut in alijs artibus, vnde vt recitat etiā Gale. in lib. de historia Philosophorum, Socrates scientias speculatiuas neglexit, tanquā inutiles ad vitam humanā, & ideo circa moralia versatus est, opinatus homini magis esse expediēs noscere q̄ sint iusta, aut iniusta quā naturas rerū perquirere, iuxta illud Arist. in primo primæ philosophiæ. tex. cō. 5. Socrate circa moralia philosophante, & de tota natura nihil. Et sic debet exponi ille locus, vt mihi videtur in quo S. Thom. videtur

Expō diui Tho.

defecisse, refert. n. illud ad demōstrationes, quæ fiunt per causas finales, inquit. n. in lectione. 4. super expositione. tex. com. 3. super hoc loco. ꝓ quod quidam sophistȩ, vt Aristipp⁹, qui fuit de secta Epicureorum oīno neglexit demonstrationes, quȩ fiunt per causas finales, reputans eas viles ex hoc ꝙ in artibus illiberalibus, siue mechanicis, vt in arte tectonica. i. ædificatoria, & coriaria omnium rationes assignātur ex hoc, quod est aliquid melius, aut deterius: in mathematicis vero quæ sunt nobilissimæ, & certissimæ scientiæ nulla fit mentio de bonis, & malis. Sed si cōtextus verborum tex. Arist. inspiciatur potius illud relatiuū in quo dicitur ipsas prȩneglexit, debet referri ad sciētias mathematicas, de quibus loquutus fuerat in antecedente in plurali numero, quàm ad demōstrationem de qua loquutus fuerat solum in numero singulari, nam sic iacet series verborum. Vnde & ī mathematicis per hanc nihil ostenditur causam, nec est demonstratio ulla eo ꝙ melius, aut deterius, sed nec oīno nullus talium reminiscitur quapropter, & sophistarum quidam, vt Aristippus ipsas præneglexit. Auer. etiam in com. 3. ita exposuit illum locum, sicut beat⁹ Doctor exponit. inquit. n. Deinde. d. & ideo quidam sophistarum, & cætera, idest negabāt eam. s. causam finalem esse in oībus scientijs, quia non reperierunt eam in firmissima scientiarum. s. in mathematicis. Albertus etiam cognomento Magnus illam etiā Auer. expositionem sequitur in. 3. suæ meta. tract. 2. cap. 1. quapropter etiam sophistarum quidam vt Aristippus causam finalem in genere causarum ponere

D

E Impugnatio.

F Expo. de Auer.

¶ præneglexit, opinatus est enim oĩa naturalia casu causari, sicut & multi alij: in mathematicis aũt non vides eam esse in alijs etiam dixit non in esse hanc causam, sed casu fieri ea q̃ fiunt &c. Sed expositioni primæ vr̃ astipulari translatio Argyropyli, vbi sic iacet, quapropter & in mathematicis nihil omnino per hanc ostẽditur causam, neq; vlla prorsus ex eo fit demonstratio, quia sic est melius aut deterius, quia nemo mẽtionem vllam oĩno facit. iccirco sophistarũ quidam in ipsa inuehebatur. i. cõtra mathematica, nam sequitur in cęte-
H ris quidem inquiens artibus, & etiã sordidis, vt in ædificandi facultate, atque suendi omnia dici, quia sic est melius, aut deterius, mathematicas vero nullam bonorum malorũque
Exca. Cõ. curã habere. sed Latini imitati sunt in hoc expositionẽ Cõm. qui exponens translationem Arabicam, vbi tex. eius ita iacet, & vĩr nullus homi num inuenit istã talem cãm in mathematicis scientijs, vnde quidã sophistarum dimiserunt, & cætera. & ideo Cõm. exponens literam errantem alios etiam errare coegit. Ad- uerte tamen ꝙ Cõm. in illo loco di-
I cit vnum annotatione dignum, de quo posteriores non ꝯsiderauerunt, nam super illis verbis. Deinde dixit & in sciẽtijs mathematicorum. i. q a ista causa non inuenitur in mathematicis, ideo non datur in eis in aliqua re quæsita causa finalis, neq; fit in eis demonstratio, cuius terminus medi⁹ sit ista cã, & super istis verbis quasi documentum apponens immediate subdit. & ipse dixit in tractatu de quo loquitur in principijs mathematicorum quod ordinatio, & cætera, idest ordinatio numerorũ, & magnitudinũ inuenitur in eis, K
& indiget hoc perscrutatione. Et est valde mirandum per vitam meam, quo nullus de hoc aliquid perscrutatus sit, in quo Auer. nos admonet, ꝙ locus iste indiget perscrutatione, immo ista propositio passim allegatur & recipit̃ tanq̃ vera apud oẽs videlicet ꝙ in mathematicis scientijs nõ est bonũ neq; finis, sed hoc nõ est de mente Arist. nam in. 12. meta. & est locus quem innuit hic Auer. in præallegata authoritate, ita scribit Arist. in fine primi cap. Quoniã aũt bonũ & malum alterum, hoc quidem est semper in positione. bonum aũt & L
in ĩmobilibus dicentes nihil dicere mathematicas sciẽtias de bono, aut optimo mentiunt̃, dũt. n. & demonstrant maxime, non n. si non nominatum, opera autem & rationes oñdunt non dicunt de ipsis, boni autẽ maxime oñdũt mathematicæ scientiæ, & quo multorum causa vr̃ hic: dico aũt puta ordo, & determinatur palam quod dicent vtiq;, & talem cãm eã q̃ vt bonũ causa mõ aliquo, magis aũt vere in alijs de ipsis dicemus. de mathematicis igit̃, & quod entia sint, & quaꝛ̃ entia, & quo non priora, tanta dicta sunt. Consideret M
igitur diligenter, qui scire desiderat ne sub imagine temerariæ præsumptionis labatur in barathrum ignorantiæ: nã vt scribit Auer. de Auic. in. 3. cœli & mundi. in com. 67. paucitas exercitationis istius viri in philosophia, & bona confidentia in proprio ingenio deduxit ipsum ĩ manifestissimos errores. vides. n. frater mi quo in multis famosis propositionibus etiã viri illustres deficiunt? quãdoq;, & Deus sit dator auxilij. Sed propter reuerẽtiam authoritatis tantorum Glosa alia

A torum virorum, glosso illam authoritatem de mēte etiam Philosophi, & Cōm. tenendo eā sic, q̄ formę mathematicæ absolute consideratæ nō habent bonitatē in se, quia bonitas insequitur formam rōne qua est finis, & quia illo modo non considerantur, ideo vt sic abstrahunt à rōne boni, sic dicit Cōm. in. 2. phy. cō. 74. & dicit hoc, vt notificet q̄ forma nō sequitur naturam materiæ necessario, vt opinati sunt antiq naturaliū, sed natura inuenit eam propter hoc q̄ ens sit in sua nā nobilius, & ideo forma quæ sequitur naturā entis nō

B est dicta nobilior, vt forma mathematica. non. n. dicimus q̄ lineæ exeuntes à cētro circuli ad peripheriā sunt ęquales, vt circulus sit nobilior, sed hoc contigit naturę circuli, & iō nobilius nō inuenitur in formis mathematicis, hoc. n. s. nobilitas nō accidit formis nisi s̄m quod est finis, & ista authoritas adiuuat opinionem nostram, vbi diximus, q̄ bonitas nō est primo entis inquanrum ens.

A B D I. Nam cū eadem sint subiecto entia mathematica, & nālia. 2. physic. 18. eędem lineæ sunt in talibus nō est ratio finis, & boni nisi vt sunt ter

C mini generationis naturalis, non vt sunt in intellectu, quia bonū, & malum sunt in rebus, & quia in mathematicis talia non considerantur nisi vt sunt in abstractione intellectus, vt sic in talibus nō est talis bonitas, quæ est in re. dicit. n. Cōm. 12. met. com. 36. balneum in anima mouet vt efficiens, & extra animam mouetur vt finis, & quia entia mathematica considerantur, vt sunt in aīa, vt aūt considerantur à naturali cōsiderantur, vt sunt extra, sic habent rōnem boni, vt sunt extra, & nō intra.

PROPOSITIO LXXXIX. D

Scientiæ speculatiuæ sunt duobus modis, unus numeratur propter exercitium, sicut mathematica: alius propter perfectionē per quā ipsum est, & est scientia naturalis & diuina.

Scribitur ꝓpositio ista ab Auer. in prologo suo super libro phys. Scire autem debes pro declaratione eius q̄ scientia in cōi Aristo. teste in principio sexti primæ philosophiæ, prima sui diuisione diuiditur in actiuam, factiuam, & theoricā, siue speculatiuam, quod idē est, nota est aūt dīa inter agere, & facere ex. 6. ethic. Theorica aūt diuiditur prima sui diuisione in tres partes, in naturalem, mathematicā, & diuinā. vñ istæ tres sciæ solummodo sunt speculatiuę, illarum. n. finis est veritas, vnde plerunq; veritates nuncupantur, à fine. n. vnūquodq; denominare fas est, vt dicit Arist. in. 2. de anima. tex. cō. 49. vnde Auer. 1. de anima. com. 2. inquit, exponens quid Arist. intellexerit per omnem veritatem ad quā cognitio sciæ de anima videtur multum proficere, quòd intellexit scientias speculatiuas. nā. 2. meta. tex. c. 3. theoricæ finis est veritas, & practicæ opus, & s̄m sententiam Auic. in principio suæ logicæ, sciētię oēs, aut sunt de rebus q̄ non sunt ex nr̄o arbitrio vel opere, & tales dicuntur speculatiuæ, aut sunt de rebus q̄ sunt nostra opera, & dicuntur actiuę. finis primę est scire tantum, sed finis actiuæ nō est vt sciat tm̄, sed vt sciat q̄d debet

E Scientię diuisio.

F

G agere & agat, vnde Arist. in .2. ethic. cap. 2. Sermo in talibus non cõtemplationis gratia fit, quemadmodum in cęteris, non. n. vt sciamus quid sit virtus, nã sic nulla eius foret vtilitas, sed vt boni simus perscrutamur. etenim vt ibidẽ cap. 4. testatur in virtutibus scire ipsum parum est, aut nihil, vt vero & exercere plurimũ, immo totum valet vtpote quæ ex frequenti actione iustorum modestorumq; proueniat. res. n. tunc iusta, & modesta dicitur quando talis est qualem iustus, & modestus ageret, iustus autẽ & modestus non qui hoc H agit, sed qui sic agit vt iusti, & modesti agũt. bene igit dicitur quod qui iusta agẽdo iust9 fit, & modesta modestus, non agendo autem nullus vt bonus fit, nec curare quidem vř, sed pleriq; non ita faciũt, verum ad verba disputationemq; conuersi putãt se philosophari, atq; ita viros bonos fieri, ægrotos imitari, qui verba medicorum audiunt quidem diligenter, faciunt autem nihil ex his quæ præcepta sunt sibi. vt ergo illorũ corporibus non bene erit, qui ita curantur, sic nec illorũ animis, qui ita philosophantur. Et voluit Auic. vbi supra. ꝙ speculatiua dignior est I comparari scientiæ ex isto fundamento, quia finis eius est scire tãtum. Tum etiam quia diuisio scientiæ per theoricum, & practicum, videtur esse diuisio æquiuoci analogi in analogata, nomen autem tale absolute prolatum stat pro nobiliori, declaratũ est aũt in proœmio metaph. ꝙ sciæ speculatiuæ nobiliores sũt practicis, quia illę sunt gratia sui, sed practicę sunt gratia alterius, vñ Arist. in. 10. ethic. ca. 10. In cognitione sciarum speculatiuarum videtur ponere consistere hominis felicitatem. Et si bene K consideras, scientiæ speculatiuæ comparantur practicis, & actiuis, sicut causa ad causatum. vñ videmus, ꝙ multa principia tales accipiunt à speculatiuis scientijs, nam vt scribit Cõm. primo de anima. com. 2. Scia moralis sumit à scientia libri de anima vltimum finem hominis in eo quod est homo, & scientiã suæ substantiæ quæ sit. Et similiter medicina quæ est scientia factiua subalternatur philosophiæ naturali merito principiorum, naturalis. n. est sanitatis & ægritudinis prima inuestigare principia, vt testatur Aristot. in L lib. de sensu, & sensato. hinc ẽ quod vbi definit physicus, inde incipit medicus. Amplius autem sciẽtiæ actiuæ, & artes imitantur, & deriuantur à cognitione scientiarum speculatiuarũ, sicut declarauit Alex. & Auer. diffuse ĩ prologo suo super lib. phys. vbi de vtilitate pertractat. inquit. n. & cum hoc consequitur cognitionẽ scientiæ speculatiuæ de moralitate virtutum, quoniam scientes istam scientiam quum erunt fm ordinem naturalem, oportet eos de necessitate esse virtuosos in omnibus speciebus virtutum moralium & cętera. & M primo cœli. com. 2. scribit. Lex & ars licet sint res voluntariæ, dum veræ ponuntur insequuntur naturam & opus eius, regula autem est, vt scribit. Cõm. in. 8. physic. com. 77. nomen dictum de aliquibus secũdum prius & posterius, illud quod p prius participat illud nomen est causa posterioris. cum igitur Auic. sententia speculatiua sit dignior nomine sciẽtiæ, comparatio eius ad theoricã erit comparatio qualis est causæ ad causatum. Dicamus igitur ꝙ cũm sciẽ

sub-

A subalternatæ non ponant in numerum cum subalternantibus, quia nõ nisi accidẽtali differẽtia distinguuntur, sicut homo, & homo albus solũ tres in genere scientiarum speculatiuarum sunt sciæ. videlicet, naturalis, mathematica, & diuina, tũ quia sunt de rebus quę nõ pendent ex nostro arbitrio, tum ẽt quia finis istarũ est notio veritatis, & non opus.

Tres fuere opiniones de logica, an sit scia De logica autem tres fuerũt opiniones. Stoici. n. voluerunt philosophiã diuidi ĩ speculatiuam, actiuam, & in organicam. vnde logicam dixerũt, neq; speculatiuam, neq; actiuam esse, sed organicam. B Academici autẽ dixerunt logicam in se tantum consideratam esse partem philosophiæ, sed vt est in vsu, esse instrumentum. Peripatetici autem vtrunq; de logica asseuerant, & quod sit pars philosophiæ, & est etiam philosophiæ instrumentum. non. n. inconuenit idẽ respectu eiusdem alio, & alio respectu cõparatum dici partem, & dici instrm: sicut manus alio & alio respectu, & pars est humani corporis, & etiam instrm, sicut bene declarauit Boethius sup Porphyrio, & Auic. etiã in principio suæ logicæ. Opi. alioꝝ Dixerunt aũt quidã in declaratione C propositi Theorematis, ꝙ scientiæ mathematicæ non sunt propter hominis finem, qui est felicitas, sed solum sunt propter exercitium. nã inquiũt quod antiquitus erant loco dialecticæ. Impugnatio. Sed hoc quidẽ stare non potest, qa Auer. absolute dicit scientias mathematicas esse propter exercitium, sed naturalem, & diuinam dicit esse propter finem, ꝑpter quẽ fit istud exercitium, manifeste autem patet, ꝙ tpe Auer. erat iã logica pfecta tradita ab Aris. Amplius nõ est credendũ ꝙ Plato, & Hippoc. & alij sapientes nõ habuerint logicã, nã qũo fuissent sciẽtes sine demrone, & arte demõstrandi? si verũ est, ꝙ dr̃ in diffinitione demrõnis ꝙ est sylls faciens scire. nã licet logica p doctrinã non acquisiuerint sciam, credendum est illos habuisse logicã per ĩuentionẽ. D

Opi. alioꝝ Alij dixerunt ꝙ pro quãto deseruiũt architectonicis, & machinis, & picturæ, ideo dñt esse pp exercitium. Impugna. Sed hoc stare nõ põt, quia etiã nãlis deseruit medicinæ, & scia libri de aĩa deseruit morali, q̃ sunt sciȩ practicȩ, sicut scientia nãlis confert operi nautarũ, nam in. 2. metheor. vbi agitur E de causis salsedinis maris, declaratur ꝙ aqua salsa est dẽsior aqua dulci, seu insipida, & ideo magis sustinet pondera, q̃ dulcis, vnde nauigantes p flumina onustis nauib⁹ periclitantur, & tñ naturalis non dr̃ pp exercitium. Aliorum positio Alij aũt dixerunt scias mathematicas eẽ pp exercitium memoriæ, nã vt inquit Arist. in lib. de memoria, & reminiscentia, ordo multũ cõfert ad reminiscentiã: inquit. n. quęcũq; ordinationẽ hñt aliquam, sunt magis reminiscibilia, sicut mathematica: quę aũt prauę, grauiter. Cõfutatio Sed nec ista solo satisfacit cõplete declarationi propositi Theorematis, quia F nõ ostẽdit qũo hmõi exercitium sit pp finem hoĩs potiusq̃ dialectica, & aliæ artes, siue potẽtiæ dictæ. Opin. alia. Alij aũt dixerunt, ꝙ sciæ speculatiuæ conferũt ad felicitatem, sed differẽter, nãlis. n. cõfert pro quãto demrat subas abstractas eẽ, sed diuina pro quanto illas contẽplatur, sed sciȩ mathematicæ nullo mõ deseruiũt, qa sunt de solis magnitudinibus, & numeris. Impugna. Sed hęc opi. stare non põt, quia. 12. meta. tex. cõ. 44. Astrologia confert

G quo ad numerũ orbiũ, & intelligentiarum venandum. Propter hoc igitur reiectis alioꝝ sermonibus in hoc loco dicendũ puto iuxta ea quę superius declaraui, ꝙ scientiæ mathematicæ puræ, vt geometria, & arithmetica non considerant de substantia, sed solũ magnitudines, & numeros, sola.n. mathematicarum astrologia de substantia theoriam facit, vt scribit Arist.in. 12. primæ philosophiæ. tex.com.44. Et lucidissimus Them. in paraphrasi libri primi de aīa.cap. 9. scribit. Est & genus tertium, siue id affectionẽ vocare, siue accñs malis,

opi. ppria

H quod quãquam non põt à corpore naturali euidenter seiungi, inest tñ in corpore, vt naturale non est quo numero sunt illa, rectum, inflexum, triangulum, concauũ, deuexum. demum in oĩbus quę sibi mathematici contemplantur, naturales affectiones à conspectione sua reijciunt. Solas merasq; magnitudines, & nuda atq; inania spatia æstimant: fimendis his, neq; materiam, neq; naturalem qualitatem adiungunt. Quia aũt felicitas humana cõsistit in speculatione nobilissimi entis, oportet ꝙ cum substãtia sit prior natura co

I gnitione, diffinitione, & tempore, vt patet. 7. meta. tex. com. 4. de necessitate igitur tale ens est nobilissima subã, talis aũt Deus est: vnde Aris. loquens de hmõi hoĩs continuatione. 12. meta. tex. cõ. 39. Deductio autẽ qualis optima paruo tpe nobis. Sic .n. semper illud est nobis quidẽ impossibile. quę verba declarantur per. Auer. in fine com. pręcedẽtis. videlicet in cõ. 38. inquit. n Et ex hoc quidem apparet bñ ꝙ Ari. opinaẗ, ꝙ forma hoĩum in eo qd sunt hoĩes, non est nisi p continuationẽ eorum cum intell'u, qui declaraẗ in lib. de aĩa esse

K principiũ agens nos, & mouens nos, intelligẽtiæ.n. abstractæ in eo quod sunt abstractæ dicunẗ esse principia eorũ quorum sunt principia duob' modis, sm qd sunt mouentes, & sm quod sunt finis. Intelligẽtia.n. agẽs inquantũ est abstracta, & est principiũ nobis necesse est, vt moueat nos sm quod amatũ amans, & si oĩs motus necesse est vt cõtinuetur cũ eo à quo fit sm finẽ, necesse est, vt in postremo continuemur cũ hoc intellectu abstracto, ita ꝙ erimus depẽdentes à tali principio à quo cœlum dependet, quãuis hoc fit ĩ nobis in modico tpe, vt dixit Arist. Quia igitur

L

sciæ de substantia cõsiderantes præcipue sunt scientia naturalis, & diuina, alio tamen & alio modo, sicut docet Auer. in. 12. metaph. cõmentis. 1. & 5. & 29. Naturalis.n. via transmutationis ostendit primã materiã & via motus localis ostẽdit esse primi motoris, qui est abstractus à magnitudine. Diuinus autem præsuppositis istis declarationibus factis p nãlem Philosophum, & habitis pro constanti declarat ex cõsideratioue substantiarum inquantum entia, & inquantum substãtię sunt, quòd talis virtus abstracta à magnitudine ẽ prima forma, & prius finis oĩum entium inquantum entia sunt, & ideo Cõm. dicit in. 12. meta. cõ. 44. ꝙ per acquisitionẽ istius sciẽ diuinæ ab homine homo inuenitur ĩ sua vltima perfectione essendi, ita ꝙ in tali cognitione cõsistit vltimata hominis felicitas, vt voluit Alpharabius, aut saltẽ tanquã in dispositione vltimata q̃ est pręuia ad vera felicitatem, q̃. est sm Auer. per intellectum adeptũ. vt tenet ipse in. 9. metaph. com. vlt.

M

&

A & 3. de anima. cõ. 36. Quia igitur fęlicitas hoīs non pōt nāliter homini contingere, nisi multis actionibus, ista.n. est conditio istorum inferiorum, & gn̄abilium, ꝙ quanto aliq̄d est nobilius, & perfectius altero, tanto pluribus actionibus coniungitur suo fini, vt scribit Cōm. in. 2. de cœlo & mundo in cō. 63. Et quia natura in suis operationibus nō facit saltum, nec progreditur de extremo ad extremum sine medio, vt dicit sæpe Arist. in libris de natura aīalium. cū entia de quibus intellectus human' scientiam speculatiuam capere pōt B sint in triplici differentia Quædam .n. sunt in vno extremo, & talia con cernunt materiam fm esse, & diffinitionem. Quædam sunt in alio' extremo, q̄ videlicet abstrahunt à materia, & fm esse, & secundum diffinitionem. Tertium genus entium est illorū quę quodāmodo sunt in materia, & quodā modo sunt à materia seiuncta, & talia sunt entia mathematica, & fm aliquos in hoc genere entium est scientia de aīa, vt videtur Themist. in sua paraphrasi in principio libri physicæ auscul. inquit. n. ponendo diuisionem sciarum specu C latiuarum. Alterum vero genus, ꝙ in conspectione dūtaxat, & æstimatione rerum sola consistit. Cuiusq; finis est veritas gn̄ali vocabulo spectatiuū, contemplatiuumq; appellari voluere. Iterum genus hoc posterius secatur in spēs, nam ea speculatio quæ circa res à materia non separatas versatur, quę auxilio sensus, & visionū ope ipsum intell'm ptātis perficit, nālis scīa nuncupatur ea ratione quod & circa eas res, & ī his nā consistere videatur. Eam aūt contemplationē quæ circa res materia

Entia ĩ triplici sunt dr̄ia.

Opi. The.

omnino carentes, & potissimam in- D tellectus agentis actionem, nec non circa illum actū intellectus versatur ptātis, qui vna cum intellectu agēte conficitur diuinarū rerum sciam, & primā philosophiam, & metaphysicam vocant, quia. s. post naturalium rerū traditionem instituta illa, & ordinata esse videatur. Cęterum ea cognitio cui subiectæ sunt res, partim coniunctę materiæ, & partim abstractæ mathematica, & scientia de aīa nuncupatur. Etenim mathematicarum rerum substantiam affinitate quadam, & interstitio vtriusq; naturę ancipitem esse atq; intermediam E autumant. Eo ꝙ si vnitatem atq; in cōe species naturæ sint expertes, si dimensum ipsum discretioneq; particularem ac sensilem à mā disiungi, atq; auelli non possint. Idem de aīa dicitur, ex sensibus nanq; & imaginationibus, atq; illo ipso intellectu potentiæ multum in eē materiæ colligunt, ex agente vero intell'u, quem caput animi Arist. ostendit, aiunt eē aīam ab omni materia abiunctam, quāuis non idem Alex. videat. Hæc ille. Vbi aduerte non fuisse, mentē Themistij sciētiam de aīa esse in numero sciarum mathematicarum, vt F intellexerunt vulgares. Sed est constituta in numero illarum sciarum, q̄ considerant res quodāmodo iunctas materię, & quodāmodo à materia seiunctas, quēadmodum. n. entia mathematica in vl'i considerata abstrahūt à materia, in particulari aūt & fm esse signatum quod h̄nt extra animam à materia diuelli non pn̄t, ita vt inquit est de aīa. Nam quo ad vegetatiuum, sensitiuum, & intellectum potentię, scientia de anima videtur tractare de his, quæ multum

Declar̄ mēns The mist.

G sunt connexa materiæ, sed in illa parte in qua considerat de intellectu agente dicitur cõsiderare de re abiuncta à materia. ita ꝙ conuerso modo videtur esse quantum ad hoc de scia de anima, & de scientijs mathematicis, nam ille primo, vt vr̃itatẽ spectãt sic sunt expertes materiæ, sed sciẽtia de anima pro maiori sui ambitu res materiæ innexas contẽplatur, & pro minori rem à materia seiunctã. Et ista est via eius, quã etiam vr̃ imitari Boethius in prima editione super Porphyrio in principio, sicut poteris videre, sed quicquid sit de hoc oportet intell'm ante q̃ prouehatur ad intellectionẽ entium totaliter separatorũ à materia, & s'm esse, & s'm rationem præexercitari in cognitione istorum entiũ, quodammodo in materia, & quodãmodo à materia separatorum. Nam credendum est, ꝙ ordo sit in intellectu in ipsa cognitione, qñ ascendit ad suã vltimam perfectionẽ, sicut bñ declarat. Cõ. in. 3. de anima. in com. 36. Sic igitur bene intelligere potuisti qũo scientiæ mathematicę sunt propter exercitiũ intellectus, vñ antiquitus sciẽtię mathematicę dicebant progymnasmata. i. pręexercitamenta intell's ꝑpter prędictã causam, & ista est antiqua sententia Platonis in. 6. lib. de republica, & ita exposuit Ammon. super Porphyrio, & est vera expositio in se.

ADDI. Et nota vt alias dixi, quòd ista authoritas magis est ex intentione Platonis, qui theoricũ solum in duo diuisit, theologicum, & in physiologicũ, mathematicum aũt apud Platonem nõ est sub theorico, sed sunt progymnasmata, & exercitamenta intellect' modo declarato, sed Arist. sexto primæ philosophiæ collocauit tertium membrum mathematicũ, K & hoc adde hic. Naturalis autem & diuina, quia istę scientiæ considerant de substantia quibus ex mathematicis adminiculatur astrologia, q̃ etiam sola inter mathematicas sciẽtias de substãtia sempiterna considerat. istæ directæ sunt propter hominis finẽ, vel vltimatũ, vel saltem in rõne pręuiæ dispõnis ĩmediate præparantis intellectũ ad illius finis cõsequutionem, secũdum diuersas opiniones, sicut diximus.

PROPOSITIO XC.

Omne agens, agit propter finem. L

Propositio ista patet inductiue, nam ex. 2. physi. omne agẽs aut agit per intellectum, aut agit naturaliter. ibi aũt Arist. probat tã agens naturale, q̃ agens à proposito a gere propter finẽ, vt patet in. 2. phy. à tex. com. 75. vsq; à tex. com. 87. Nota tamen, quia est differentia in numero agentium, quia quędam sunt necessaria, & quędam sunt contingentia sicut ista quę sunt hic. In agẽtibus necessarijs dicimus nos ꝙ ista est dispositio eorum, vt ipsa non sint ꝑp suam actionem, sed actio eorum sit propter ipsa, & ista necessitas est in M rebus æternis ita scribit Cõm. in. 2. phy. in com. 88. vbi animaduerte, vt scribit Auer. in. 2. cœli & mundi. cõ. 17. & 21. & in. 12. meta. cõ. 56. præcipue aũt. 2. cœli tex. com. 17. vbi dicit Arist. in litera. Dei autẽ operatio immortalitas, inquit, necessario est, vt actio rei diuinę sit ęternitas, actio enim rei diuinæ est ipsa, & suũ esse cum non sit propter aliud. Et quia appropriatur ab alijs entibus, & distinguitur in esse. Contingit quòd actio eius quod est suum esse nõ est nisi

Agentia in duplici sunt dña.

A nisi propter ęternitatē.i.ęternitatem sui esse. Actio autem aliorũ entium q̄ non sunt æterna, nō est primo nisi pp esse aliorũ entium tm̄, quãuis illorum eē sit pp aliud, v.g. ꝙ actio hominis prima intentione non est pp suum esse, & ipse etiã non est nisi pp complementũ diuisionis huius esse, ſm hoc erit actio huius prima intentione propter aliud, secundo propter se, in rebus aũt diuinis est econuerso.s. ꝙ actio eorum prima intentione est propter suum esse, & secunda propter aliud, & hoc est quod ponendum est, & declarandum in scia di-

B uinali, vnde Arist. 12. meta. tex. cō. 36. declarat q̃uo intelligẽtia mouet in ratione finis amati, & desiderati, vbi Cō. mouet q̃nē in cōm. & tandem concludit ꝙ motus intelligentiarum nō est propter exitum istarũ formarum de potentia ad actũ, non ita ꝙ illud est perfectio eorũ prima, sed ita ꝙ illud est ꝯns primam perfectionē eorum. ver. g. qui exercitat ad conseruãdam sanitatē per aliquam operationē alicuius artis, primo intendit ad conseruandam sanitatem suam, secundo aũt intendit illã operationem. in hoc igitur consistit, si-

C cut vides natura agentium æternorum q̄d ipsa non sunt propter suam actionem prima intẽtione, sed econuerso, sed natura agentis corruptibilis primo est propter suam actionē, & propter alia, & secũdo propter se. Sed quæres causam ꝓpter quid hoc contingat, nisi esset, quia natura de possibilibus semper facit quod melius est, vt dicit Arist. in. 2. cęli. in tex. com. 34. & in libris de generatione aĩalium frequenter, quia natura in istis corruptibilibus perpetuari non potest ſm indiuiduũ indidit Deus, & natura naturale desideriũ ad con-

D seruandam speciem, & ideo spēs est de primaria intẽtione naturæ, & pp hoc, pater nãli desiderio plus amat filium, q̄ seipsum, & pl⁹ nepotem, q̄ filium, hoc est quod dixit Auer. 2. de aĩa. com. 34. Solicitudo diuina cum non potuerit facere ipsum permanere ſm indiuiduum miserta est in dãdo ei virtutem, quã possit permanere in specie, & hoc nō est dubium.s. ꝙ melius est in suo eē, quod habeat istam virtutem quã si non habeat. Sed tunc contra prædicta est difficultas, quia si agens corruptibile sit pp suã actionem, tũc sequeretur ꝙ ipsa operatio esset finis operantis, & cum operatio ipsa sit qualitas, accideret cum finis sit nobilior ordinatis ad finem, tunc igitur substantia esset imperfectior accidente, hoc aũt non capit intellectus, & hoc est quod multi non intelligunt. Nisi esset, ꝙ hoc sic debet intelligi, quòd complementum rei ex rebus q̄ sunt hic est quando actualiter operantur, & sunt in actu secundo. Nam vt inquit lucidissimus Themist. in primo de anima. cap. 8. illud quidem defendi nō potest, vt aliquod ociosum natura creauerit. Est enim compertum hoc nihil in natura torpere, nihil feriari, sua in singulis ingenia rebus contineri, officia quæq; & gestiones suas agnoscere agitareq;, & quasi pensa persoluere. Vnde Cōm. in. 9. primæ philosophiæ in cō. 7. contra loquentes in sua lege, inquit, Moderni autē ponunt vnũ agens omnia entia sine medio.s. Deum. Et contingit istis, vt nullum ens habeat actionem propriam naturaliter. Et cum entia nō habuerint actiones proprias, non habebũt essentias proprias. Actiones enim

Dubium.

E

Solutio.

F

G enim non diuersantur nisi per essentias diuersas. Et ista opinio est valde extranea à natura hominis. Et qui recipiunt hmôi non habent cerebrũ habilitatum nāliter ad bonum. hoc autem non dicit lex nostra Christianorum. Nā vt inquit beatus Augus. in lib. de libero Arbitrio. Deus res quas condidit sic administrat, vt eas proprios motus agere sinat. Dico igitur, ꝙ agens etiam corruptibile non dr̄ esse propter suam operationem principaliter, ita ꝙ ipsa operatio absolute considerata in se sit finis, & pfectio vltimata ipsius agentis princi-
H palis. Nā vt scribit Arist. in. 7. politicæ. semper deterius est melioris gratia, patet hoc in his, vt inquit, & quę ſm artem sunt, & quę sunt ſm nām, sed est inquãtum illa coniungit ipsum agens enti quod est causa finalis eius, quia oīa entia non intendũt p suas operationes nisi, vt assimilentur perfecte nobili, ꝙ est deus ſm qđ in natura eorum est acquirere de assimilatione, vt dicit Cõm. in. 2. cęli. com. 64. Sic enim ignis per motum ascensus, & per suam leuitatem vnitur suo fini, & graue per suũ descensum, & suam grauitatem consequi-
I tur finem suum, sic homo etiam per intelligere vnit᷑ primo principio qđ est felicitas eius. omnia. n. participant bonitatem primi per suas operationes ſm quòd possunt, vnde etiá prima materia per naturale desiderium, quod nihil aliud est, vt scribit Cõm. primo physi. com. 81. nisi motus ille quem habet materia ad recipiendum formam. Nã materia ſm quod accidit ei priuatio est innata appetere se assimilari primo; principio. Et sic oīa agentia, quæ sunt hic agunt nõ solum pp suam operationem, & pp suos effect᷒, verũetiam agunt pp aliquẽ finem, qui est causa finalis eorum, & hoc est quoddã ordine seruato. Nam vt scribit Aristo. in. 8. physi. tex. com 15. Nihil inordinatum est eorũ quæ natura, & ſm naturã sunt, natura. n. causa omnis ordinationis est, & 3. cœli & mundi. tex. com. 24. Ordo, propria sensibilium natura est, immo bonũ totius vniuersi in ordine consistit, vt patet 12. meta. tex. com. 44. Sic igitur dicimus materiam eē propter formam. 2. physic. tex. com. 91. Et elementa propter mixta. vt patet. 3. cœli. 67. & mixta propter vegetabilia. & vegetabilia propter animalia in quibus est magis ordo, q̃ in vegetabilibus, vt patet secundo physic. tex com. 83. Et animalia propter hominem. Nam vt scribit Cõm. in. 2. de anima. com. 32. Complementum animalium, & finis eorum, qui intendebatur in generatione quem cum natura potuit pertingere stetit, est modus animalium habẽs virtutem speculatiuam cogitatiuã. i. intelligibilem. Et Arist. in. 2. de anima. tex. cõmen. 37. Sicut. n. intellectus gratia huius facit, eodem modo & natura, & hoc est ipsi᷒ finis, huiusmodi autem in aīalibus anima, & secundum naturã, omnia enim physica corpora animæ instrumenta sunt sicut animalium sic, & plantarum, tanquam gratia animæ exñtia. Vnde rõnabiliter dictum est aīam quodãmodo esse oīa. Nam est oīa sensibilia per sensum, & est oīa intelligibilia p intellm̄, vt patet. 3. de aīa. tex. cõ. 37. Et aduerte ꝙ iste ordo procedit ēt ascendendo ad primũ principiũ, nã si ordo reperit᷑ in istis gñabilib᷒ & corruptibilib᷒ lõge magis, & nobiliori mõ repit᷑ in cęlestib᷒

K L M

&

A & abstractis substantijs, in qbus neque casus, neq; malum reperitur, vt scribit Aristot. in. 9. primæ philosophiæ. in tex. commen. 19. vnde Aristote. in. 2. physico. tex. comēm. 46. multum deridet antiquos, qui posuerunt casum in corporibus cœlestibus, & non in istis generabilibus, & corruptibilibus, & erat merito sicut dicit econtrario fieri. Sic igitur intellexisti, quomodo omne agens siue sit a natura, siue ab intellectu agens agit propter finem, & intellexisti differentiā inter agentia æterB na, & corruptibilia. Est & alia differentia, nam in corruptibilib⁹ quāto aliquod agens fuerit nobilius, tāto pluri actione coniungitur suo fini, secus est in agentibus ęternis, ita scribit Com. in. 2. cœli & mundi. in commen. 63. Tertia differētia est, quia agens per intellectum cognoscit finem, propter quem agit, quia agit cum cognitione, secus est de agente naturali, quia agit sine cognitione, licet in suum finem ordine ab intelligentia non errante. vnde Com. 12. meta. com. 18. dicit ex sententia Them. ꝙ opus naturæ rememoratur ab intelligentia. Et ex C hoc exoritur quarta differētia, quia finis propter quem agit agens naturale semper est bonus. Non semper autem est bon⁹ finis propter quem agit agens cum cognitione, licet appareat bonus, vnde Arist. describens finem. in. 2. physi. auscult. inquit. in tex. com. 31. quod autem cuius causa potissimum est, & finis aliorum voluit esse, differt autem nihil quidem dicere bonum, vel videri eē bonum. vbi Com. in calce com. ponderans hoc inquit. Et dixit hoc vt descriptio sit cōis rebus voluntariis, & naturalibus, qm̄ vltimum intentū D in rebus voluntariis multoties videtur bonum. Et non est in rei veritate, intentum vero in rebus naturalibus est bonum verum, & ratio est illa quam diximus, quia agens naturale licet agat sine cognitione, tamē dirigitur in suum finem ab intelligentia non errante. Nam quemadmodum sagitta tendit in determinatum signum ex directione, & ordinatione sagittantis: sic agens naturale in finem sibi præfixum disponitur. & dirigitur ab intelligentia. Et quia illa errare non potest, hinc est, ꝙ talis finis semper est bonū verū. E secus autem est in nobis, nam ratio humana quandoq; errat, & ideo nō semper bonum verum appetimus, pauci. n. dignoscere possunt Vera bona, atq; illis multum diuersa remota. Erroris nebula, vt dicit Iuuenalis. Est etiam alia dr̄ia inter agētia in materia, & inter agentiā abstracta a materia penes hoc, quia in abstractis idem est, ꝙ mouet vt finis & quod mouet vt agens. In istis aūt quæ sunt in materia diuersificātur, vnde Auer. 12. primæ philosophiæ. com. 36. scribit. hæc autem differūt in nobis. s. illud quod mouet nos in F loco fm̄ quod est agens, & ꝙ mouet nos in loco secundum quod est finis, & habet duplex esse in anima, & extra animam, quod autem in anima est, est agens motum, fm̄ vero quod est extra animā est mouēs fm̄ finem. v. g. qm̄ balneum duplicē habet formā in anima, & extra animam. Et propter illā formam quę est in anima desideramus aliam formā, quæ est extra aīam. Forma igitur animæ balnei inquantum est in aīa, est agens desiderium, & motum.

Secun-

¶ Secundum asit quod est extra aīam est finis motus,& non agens. siquidem igitur forma balnei non esset ī materia,tunc moueret,& fm agens & fm finem sine aliqua motione cōtingente,& sic est intelligendum de mouentibus corpora cœlestia fm quod sunt fines eorum,mouētur ab illis fm desiderium. Et eandem sententiam habet in lib. de substantia orbis.in fine primi cap.licet per accidens in istis materialibus possit cōtingere ꝙ efficiens,& finis coincidāt in idem fm diuersas rationes, sicut operatio motiua est finis sanitatis H membrorum quæ sunt instrā motus,quorum sanitas ad hanc operationem finaliter ordinatur,pro quāto vero operatio motiua,est causa potens aliquo modo alterare nrm corpus,& conseruare,sic est causa efficiens. Sed aduerte ꝙ operationes sunt causæ conseruantes non principaliter,& per se, sed secundario, & quasi per accidens. Nam dum membrum mouetur expanditur spiritus, & calor naturalis ad illud,& sic vigoratur. Alias etiam differentias poteris inuenire si bene consideres,sed I istæ sufficiant ad excitandum intellectum. Iuxta hoc intelligere debes,ꝙ vt inquit lucidissimus Themistius.in secundo de anima. capitulo 14. Duplex est id quod sub hoc nomine,cuius gratia,notari volumus. Tum id quo itur,tum id cui itur, & ē distinctio philosophi in.2. de ani. tex.com.35.& 37.vbi dicitur. Illud autem quod cuius causa fit dupliciter est hoc quidem cuius,illud vero cui. Datur autem accommodatū duplex exemplum per Themistiū in moralibus.primo vt dicit,finis bifariam dicitur vt primus,fœlicitas habeatur quo omnes laboramus, & tē K dimus. Alter vt nosipsi, & sibi quisq; cui fœlicitas optatur,& quæritur.

Secundum vero exemplum est in medicina in qua etiam hmōi finis conspicitur,est enim ibi sanitas tanquam id quo pergitur,& cuius causa adhibitus,& accersitus est medic⁹. Est & ægrotus vt is cui paranda restituendaq; est sanitas. Item etiam intelligere debes, ꝙ in omni agente naturali duplex dicitur esse finis, & primus quidem est diuinā bonitas, & immortalitas,cuius gratia agunt quæcunq; agunt secundum naturā, L vt patet.1.physic.81.&.2 de anima. 34. Alter vero est natura ipsorum entium participantium talem finē, & perfectionem. Et iuxta hanc distinctionem patet tibi limitatio famosæ propositionis, quæ solet passim allegari, finis est nobilior ijs, q̄ sunt ad finem,& elicitur ex.2.physi. text.commen.31. quod autem est, cuius causa potissimum, & finis aliorum voluit esse, nam vera est de fine cuius. seu de fine quo itur, non autem est vniuersaliter vera de fine cui, vnde vt inquit Commenta.pri M mus respectus est materiæ ad formam,& corporis ad animam, nam materia est propter formam, tanquam propter finem, & non econuerso, vt dicitur secundo physicorum.text.commen.91. Secundus autem respectus est animæ,& corporis ad corpus animatum. nam corpus animatum,seu compositum ex anima,& corpore est finis cui, respectu animæ,& corporis. manifestum est autem secundum doctrinam Auerro.ꝙ compositum non est nobilius,neq; perfectius quàm sit forma & ita non est vniuersaliter vera illa

In agente nāli duplex est finis.

Limitatio unius famosæ ppōnis.

proposi-

A propositio de fine cui. Fallit etiam de fine secundario, nam certum est, ꝙ intelligentiæ agunt propter ista inferiora tanquam propter finem, tamen hoc est consecutiue, & secundaria intentione, & ideo non sunt illa nobiliora illis, vt patet. 12. meta. commen. 36. vnde locum habet de fine principali. Iuxta hoc intelligis veritatem alterius propositionis famosæ in philosophia, quæ dicit, ꝙ agens naturale agit, vt assimilet sibi passum. non enim est intelligendũ, quòd illa assimilatio quæ formaliter relatio sit finis ipsius agentis, q̃n quidem relatio est debilis entitatis, B intantum quòd quidam reputauerunt prædicamentum relationis eẽ de secundo intellectis, vt scribit Cõmen. 12. metaph. commen. 19. Nec intelligitur ꝙ agẽs agit propter formam generati tanquam propter finem principalem, in quo agens assimilatur ipsi genito, nam forma rei generandæ, aut est æque nobilis formæ ipsius generantis, sicut cõtingit in generationibus vniuocis: aut forma illa est minus nobilis, sicut contingit in generationibus a generan C te æquiuoco, sicut quando sol gene rat ranam: manifestum est autem, quod æque nobile, vel minus nobile, non potest esse finis principalis agentis. nam finis principalis debet esse nobilior omnibus ijs quæ sunt ad finem, sed intelligitur isto pacto, quòd agens naturale agit propter formam generandi acquirendam, tanquam propter finem sub fine, inquantum ordinatur ad saluandam speciem in ordine ad perfectionem vniuersi.

Limitatio alterius ꝓpositionis

D PROPOSITIO XCI.

Omne quod corrumpitur a contrario corrumpitur.

FAmosa satis est ꝓpositio in philosophia, vt patet. 1. phy. tex. cõmen. 47. & 1. cœli & mundi tex. cõmen. 20. & est sententia Commen. Auer. in libro de substantia orb. ca. 1. vbi inquit. Declaratum est igitur quòd causa corruptionis entium, & factionis eorum est contrarietas existens in suis formis, & commune subiectum, quòd nullam habet pro- E priam formam, immediata enim cã est contrarietas, & commune subiectum, est causa mediata. Vera est propositio in habentibus contrariũ, & in his q̃ per se corrumpuntur, nã talia possunt corrumpi per accidens ad corruptionẽ subiecti in quo existunt, vt sapor, & color, & tũc non oportet ꝙ a suis contrariis talia corrumpantur. In carentibus aũt cõtrarietate aliquid corrumpi põt ꝑ absentiam agentis, vel producentis seu conseruantis, vt lumen in aere corrumpitur, & non est dicendum ꝙ a F nullo corrumpat͛, nã qđ oĩno nihil est, non hẽt vim aliquam corruptiuam, nõ entis. n. nullæ sunt virtutes aut dñę. Nec a seipso, quia nihil seipsum corrumpit ꝑ se, quemadmodum nihil seipsum generat, vt patet. 2. de anima tex. com. 47. Nec corrũpitur a suo contrario, quia aut a contrario positiuo, aut a cõtrario priuatiuo. Nõ sm, quia illud est tenebra, q̃ est pura priuatiuo, & ꝑ cõsequens nullius actiuitatis ẽ. Nec a cõtrario positiuo, qa nihil hoc pacto sibi cõtrariatur. Nec ab aliquo opposito disperato

G disperato, quia formę disperatæ possunt simul se compati in vno, & eodem subiecto, sicut albedo, & dulcedo in lacte. relinquitur igitur per sufficientem diuisionem ꝙ corruptio luminis fiat propter absentiam producentis, aut conseruantis. præsentia. n. radij solaris in aere conseruat lumē, & ideo ad eius absentiam corrumpitur. Pro quo scire debes. vt scribit Commen. in. 4. phy. cō. 129. dubitādo contra Aristo. ibi dicētem, ꝙ oīs motus, & transmutatio est in tempore, quomodo hoc esse potest. nos. n. videmus transmutationes quasdam
H quæ fiunt non in tempore, vt illuminatio totius horizontis a sole, & totius domus a candela, & sicut factio formę rei generatæ in actu. existimatur. n. ꝙ hoc est aliquod indiuisibile. sumus. n. inter duo aut concedere hanc demonstrationem esse vniuersalem, & dicere sensum peccare in istis rebus, & quod non comprehendit tempus propter velocitatem earum, aut iste sermo erit particularis, scilicet quū non est verus nisi de quibusdam transmutationibus in quibus inuenitur velocius & tardius. Et soluendo dicit, & ad hoc dicemus ꝙ
I transmutatio dicitur æquiuoce de transmutatione quę est per se, & trāsmutatione quæ non est per se, sed est finis transmutationis. finis. n. rei nō est de natura rei, & quia transmutationes quæ sunt non in tempore sunt fines transmutationis, & non sunt transmutationes nisi æquiuoce, ergo in omni transmutatione vera inuenitur velocius, & tardius, & omne in quo inuenitur velocius, & tardius, inuenitur in eo prius & posterius, & omne in quo inuenitur prius, & posterius est in tempore. ergo omnis transmutatio est in tempore, siue finis transmutationis fuerit de genere K
illius, siue de alio genere, & hoc declarabitur bene in. 6. nam. 6. physic. cō. 32. fecit prolixam digressionem contra expositores qui accusauerūt Aristo. in illo loco, & ibidem Cōmē. istam solutionem confirmat. Dico igitur ꝙ corruptio luminis non est uere motus, nec vere transmutatio, nam si ita esset, fieret in tempore, sed hoc falsum est, nam quemadmodū sua generatio est in instanti, vt patet 2. de anima in tex. com. 70. vbi Aris. arguit contra Empedoclem opinantem lumen esse corpus, & quod in tēpore multiplicabatur, sed latebat nos L
propter velocitatem sui motus, inquiens ꝙ iste sermo est extra verum, & extra apparētiam, possibile est n. hoc percipi in breui spatio, sed non percipi de oriente ad occidentē magna est differentia valde. ita etiā corruptio luminis fit in instanti, & ideo non corrumpitur a contrario, quia contrario caret, & si haberet posset in tempore per se corrūpi, quia vbi est contrarietas ibi est resistentia, & vbi est resistentia, ibi est successio, vt scribit Commenta. in. 4. physi. com. M
71. Sed est dubium de calore naturali a quo corrūpatur in morte animalis, non. n. sufficit dicere ad hoc, sicut quidam theorici medicinæ ausi sunt dicere quod corrumpitur ad corruptionem humidi substantifici, quod continue exiccatur, & deterius fit, & generatur, vt dicunt respectu prioris dissoluti. Nam vt asserūt si humidum æque perfectū, aut melius dissoluto posset reparari, tunc vita hominum posset perpetuari. Et ideo ad corruptionem sui subiecti ex quo reparatur, accidit corruptio eius,

Dubitatio de Garb. I spāli trac. de restauratiōe humidi.

A eius, sicut est de flamma quæ desinit esse consumpto oleo, vnde Galen. in prima particula separatorum sermonum dixit, ꝙ natura senum est sicut lucerna extinctioni parata. Hoc quidem stare non potest, quia effectus positiuus requirit causam per se positiuam, licet enim Arist. in. 2. physicæ auscultationis dicat eandem esse causam contrariorum fm cōtrarias dispositiones, vt nauta per sui præsentiam est causa salutis nauis, & per sui absentiam est causa submersionis. Tamen adhuc illa absentia cum sit causa priuatiua præexigit, & debet reduci ad aliquam causam positiuam,

Impugn.

B & sunt venti aut alia causa quæ submergit istā, & ita corruptio olei est flammæ generatio. si igitur flamma corrupta oportet de necessitate ꝙ habeat corrumpens, & eodem mō corruptio substantialis ipsius humidi substantifici est generatio ipsius caloris nālis (loquor. n. de colore nāli, vt est corpus calidum, & nō loquor, vt sumitur ꝓ qualitate) oportet igitur ꝙ calor naturalis ab aliqua causa positiua corrumpatur. Amplius autem solutio istorum in alio deficit. Nam peccat ratio ipsorum per

C fallaciā consequentis, licet enim humidum substantificum æque perfectum, & etiam perfectius naturaliter reparetur, quod credo firmiter esse verum, si Galeno credimus posse fieri corporum reductionem, non propter hoc vita hominis esset ꝑpetuabilis. Tum quia, vt nouerunt Philosophi, virtutes materiales sunt fatigabiles, & per consequens non posset virtus ista vniformiter agere, & eodem modo operari, vel esto ad imaginationē quód hoc fieret, sicut fingit Auic. in prima Fen primi can. doctrina. 3. cap. 3. de complexionibus

D ætatum, & generum, vbi inquit. Amplius, si hæc virtus infinita foret, & semper permutationem in corpore faceret, & eius quod dissoluit æqualiter, & vno modo dissolutio nō esset, immo semper quotidie augeretur, & corpus dissolutionem tolerare non posset, & dissolutio humiditatem finiret, quanto magis cū duæ res se iuuent ad minorationem faciēdam, & retrocedendum? Et postquā sic est, oportet necessario, vt materia destruat, & calor extinguatur. Quæ quidem ratio etiā innititur ab Arist. in 2. de generatione animaliū. ca. 4. E

vbi loquitur de generatione dentiū. Amplius cum fm Philosophos in. 2. cœli, & mundi. text. com. 18. nullum violentum perpetuum esse possit, dato ꝙ semper vniformiter humidū repararetur, elementa tamen in mixto existentia violentiam passa q̄nq; alterarentur adinuicem, & dissoluerentur, vt uadant ad sua loca. vnde Aristo. & Com. in. 2. cœli & mundi. tex. com. 37. in tertia demonstratione, quam adducunt ad probandum ꝙ motus cœli non potest esse irregularis, sicut est in animalibus corruptibilibus, quia remissio vniuscuiusq; F

in talibus propter impotentiam euenit. impotentia autem præter naturam, etenim in animalibus in potentiæ omnes præter naturam sunt, puta senectus, & decrementum. tota. n. consistentia animalium forte ex talibus constat quæ differunt propriis locis, nulla enim partium ipsius habet eam quæ ipsius regionem. vbi Auer. in com. dicit. i. neq; motus cœli potest tardari & flecti in tempore futuro, flexibilitas enim motus erit in animalibus propter debilitatem,

debilitas

G debilitas autem est extra naturam, quia contingit quod hoc est accidẽs in animalibus ex prima generatione, & quia causa quod transmutatio, & corruptio accidat animalibus, est quia generatur ex elementis contrariis, & cum hæc sint in eis, non sunt in locis propriis, & hoc intẽdebat per hoc quod corruptio, & transmutatio cõtingit propter ista duo, quoniam propter contrarietatem transmutantur ad inuicẽ, & quia non sunt in suis locis appetũt separationem, & reuerti ad sua loca naturalia. Et ideo aliter est dicendum quod calor naturalis corrumpitur ab ipsis membris in quibus dominatur maxima frigiditas tunc tẽporis, & flamma cõsumpto oleo corrumpitur a continente, immo si bene consideras, sicut continue, est alia & alia flãma sic continue ẽt corrumpitur a continente, & alia generatur, & ista est veritas.

Solo propria.

H

PROPOSITIO XCII.

Intelligere diuersificatur secundũ diuersitatem rei intellectæ.

Solet allegari ista propositio ex 3. de anima. in text. com. 35. vbi Arist. ponit modum quo intellectus intelligit entia mathematica dicens. Abstractione autem dicta intelligit sicut simum sm quod simum non separate. inquantum autem concauũ si aliquod intellexerit sine carne actu, vtiq; intellexit in qua concauum sicut mathematica. & Com. in cõmẽ. elicit ibi istam propositionẽ in propria forma. Vbi animaduerte quod nõ omnes formæ quæ ab intellectu intelliguntur sunt æqualis abstractionis. vbi animaduerte vt dicit Aristo. in 6. primæ philosophiæ. tex. com. 2.

I

Non oẽs formæ intellẽ sunt equalis abstractiõis.

entia naturalia sunt sicut simum, & entia mathematica sunt sicut concauum. nam simum non potest esse nec intelligi sine materia sensibili, quia simitas est concauitas nasi, nulla. n. alia pars corporis simitatem habere potest, nisi nasus, & ideo talia accidentia limitantia sibi vnum certum determinatum subiectũ, dicũtur accidentia copulata, & in diffinitione istorum de necessitate ponitur tale subiectum, vt patet. 7. meta. text. cõ. 17. Entia autẽ mathematica sunt sicut concauum, quia concauitas licet sit accidẽs superficiei quæ est materia intelligibilis, non tamen limitat sibi aliquod subiectum sensibile determinate, quia indifferenter concauitas esse potest in naso, & in pede, & in animatis, & in rebus inanimatis. Quæcunq; igitur formæ ita esse habent quod non possunt esse, nec diffiniri sine materia sensibili, sunt appropriatæ naturali, sicut scribit Arist. in loco præallegato, & Com. in 2. phy. com. 18. sed quæcunq; formæ indifferenter considerari possunt, & cum materia sensibili, & abstrahendo a materia sensibili sunt cões vtriq; scientiæ. s. naturali & mathematicæ, sicut sunt magnitudines, & numeri, & accidentia istorum, sed diuersis modis, vt dicit Arist. & Com. in. 2. phy. nam physicus considerat de istis inquantum sunt vltimum seu terminus, physici corporis, sed mathematicus considerat de istis abstrahendo a corpore physico, & a materia sensibili, verbi gratia, naturalis considerat de corpore quod est trina dimensio inquantum est vltimum existẽs in corpore mobili, seu transmutabili, sed geometer cõsiderat de illo inquantum est trina dimensio absolute

K

L

M

A te similiter geometer considerat de superficie inquantum est superficies tantum, naturalis vero inquantum est finis corporis naturalis. nam vt scribit Cō. in. 2. phy. cō. 71. non inconuenit dū ens diuiditur fm cōsiderationem demonstratiuā, vt vna nā ingrediatur duas, aut plures artes, vt consideratio mathematici, & diuini de numero, & silr cōsideratio mathematici, & nālis in corpore, & linea, & in superficie. Et vt possis bene discernere propōnem naturalem a mathematica, & quamlibet propōnem propriam alicui sciæ, manda memoriæ

Nota.

B istam regulā, ꝙ propositiones absolute consideratæ specificātur a prędicatis, & demrōnes specificant᷑ a mediis. vnde logici bene dixerūt ꝙ prędicatū hēt locum formæ, & subiectū hēt locum materię. nam sicut forma est quæ dat speciē, & distinctionem rei, ita prædicatum speciem, & distinctionem dat propositioni. vnde ista propō, linea est terrestris, est naturalis, sed ista, linea est lōgitudo sine latitudine, est mathematica. ista autē, linea est ens, est metaphysicalis, sed ista linea est species, aut indiuiduū aut subiectū, aut prædicatū, oēs istæ

C sunt logicales. similiter ista, materia est ens, sensibile, est naturalis, sed ista materia est ens, vel materia est substantia, vel materia est ens in potentia, omnes istæ sunt metaphysicales, vt patet expresse per Auer. 1. ph. cō. 4. & 21. & 7. meta. cō. 5. & 9. &. 12. meta. cō. 15. & 29. Vnde non sunt distinguēdæ istæ propositiones, vt quidā ex modernis dicere ausi sunt, videlicet ꝙ ista propō, materia est ens, debet distingui. nam rōne subiecti est naturalis, & ratione prædicati est diuina. nunquam. n. neq; Arist. neq;

Cōtra modernos.

D Cō. ausus est dicere hoc. nā vt patuit vna, & eadem res materialiter sūpta pōt sub diuersis rōnibus formalibus pertinere ad diuersas sciencias. Et si dicatur ꝙ scientia secatur, quēadmodū, & res, tertio de anima. tex. cō. 38. Dico ꝙ ista propositio cōiter allegatur extra intentionem Aristo. ex illo loco, sicut ēt in multis aliis cōtingit modernis doctoribus, quibus euenit, vt dicit de Auicē. Auer. in. 3. de aīa. in com. 30. dicit. n. sed illud quod fecit istum hominem errare, & nos ēt longo tempore est, quia moderni dimittunt libros Arist. & considerant

Dubium.

Solutio.

E libros expositorum. patet. n. ꝙ Arist. ibi non vult dicere ꝙ sciæ diuersant᷑ ad diuersitatem rerum. nā tunc non posset esse vna scia quæ considerare posset de corruptibilib⁹ corporibus, & de æternis, & tn̄ hoc est falsum, vt patet de scientia nāli quæ considerat tam de cœlo, quàm de aliis corporibus coruptibilibus. similiter scia diuina de omnibus considerat. sed intentio Arist. ibi est dicere, ꝙ quēadmodum res diuiditur per potentiā, & actū de qua scia haberi potest, sic & scia, & ita ē t est de sensu, & sensibili, vnde ista sunt verba text. ibi nam

F in fine. 37. proposuerat ꝙ sciētia est quodāmodo scibilia, sensus aūt sensibilia, & declarans hoc in text. sequenti. subdit. Qualiter aūt hoc sit, oportet inquirere, secatur igr̄ scia, & sēsus in res, quæ quidem potentia est in ea quæ sunt potentia, quæ vero actu in ea quæ sunt actu, animæ aūt sensitiuum, & ꝙ scire pōt potētia hæc sūt, hoc quidem scibile, illud autem sensibile. vbi Cō. in cō. scribit, drīæ entium quibus diuiduntur sunt eędem, cū differentiis animæ, & sunt potentia, & actus. quemadmodū. n. sensus,

G & intellectus, aut sunt potentia, aut actu, ita omne sensibile, & intelligibile, aut est in potentia aut in actu, & cum ita sit, si sentiens fuerit in potentia sensatum erit in potentia, & si fuerit in actu sensatum erit in actu, & similiter est de intellectu cum intelligibili, necesse est, vt vere dicatur ꝙ illa pars animæ est illa pars entium. res. n. quarum differentiæ sunt eadē, ipsæ sūt eadē in illo modo fm quem habent easdem differentias. intellectus igitur est intellectum, & sensus est sensatum. Sic igitur propo

H sitiones simpliciter a prædicatis specificantur. Conclusiones autem quę demonstrantur specificantur a mediis, quia eadem conclusio potest demonstrari medio naturali, & medio mathematico vt quod terra est rotūda. Similiter eadem cōclusio potest demonstrari in naturali scientia, & in scientia diuina, sed in scientia metaphysicali vliori modo, sicut dicit Com. in. 2. meta. cō. 6. vbi inquit, & consideratio vlis in omnibus causis in eo quod sunt causæ est huius sciētiæ, & Arist. q̄uis vtatur hic demonstrationibus sciæ naturalis, tñ indu-

I cit eas vniuersalius, qm̄ quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tanto magis erit proprior huic scientiæ: & Arist. obseruat se in hac intētione. s. iducendo demonstrationes vles alio modo quā in sciētia naturali, & hęc est causa in iteratione illarū demonstrationum in hac scientia. Et ex illa auctoritate patet solutio contra temerarios, qui ausi sunt dicere Arist. fuisse imperfectum metaphysicum, quia tota fere meta. Aris. constat ex demonstrationibus naturalibus, & ideo imitari iubēt in metaph. Auic. cum tñ in nulla scia adeo. Auic. errauerit, sicut scribit Cōmēt. de eo in 3. de anima sicut in met. vt patet. com. 30. & hoc quia noluit Arist. imitari nisi in dialectica, sed in aliis errauit, & maxime in meta. & hoc quia incepit quasi a se. Et fuit etiam alia causa vt mihi videtur, quia plures opiniones sciæ diuinæ sunt radices legum, vt dicit Com. in. 2. meta. cō. 14. sermo autē Auic. semper inuenit quasi medius inter Peripateticos, & loquentes, vt dicit idem in 2. physi. cō. 22. & consimile dicit in 4. disput. in lib. destructionum in solut. 5. dub. & non aduertunt isti vicinitatem & ordinem istarum scientiarum adinui- L cem, cum istæ de substantia principaliter considerent, nec aduertunt ad diuersos modos fm ꝙ tales demonstrationes reiterantur in scientia diuina, nam ad pauca respicientes de facili enuntiāt. Reuertamur igitur ad declarationem propositi theorematis, & dicamus ꝙ intelligere diuersificatur fm diuersitatē rei itellectæ isto mō, quia non oīa intelligibilia sunt æqualis abstractionis, nam licet oīs scīa vtatur abstractione vlis a singularibus, quia demonstrationes, & diffinitiones sunt vniuersalium, & non singularium: tamen aliqua intelligi M bilia ita se hn̄t ꝙ nō possunt esse nec intelligi sine mā sensibili. aliqua vero licet fm esse sint in mā sensibili, diffiniri tñ, & abstrahi possunt a materia sensibili, vt sunt entia mathematica: quædā vero abstrahunt vtroq; modo, vt sunt substantiæ abstractę.

Contra temerarios ubtilitan tes.

Et aduerte ꝙ de talibus abstractis substantiis intellectus noster pōt habere diuersas intellectiones, attribuē do multa prædicata, quæ tñ multiplicitas nō est ex parte rei intellectę, sed est ex parte nostri modi intelligen-

di-

A di. vnde allegata propositio in talib⁹ locum non habet gl. elicitur ex intẽtione Auer. 12. meta. com. 39. Diuersificatur etiam, intelligere ad diuersitatem rei intellectæ quo ad nobilitatem 1. de anima tex. cõ. primi, & 2. cœli. cõ. 60. dicit Cõ. modicum nobile nobilius est multo ignobili. ¶ Diuersificatur etiam intelligere ad diuersitatem rei intellectæ, quantum ad facilitatem, & difficultatem 2. meta. tex. com. 1. & 2. de anima. cõ. 92. Diuersificatur etiam quãtum ad diuersos modos abstractionis, sicut diximus in principio.

B **PROPOSITIO XCIII.**

Agens, forma, & finis multoties coincidunt in unum.

Famosa est propositio ex. 2. physicæ auscultationis. tex. com. 70. vbi dicitur. Veniunt autem tres in vnam multoties, ꝙ quidem. n. quid est, & quod cuius causa vna est, ꝙ vero. vnde motus principium specie eadẽ est his, homo. n. hoĩem generat. Aduerte ꝙ licet Philosophus in physitis hoc asserat, tñ etiã in abstractis a materia uerificari põt hmõi propositio fm̃ similitudinem quãdam, C vt dicam. Sed videamus primo quõ vera est in physicis. intelligitur in actione vniuoca, & de agente principali, & de fine generationis. fallit autem in generatione æquiuoca, & de agente instrumẽtali, & de fine rei generatæ. Pro quo scire debes ex. 7. primæ philosophie. tex. cõ. 29. & infra, generatio duplex est ab vniuoco, & est quando generans, & genitum assimilãtur in forma, & sunt eiusdem speciei. sic dicimus ꝙ homo generatur ab homine, & forma domus in materia ab vniuoco dr̃ fieri a forma D domus existente in aĩa artificis sine materia. non. n. est de cõditionibus agentis formæ, vt sit in materia eiusdẽ speciei, cũ m̃a in quã agit forma, exempli causa, forma agens respectu lecti est in aĩa artificis quæ differt a materia lecti, vt dicit Auer. in. 2. de gene. cap. 2. Alia aũt gñatio est æquiuoca, & est qñ gñans, & genitum sũt diuersarum specierum, & nõ assimilant in forma proximi gñis, aut speĩ, sicut est gñatio ranæ a sole. clare aũt patet ꝙ agens æquiuocũ cum forã ꝗ est finis gñationis taliũ nõ sunt eiusdẽ speciei. Fallit de agentibus instrumẽtalibus, quia in gñatione vniuoca E effectus non assimilatur agẽti instrumẽtali, vt clarum est. Fallit in agente vlt, & remoto, & per accñs causante, sed locum habet de agente principali propinquo. sic. n. ex intentione Alexan. glossat. Auer. 12. primæ philosophiæ, istam propositionẽ in cõm. 24 ubi scribit ꝙ illa propositio quod simile fit a simi, verificatur tribus conditionibus. s. vt sit in agente non instrumento, & in propinquo, non in remoto, & in agente essentialiter non accñtaliter, intelligitur etiã de fine generationis, qui est ipsa forma, nõ de fine rei gñatæ qui est ipsa F operatio, glossa est Auer. in cõ. 70. secundi physi. finis tñ generationis, & forma in generabilibus illo modo iam dicto incidunt in idẽ numero, quia eadem forma numero, alia, & alia ratione concepta finis, & forma dici põt. finis quidẽ respectu gñationis non respectu rei gñatæ. nam forma hominis non est finis hominis, sed est finis gñationis hominis, & eadem potest dici forma respectu compositi. Vnde lucidissimus Themist.

Generatio duplex.

G in.2.de anima.cap.6.inquit: Nempe forma tametsi in materia producitur, non tamen ipsi materię forma est, sed eius quod ex duabus facultatibus conditum est. nunq̃ tñ agens, & forma quæ est finis generationis põt in mortalibus coincidere in idẽ numero, quia vt patet 2. de anima. Nihil seipsum gñat te.cõ.47. in abstractis aũt a materia ista tria coincidũt in idem numero, vt in.1.principio. nam vt scribit Auer. 12. primæ philosophiæ.cõ.5.&.6. primum efficiẽs, prima forma, & primus finis sunt vnum in subiecto, & tria in intentione.

H vnde Auer. ibidem cõ.29. in substantia æterna sunt causæ quæ fm similitudinem dñr cum causis generabilibus, & corruptibilib°. vnde deus sublimis non dr forma informans p formalem inhærentiam, sicut multi rudes, & profani dicere conati sunt. nam hõc non decet dei celsitudinẽ. non.n. omnis forma inhæret, sed est forma extrinsecus perficiẽs, sicut dominus est forma serui. Audiant isti Auer. 12. primę philosophię & Alex. co.37. vbi inqt, & Alex. dixit qđ dixit hoc ne aliquis existimet qđ intendit perfectionem q̃ est accñs in perfecto,

Cõtra ponẽtes deũ formã informãtẽ.

I perfectionũ.n. pp quas mouet pfectum, quædã sunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur vt illud quod mouetur propter sanitatem, & quædam sunt substantiæ extrinsecæ a re quæ mouetur ad eas, vt assimiletur eis vt inueniuntur oẽs actiones seruorum, qm sunt erga genera intentionum domini sui. igitur dicuntur esse propter dominũ, & similiter omnia entia cũ hoc primo principio. quid clarius dici potuit? Et in lib. destru. destructionũ. dispu.1. in solutione dub. vlt. inquit. Dicimus nos q̃ ad hoc respondendũ

K est videlicet q̃ nõ est impossibile reperiri perfectiones similes dispositionibus quæ separantur a subiecto, sicut nauta a naui, & artifex cum suo instrumento. Et confirmatur. nam alias irrationabilis fuisset petitio Aristo. in 2. de anima ubi posita generali animæ diffinitione dicente, q̃ anima est actus corporis organici physici potẽtia vitam habentis, in tex. cõ. 11. deinde subdit. Amplius autẽ immanifestum si sit corporis actus anima, sicut nauta nauis, si omnis actus actuat inhærenter. Similiter primũ principium non est finis qui per generationẽ acquiratur, sed est per participationem suę bonitatis omnibus entibus communicatus, vt exigit natura, & conditio vniuscuiusq;. Et

L similiter etiam est agens fm similitudinem, vt declarat Commẽ. 4. cęli. & mundi. com. 1.

PROPOSITIO XCIIII.

Mouens corporeum non mouet nisi motum.

Propositio vulgata ex.7.& 8.ph. Contra quam tamen dubitauit Theophrastus, vt inqt lucidissimus

M Them. in erroribus primi de anima ca.17. vbi inquit, sed resistit huic loco Theophrastus in his libris in quibus tractat locos ab Aristo. ante tractatos nõ eodẽ inquit, mouetur aĩa motu quo mouet ipsa corp°, iudicia comprehẽsiones assẽsiones sunt animæ motus. locales vero sunt corporis, præterea neq; retortionẽ illam videri seriam necessariamq;, vt eo. s. motu quo corpus mouetur eodem moueri animam sit necesse. nam trahitur lignum ab homine nõ tamen

contra

A contra homo videtur trahi ligno. Itém vapores vi solis in sublime rapti rectis angulis subuolant, sol ipse versa vice non rapitur, nec in linea mouetur, sed in orbem & circulum. Hæc sunt Theophrasti argumenta contra Aristo. in. 1. de anima. tex. cõ. 41. vbi arguit contra antiquos dicẽtes animam per se moueri. Quibus respondet Them. dicens, solutio est primum demonstret ille iudicia, & assensiones esse motus, hoc nunquã præstabit vtiq;, si definitionem motus recipit quã supra nos attulimus motum esse continuum, & attendi
B cum tempore ex indiuiduis motionibus non componi de potentia ad actum conferri, & dum cõfertur obiter retineri potentiam quorum ille omnium tanquam videtur oblitus, ꝙ eo magis mirari subit q̃d ille edito commentario amplexus est oĩa quæ de motu ab Aristot. conscripta sunt, cęterum homines qui lignum trahunt, & sol qui in gyrum torquetur, quo motu mouent eodem etiã motu mouentur. mouet adeo & mouentur motu locali, ꝙ si alio motu numero, aut specie mouentur nihil ad rem. nec. n. tenere aliud Arist. vo-
C luit quã vt id quod locali motu mouet, si propterea quod mouet etiam mouetur, necesse sit ét ipsum quoq; motu locali moueri. Ex qua quidẽ
Glossa fm Themist. Themist. dissolutione elicitur ista limitatio ꝙ in mouentibus corporeis mouens necesse est moueri vel eodem motu, vel diuerso saltim in specie. nõ enim est necessarium vt eadẽ specie motus mouens, & motum moueantur, vt patuit in exemplis adductis. Com. etiam Auer. in eodem loco, cõ. 41. in. 1. de aĩa mouet consimilem dubitationem dicens Et cum quidam existimauerunt ꝙ hæc con- D
tradictio est fm rẽ in se, dederunt dubitationes super Arist. in hac probatione dicẽte, ꝙ oẽ corpus nõ mouet nisi moueatur, & dicunt. nos videmus hic multa quæ mouent, & non mouentur illo modo motus, vt lapis retitus, q̃m cũ calefit mouet paleam motu locali, tñ ipse nõ mouetur. Et soluendo Auer. inquit. sed iste nõ est locus istius q̃onis, & eius dissolutio iã dicta est in. 8. physi. vbi indigebat ponere istã propõnem, & est in tex. cõ. 35. si q̃ esset propria huic loco cõtradictio esset fm rem in se, quia multa videmus alterare quæ tñ non E
alterantur. sumus igr̃ inter duo, aut debentes ponere ꝙ contradictio est fm rem in se, & tunc non erit verum nisi in motu locali, quod non sonant verba Arist. aut ponere ꝙ contradictio est fm sermonẽ dicentis nõ fm rem in se &c. Ex quibus verbis Auer. Glossa fm Auer. elicitur ista limitatio ꝙ proposita propõ solum locum hẽt in motu locali vnde. 8. physicæ auscult. vbi est locus propri' & indigebat ista propõne ad demonstrandũ ꝙ in mouentibus; & motis localiter est deuenire ad vnum primũ motũ ex se, quod mouetur a motore non moto. ponitur F
ibi ista propõ in tex. cõ. 35. & Com. sic glossat illã. nam inquit, corpus. n. impossibile est, vt moueat in loco sine eo ꝙ moueatur essentialiter. Propõ igr̃ est vl̃r vera de motu locali fm viam Peripateticorum, ꝙ oẽ mouẽs corporeũ localiter non mouet nisi localiter moueatur, quod autem eodem modo motus fm numerũ aut speciẽ moueat, & moueatur, hoc nõ est necessariũ, quia sufficit ꝙ sit idẽtitas in gñe tñ. Vnde fallit allegata propõ in motu alterationis, quia nõ

G omne corpus alterans alterat, nec ea dem specie, nec sm genus, vt clarum est de corpore cęlesti quod alterat alteratione passiua ista inferiora, & tñ ipsum inalterabile est tali gñe alterationis, vt patet in. 1. cœ. & mun. tex. cõ. 20. & in lib. de substã. orbis. nota tñ ꝙ licet moués corporeum in alterando nõ est necessariũ quod alteretur; nec eadẽ alteratione sm speciẽ, aut sm genus, tñ necesse est qd moueatur aliquo motu diuerso sm genus, vnde cęlũ licet in alterando nõ alteretur, tñ mouet localiter. Sed est instantia contra limitationẽ Auerr.

Instantia.

H nã magnes localiter attrahit ferrũ, & tñ non oportet ꝙ in tali attractione magnes localiter moueatur. Nisi esset ꝙ sic intelligitur dictũ Auer. ꝙ oẽ mouens corporeũ localiter immediate aliquid in mouendo localiter mouetur, modo magnes immediate non mouet localiter ipsum ferrum, sed mouet mediãte alteratione qua alterat medium per impressionẽ cuiusdam qualitatis, & mediũ taliter alteratum alterat ferrũ, vnde postmodum ferrũ taliter alteratũ mouet se ad magnetem localiter. vnde Com. in. 8. ph. cõ. 35. scribit, & similiter ferrũ est quoquo mõ de numero, eorũ

Solutio.

I quæ mouentur naturaliter cum nõ mouetur a magnete nisi per alterationem, quam acquirit mediãte aere, & magnete, & ideo qñ complexio magnetis transmutatur nõ attrahit sicut accidit ei qñ confricatur cum alliis vt dr. & hoc manifestum est in lapide qui non attrahit paleas donec calefiat. vnde ẽt in 7. physi. cõ. 10. inquit. Ad hoc autem quod quæritur quoniam plura attrahentia videntur attrahere sine tractu, & sine motu. dicendum est ꝙ hæc dr attractio æquiuoce attractio. n. in rei veritate

K est illa in qua attrahens mouetur cũ attracto, & hoc qñ attractum ad ipsum nõ fuerit quiescẽs. necesse. n. est vt motus attrahentis sit velocior motu attracti, & hoc inuenitur in virtutibus volũtariis, & inuenitur in multis virtutibus naturalibus vitalibus, & ideo posita sunt fila in mẽbris animaliũ, attractio autem in qua attrahens est quiescens, & attractũ motũ non est attractio in rei veritate, sed attractũ mouetur ex se ad attrahens, vt perficiat, sic vt terra mouetur ad inferius, & ignis ad superius, & similiter oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetem, & nutrimenti L

ad membra. ver. gr. de motu sanguinis ad superiora corporis, & vlr nutrimẽti arborũ ad superiora eaꝝ, sed est differentia inter ista, & illa q̃ mouentur ad locum proprium. qm̃ illa mouetur ad locũ, siue fuerit propinquus siue remotus. nutrimenta vero non mouentur ad nutriendũ nisi fuerint in aliqua dispositione de nutrito, & similiter ferrum non mouetur ad magnetem nisi cum fuerit in aliqua qualitate de magnete. & iõ magnes qñ fricatur cum allio amittit virtutem. nam ferrũ tunc non acquirit de lapide in illa dispositione, M

A formalis alicuius,nõ poteſt eſſe ſine eo,cuius eſt proprietas, ſiue ſine ſua cauſa,ſicut eſſe albũ quod eſt effect⁹ formalis albedinis,non põt eſſe ſine albedine: ſed habere partes integrales eiuſdẽ rationis,quarum quęlibet põt eſſe hoc aliquid,& vnũ aliquid eſt proprietas, ſeu effectus formalis quantitatis inquantũ quantitas eſt: igitur non põt inueniri ſine quãtitate. Quo ſtante,patet ſolutio ad rationes adductas. Ad primam reſpondetur,ꝙ in vno pugillo terræ dicitur eſſe plus de materia quã in duobus pugillis aquæ,& in vno aquæ plus ẽ

Solutio rationum.

B de materia,q̃ in duobus pugillis aeris. nã ex vno aquę fiunt decẽ aeris, non quia mã in actu habeat aliam diuiſionẽ ab illa quã recipit à quantitate,vt imaginatur argumentum, ſed hoc eſt ſolũ in potentia tm̃, pro quanto,videlicet materia ſtans ſub vno pugillo terræ,eſt in potẽtia per tranſmutationem ſubſtantialem ad maiorem extenſionem quantitatis, quàm materia ſtans ſub duobus pugillis aquæ, quandoquidem ex vno pugillo terræ poſſunt fieri decem aquæ,& ita dicendum eſt de vno pugillo aquæ reſpectu duorum aeris,

C vnde Cõm.in primo cap.de ſubſtantia orbis. ſcribit, & hoc totum conuenit ſenſui. videtur enim ꝙ forma caliditatis quãdo agit in aquam incipit aqua augeri, & creſcere in dimenſionibus, & vicinari dimenſionibus aeris,cũ igitur peruenit ad maximam quantitatem aquæ,tunc ſubiectum eius denudatur à forma aquæ, & quantitatem dimenſionum aquę propria,& recipit formã aeris, & quantitatẽ dimenſionem ꝓpriarum formæ aeris. Et ſilr̃ facit cõtrarium forma frigiditatis in aere.ſ. ꝙ dimẽſiones aeris nõ ceſſant diminui

D donec ſpolietã ſua forma,& recipiat formã aquæ. Sic igitur patet,qũo in vno pugillo terrę eſt plus de materia quàm in duob⁹ pugillis aquæ,quod hoc eſt in potentia intelligẽdum nõ actu,ex hoc autem non ſequitur, ꝙ materia habeat aliam extenſionem in actu ab illa quã recipit à quantitate,quia pariformiter ſequeretᷣ qualitatem quę extenditur merito quãtitatis habere aliam extẽſionem ab illa,quam recipit merito quãtitatis, quod eſt falſum. Ad ſecundam rationem dicitur,ꝙ peccat per fallaciã

Ad ſcdam

E æquiuocationis,nam materię cõpetit habere partes ſubiectiue, quantitati aũt formaliter,vñ bene cõcedo, ꝙ ſub diuerſis ptibus quãtitatis ſunt diuerſæ partes materiæ, tamen materia dicitur habere partes ſubiectiue,non formaliter loquendo de partibus integralibus eiuſdem rationis, quarũ quęlibet poteſt eſſe ſine alia, vnde non ſunt ibi diuerſę partibilitates quibus aliquid formaliter dicitur eſſe quantum atq; partibile, ſed eſt vna tãtummõ,& eſt ipſius quantitatis inquantum quantitas eſt, per eam enim aliquid formaliter dicitur eſſe quantum,& diuiſibile. Sed re-

F plicabis,diuiſio partiũ materiæ præintelligitur quantitati. ergo in illo priori materia habet partes,& tamẽ non per quantitatem. Ad hoc reſpondetur, quòd ſi argumentũ procedit de partibus ſubiectiuis non eſt ad propoſitum, quia de talibus non loquimur nunc,ſed ſi intelligas de partib⁹ integralibus eiuſdem rationis,ſic negatur aſſumptũ,& ſi probaretur,quia ſicut ſubſtantia compoſita præcedit accidentia,& ſm Auer.7. meta.com.2. Indiuiduũ ſubſtantiæ

Replica.

Solutio.

 præce-

G præcedit indiuidua accidentium. ergo partes & distinctio partium substantiæ præcedit partes, & distinctionem partium accidentium. Nisi esset ꝙ licet partes materiæ quo ad id quod sunt præcedant quantitatem, quia substãtia absolute ꝑcedit quãtitatem, & omne accidẽs, non tamen præcedunt quo ad esse diuisum per diuisionem quæ est proprietas, quãtitatis, aut effect⁹ formalis eiusdem, sicut licet substantia præcedat qualitatem absolute, non tamen quo ad esse quale, quando nihil potest esse quale sine qualitate. inquit. n. Arist.

H in quinto metaph ꝙ accidẽs secundum rationem est toto prius, vt musicum homine musico. nõ enim est ratio tota sine parte, nanq; non contingit musicum esse non existẽte aliquo musico. Redeamus igitur & dicamus ꝙ quantitas est per se primo diuisibilis illo mõ, & sic est eius proprietas, fallit autem de eo quod est diuisibile per accidens, sicut est qualitas, & sicut sunt formæ, vnde Auer. in lib. destruct. destruct. disput. 1. in sol. 18. dubij, inquit. Sed id quod dicebat, ꝙ diuisio non potest diuidere in quantitabile falsum est absolute,

Limitatio nes propositionis.

I videlicet, ꝙ hæc propositio non est vl'is, immo deficit in quodã modo, hoc. n. verificatur in eo quod per se diuiditur, sed non in eo qđ diuiditur per accidẽs. s. id quod diuiditur rõne subiecti diuisibilis per se, vt albedo quæ diuiditur rõne subiecti diuisibilis per se. s. rõne corporis, & hoc modo forma, & aĩa diuiduntur ratione subiectorum. Intelligitur ẽt propositio ꝙ diuisibilitas est merito quãtitatis formaliter, sed subiectiue est merito materię, & hoc vel materiæ, quę est in potentia ad eẽ, sicut est in istis generabilibus, & corruptibilibus, vel

K materiæ quæ est in potentia ad vbi tantum, sicut est orbis cœlestis, præcipue in via Auer. Intelligitur etiã propositio ad hoc, vt sit vl'r vera de diuisione quæ fit in partes ſm designationem propter corpus cœleste, & propter minima naturalia, quia non semper omne quantum est diuisibile ſm actualem separationem. Vel si sic velis intelligere, hoc erit secundum non repugnantiã, quia cœlo inquantum est quoddam quantum qđ possit in ea quę insunt, quorũ quodlibet, aut vnũquodque aptũ natum est esse hoc aliquid, & vnum

L aliquid diuidi non repugnat, licet repugnet cœ'o inquantum cœlum, sicut in simili dicit Cõm. in. 7. physic. com. 2. ꝙ cęlũ inquantum corpus potest quiescere, sed non inquantũ cœlum, & sic de minimo naturali dicas consequẽter. Animaduerte tamen ꝙ plerunq; contingit quod cum diuisione quantitatiua quæ est totius integralis in partes integrales, associatur diuisio totius vl'is in partes subiectiuas, præcipue in homogeneis substantijs, & in hoc contingit intellectum errare putando nullam esse drĩam inter vtranq; diuisionẽ, sicut Nota.

M quando vnum lignum diuiditur in plura ligna, & vnus lapis in plures lapides, & est error magnus, quia totum integrale nõ potest in recto formaliter prædicari de parte integrali, sed totum vniuersale bene prædicatur formaliter de partib⁹ subiectiuis, & ideo aduerte, ꝙ licet concurrãt diuisio totius integralis in partes integrales, & diuisio totius vniuersalis in partes subiectiuas, sicut contingit in homogeneis, tamẽ nõ sunt vnius totius diuisi, quia totum quãtum di

A uidit diuisione quantitatiua,& non prædicatur de aliqua parte diuidẽte sic, nec quantum heterogeneum de suo diuidente. vniuersaliter.n.nulla pars quantitatiua est totum illud cuius est pars, sed cum hoc concomitatur quod sunt plura indiuidua habẽtia idem commune, quod diuiditur in ipsa alia diuisione,& illud cõe non erat illud quantum quod diuidebatur diuisione quantitatiua, est igitur aliud totum diuisum hac diuisione & illa,& tamen in easdem partes per accidens, sed formaliter partes alterius rationis respectu huius

B totius,& illius, quia respectu huius integrales,& respectu illius subiectiuas,& propter istum cõcursum duarum diuisionum duorũ totorum in partes in quibus cõcurrit diuersa ratio partis, putauerunt aliqui, ꝙ ista duo tota diuiderẽtur in partes eiusdem rõnis,& quod accipitur à Philosopho. Dicendum ꝙ Philosophus non dicit quantum diuidi in partes eiusdem rõnis,sed quod est diuisibile in ea quæ insunt,quorũ vtrunq;, vel singulum est natum eẽ aliquid, & hoc aliquid in ea quę insunt. inquit,tanquã componẽtia totum cui

C insunt. igitur non sicut in partes subiectiuas quę non sic insunt, quorũ vtrunq; si diuisio fiat in duo, aut singula,si in plura natum est esse aliqd per se.f.existens eo modo quo totũ, quia inquantũ aliquid est pars quãtitatiua diuidens,ita per se potest eẽ sicut totum diuisum, & hoc contra diuisionem compositi in materiam & formã,& hoc aliquid,& hoc contra diuisionem generis in species, & si numerus componeretur ex diuersis numeris,non obstaret rationi numeri inquantum quantus,quod diuideretur in numeros alterius rationis,& eodem modo nõ obstaret vniuersali, puta quanto quod diuideretur in partes alterius rationis,sicut si componeretur ex partibus alterius rationis, si cõponeretur ex bicubito & tricubito,quę differunt specie, ita etiam quantitati non obstaret diuisio suiipsius in partes eiusdem rationis.cõcedo igitur de facto,ꝙ licet totum nõ requirat quod diuidatur in partes alterius rationis, tamen nõ requirit eas esse distinctæ rationis, qa inquantum sunt partes quanti, non sunt alterius rationis,licet enim caput,& man⁹,& cor sunt partes quan-

E titatiuæ,& alterius rationis, non tamen sunt partes alterius rationis.inquantum sunt præcise partes quãti. eo ergo modo quo verum est, licet à Philosopho nõ possit accipi ꝙ quantum diuidatur in partes eiusdem rationis oĩno,non est ad propositum, quia non diuiditur in partes in quibus includatur ratio diuisi,sed ĩ partes quę infuerunt diuiso,& habẽt rationem vnam nõ illius, sed alicuius cõis illi toti, & ipsis.f.diuidentibus: species autẽ diuiditur in partes eiusdem rationis,quarũ quælibet inclu-

F dit rationem diuisi, & non aliquid aliud alterius rationis cõe diuiso, & diuidentibus. ita notabiliter tenuit subtilis Doctor in.2.sent.dist.3.q.4. in illa parte, vbi infringit rationes Aegidij Rom. Discrepat igitur à via communi Scotus in hoc,quia dicit, ꝙ nõ est de ratione quanti diuidi in partes eiusdem rationis propter causam assignatam, sed via communis tenet oppositum.

Nota hic aliam propositionem,q̃ solet allegari,ꝙ idem nõ potest esse diuisiuũ,& diuisiuũ respectu eiusdẽ, ADDI.

ꝙ

G ꝙ veritatem habet propositio in diuisione secundum se, fallit autem in diuisione secundum accidens, & præcipue quando accidēs diuiditur per accidentia, vt dicit Boe. in libro diuisionū. Dicimus nos, quòd partes integrales quędam sunt alteri⁹ rationis, vt materia, & forma, vt dixim⁹, & tales naturaliter ita se habēt ꝙ vna naturaliter non pōt esse sine alia. Aliæ aūt sunt partes integrales, quæ ideo dicuntur eiusdem rationis, nō quia totum integrale prædicetur in recto de ipsis, sed pro quanto tales participantes naturā quantitatis, sunt eius-

Cōcordia. Partes integrales dupliciter.

H dem rationis quātum ad hoc, ꝙ vna non potest esse sine alia, & sic intelligit via cōmunis, nec hoc Scotus negare potest, illud autem dictū est notabile, quod licet in eodem per accidens coniungantur diuisio in partes subiectiuas, & in partes integrales, vna tamen est distincta ab alia. Aduerte etiam vt scribit Auer. in .3. cœli, & mundi. cō. 7. quod vt etiā supra patuit per nos diuisibilitas qualitatibus, & formis competit per accidens, sed de his, quæ sunt per accidens nulla scientia cōsiderat. Tunc igitur est quæstio quomodo scientia natura-

I lis se intromittit in hoc, dum loquitur de diuisione qualitatum, & formarum. Ad hoc autem soluit Auer. dicens, dicamus respondendo, quòd accidentia de quibus artifex considerat quædam sunt, quæ existunt in suo subiecto essentialiter, & primo, vt par, & impar in numero, & quædam existunt sub similitudine ad accidentia existentia in subiecto alterius scientiæ naturaliter, vt arithmeticus considerat de numeris superficialibus, & solidis, & considerat geometer de superficiebus, & lineis, & corporibus communicantibus, & plus de hoc est sciētiæ inferioris consideratio tantū in accidentibus contingentibus suo subiecto propter subiectum alterius scientiæ, vt prædictum est, & cum tu inspexeris considerationem naturalis in diuisione continui, inuenies ipsam esse in consideratione demonstratam his duobus modis quos dixim⁹, scilicet modo per assimilationem, & modo per causam cum diuisio qualitatis sit similis diuisioni quantitatis, & causa diuisionis earum sit diuisio quantitatis, in eo quod est quantitas.

K

L Vult dicere in hac solut. quæ videtur obscura sententia Arist. in primo posteriorum analyticorum, in illo cap. Non est ex alio genere trāscendentem demōstrare, & est tex. com. 22. vbi dicitur nō est arithmeticam demōstrationem accommodare in magnitudinibus nisi magnitudines numeri sint. vnde accidētia demonstrabilia sunt in duplici differentia; quędam quæ existunt primo, & essentialiter illi sicut par. & impar est passio primo competēs numero, inquantum numerus est, & quædam sunt accidentia secundum similitudinem ad accidentia existentia in subiecto alterius scientiæ, sicut lineę, & magnitudines, vt sunt numerabiles participant par, & impar, ꝙ primo erat numeri inquantum numerus, & ita per oppositum numerus, vt induit aliquam rationem magnitudinis, habet propria illius. vnde considerat arithmeticus de numeris solidis, & superficialibus, cum tamē ista per se primo, & vere, & essentialiter insequantur magnitudines de quib⁹ est geometria. ita in proposito, vult Cōm. ꝙ diuisibilitas istis duob⁹ modis

Dicit etiā Cōm. 1. de a a cō 17. qđ accidētia nō abstracta a corpe, & cōsequentia ipsum non in eo qđ transmutabile, sed in eo qđ est corpus tm̄, & magnitudo & sunt ea, quę in-

M telle intelligit secūdū abstractionem a mā scdm veritatem sunt, materia sunt de quibus cōsiderat mathematicus, & ē snia Aris. ibidem in tex. vbi patet qđ ac-

A dis demſatur in philoſophia, modo per aſſimilationem, & modo per cauſam. nã qñ demonſtratur de quãtitate, cui primo, & eſſentialiter competit, tunc dicitur demonſtrari per cãm. ſ. adæquatam, quia eſt ei primo, & vl'r competens, ſed dũ demonſtratur de qualitatibus, & formis, tũc demonſtratur de illis per aſſimilationem. nam qualitates & formæ, vt in duunt rõnem quanti participant diuiſibilitatem, quæ eſt proprietas quãti in eo ꝙ quantum iuxta illud Ariſ. in prædicamentis. Quanta ſuperficies fuerit, tantam albedinem fore dices, & ita vides ex præſenti Auer. authoritate, qualiter diuiſibilitas ſit paſſio primo, & eſſentialiter fluens a quantitate inquãtum quantitas eſt.

efſtia quæ fluit a rõne q̃titatis abſolute ſ quantũ q̃tit s ſunt, vt ſic mathematicę cõſiderationis. & ſi a nãli cõſiderat' tũc magis cõtractè conſiderãtur, vt patet ſe cũdo phy. tex. cõ. 18.

B ſi uis autem reſolute, & ample videre naturam quantitatis, & interminatæ, & terminatæ, vide quæ ſcripſi in libro de ſubſtãtia orbis latiſſime.

Iuxta hoc intelligis propoſitionẽ notabilem, quæ dicit quòd totum ſequitur partes in magnitudine, & paruitate, intelligitur .n. de partibus ſm quantitatem, & non ſm qualitatem, & quia partes ſm quantitatem ſunt duplices, videlicet in potentia, & in C actu, propoſitio locum habet de partibus in actu, & ſunt quæ actu ſunt in toto, & in quas totum poteſt diuidi in actu, ita ꝙ vt dicit Themiſt. 1. phyſi. ſuper. 36. poſſunt ſeorſum eſſe a toto, & a ſeinuicem. limitatio eſt Ariſt. & Com. 1. phy. tex. com. 36.

PROPOSITIO XCIX.

Intellectus abſtrahit a materia.

Intellect⁹ quatuor modis ſumitur.

NE ſit Confuſio in hoc, ſcire debes ꝙ intellectus apud Peripateticos ſumitur multis modis, & ſm ꝙ ſcribit Com. in. 3. de anima com. D 20. ſumitur quatuor modis. Primo namq; modo dicit' de intellectu materiali. i. de ĩtellectu poſſibili, de quo Ariſto. locutus eſt in principio 3. de aĩa. in tex. cõ. 5. & dixit quod eſt oĩa fieri, & ꝙ nullam habet naturã niſi ꝙ poſſibilis eſt vocatus animæ intellectus, pro tanto autem dr̃ materialis ſiue hylealis, quia cum ſit quoddam ens, & non eſt forma materialis, nec compoſitum ex materia, & forma nec etiã eſt prima materia, quia alia eſt receptio primę materię, & alia eſt receptio intellectus poſſibilis. nam vt ſcribit Com. in 3. de anima cõ. 5. E in principio. Diffinitio intellectus materialis eſt illud, quod eſt in potentia omnes intentiones formarum materialium vniuerſalium, & non eſt in actu aliquod entium anteq̃ intelligat illud, & cum iſta ſit diffinitio intellectus materialis, manifeſtum eſt ꝙ differt apud ipsũ a prima materia in hoc, quod iſte eſt in potentia omnes intentiones formarum vniuerſalium materialium, prima autem materia eſt in potentia omnes iſtæ formę ſenſibiles non cognoſcẽs, neq; comprehendens, & cauſa pro- F pter quã iſta natura eſt diſtinguens & cognoſcens, prima autẽ materia, neq; diſtinguens, neq; cognoſcens eſt, quia prima materia recipit formas diuerſas. ſ. indiuiduales, & iſtas ideſt mãliter ſignatas pp inſtãtiã de ſenſibus, intellectus aũt recipit formas vl'es. vnde non eſt opinandũ, vt inquit ipſe in eodem. 3 cõ. 28. ꝙ materia ſit cauſa receptionis ſimpl'r, ſed eſt cã receptionis tranſmutabilis. ſ. receptionis huius indiuidualis. vnde neceſſe eſt, vt illud quod non recipit receptione indiuiduali, non ſit mãle

vllo

G nullo mō,& pp hoc,vt dicit Cōm.in solut.tertiæ.q.cō.5. Intellectus iste possibilis est quartum gen⁹ entium. nam queadmodum esse sensibile diuiditur in materiam,& formā,sic esse intelligibile diuiditur in duo.s.in aliquod simile formæ,& in aliquod simile materiæ,& ideo iste intellect⁹ dicitur materialis,qa est materia intelligibilium vniuersaliter, & abstracte recipiens. Secundo modo sumitur intellectus pro intellectu agente, vt patet.3.de anima tex.cō.17. Nā sicut intellectus possibilis est omnia fieri,& est omnia modo similitudi-
H nis,& receptionis.i.fit omnia recipiē do similitudines omnium. ī hoc.n. discrepat Arist.ab Empedocle, & sequacibus,qui ponebant aīam realiter ex omnibus esse compositā, quia omnia cognoscit, & cognitio apud eos erat per assimilationem cognoscentis ad cognitum.vnde cum Empedocles principia materialia omnium quatuor elementa posuerit,sine dubio voluit ex eisdem animam esse cōpositam, dum metrice sic de anima scripsit.

Terrea,vis terras,vis humida percipit vndas,
I Aether ab ętherea sentitur, ab igni bus ignis.

Sed & hi,qui ex vno duntaxat elemento aīam fabricantur, eius quoque qualitatem solum tribuunt animæ. Heraclitus caliditatē, quæ igni conueniat. Hippon humiditatem, quę aquæ sit propria, vt patet in erratis primi de anima tex. com. 35. & 36. Arist. autem voluit animam nullam realiter habere naturam ex istis formis quas recipit, sed esse in potentia ad omnes. vnde intellectus est tāquam tabula rasa in qua nihil est depictum.3.de aīa. tex.cō.14. & K
voluit silitudines rerū recipi in aīa. vnde tex.cō.38.lapis non est in aīa, sed species lapidis. ita igit̄ oportuit intellectum agentem esse omnia facere.vnde officium eius est transferre res de ordine in ordinem, & facere de potentia intellectis actu intellecta.nam cum phantasmata, seu modo loquendi Auer.intentiones imaginatę cū sint potentia intellectę,qa non possunt mouere intellectū possibilem,qui ī materialis est nisi fiant actu intellectæ,ideo opus fuit ponere intellectum agentem. nam.3. de anima.com.18.in calce commen. si L
darētur vl̄ia extra aīam sicut posuit Plato,tunc nō opus esset ponere intellectum agentem,quia talia essent actu intellecta,& abstracta à materia,& conditionibus materiæ, & per consequens de se sine aliquo extrinseco motore possent mouere intellectum possibilem ad intellectionem. Tertio mō sumitur intellectus apud Peripateticos pro intellectu in habitu.i.pro ītellectu speculatiuo, & iste intell̄s secundum Theophrastum, & Themistium cōstat ex intellectu agente, & possibili, vt imponit sibi Auer.in com.5. in.3. de anima, sed M
fm Auerro. concurrunt vltra intellectum agentē,& possibilem intentiones imaginatę,& ideo fm Auer.ītellectus speculatiuus ex parte qua depēdet à phātasmatibus,quoquo modo est generabilis,& corruptibilis,& quoquo modo est æternus. nam secundum indiuiduum est generabilis,& corruptibilis, sed secundū speciem est æternus. Quarto & vltimo mō sumitur intellectus pro virtute imaginatiua, siue cogitatiua, & de hoc loquutus ē Ari. ī.3.de aīa.tex.c. 20.

A 20. dum dixit ꝙ intellectus passiuus corrumpitur. & sine hoc nihil intelligit anima. Vlterius scire debes ꝙ materia apud Philosophos multifariã sumitur. nam vt scribit Auer. in fine libri de substantia orbis. Materia hẽt gradus, & potentia hẽt grad'. nam infimus gradus materiæ in rebus corporalibus est prima materia, quæ de se est substantia quædam, & natura quæ non est forma, nec formam habens, nec vlẽm, nec particularem, nec priuationem aliquam sibi propriã, sed est in potentia ad oẽs formas substantiales, & accidentales,

Mã multipliciter dr

B & hæc dicitur prima materia, & primum hyle, & est substantia simplex. Alia autem est materia composita, & ista nõ est natura sed naturatum, aut habens naturam. vnde Cõmẽ. 1. physi. vbi Aristo. ponit diffinitionẽ primæ materiæ dicens. Dico autem materiam primũ subiectũ vnicuiq; ex quo fit aliquid cum insit, non secundum accidens, ponderans ly primum, subiectum dixit, hoc. n. secundum subiectum, & primum conueniunt in hoc quod generatum inuenitur ex eis per se, & differunt in hoc quod primum est in potentia, & se-

C cundum in actu, aut mõ medio inter potentiam, & actum, sicut est dispositio in illo quod gñatur ex pluribus vno subiecto, vnde tale appellatur materia secunda. Materia etiam apud Philosophos triplex est, alterationis tm̃, compositionis tm̃, alterationis, & compõnis sil'. exẽplũ primi, vt humores respectu mẽbrorũ, exẽplum secundi, vt literæ respectu syllabarum, exemplum tertij, vt elementa respectu mixti, qa mixtio est miscibilium alteratorum, & non corruptorum vnio. ista distinctio de tripli

ci materia habetur in 2. phy. auscultationis in com. & tex. 31. Materia etiam q̃ est in supremo gradu in rebus corporalib' est materia in actu, & ista rectius dicitur subiectum q̃ mã, & ẽ orbis cœlestis, ita scribit Cõ. in. 2. ca. de subã orbis dicẽs, sed quia natura corporis est alia a natura animæ, quia est cõpositũ, & necesse est mouens, & motũ esse diuersa, necesse est cõsiderare de natura illius corporis, & quia declaratũ est hoc corpus esse ingenerabile, & incorruptibile, apparet quod est necesse, vt sit corpus simplex non compositum ex materia & forma, & quia est demõ- D

E stratum indiuiduum, & ens demõstratum in actu, & habens vnam figuram in actu, & omnia ista sunt in corpore ꝑ materiam, & in materia propter formam, necesse est, vt hoc corpus cœleste sit materia animaliũ cœlestiũ, quæ mouentur circulariter ex se, & vt sit perfectius modis cęteris materiæ, non. n. est in eo de potentiis nisi tm̃ potentia in loco, & ex motu locali nobilissimus oĩum. s. circularis, intelligo autem orbem seclusa intelligentia esse nobiliorem, & perfectiorem inter omnes modos materię in-

F uentæ in naturis corporalibus, non aũt' simpľr, quia vt supra patuit, intellectus possibilis ast materia in genere entium intelligibilium. manifeste autem patet ꝙ comparando esse intelligibile ad esse corporeũ, est longe præstantius hoc q̃ illud. Materia etiam apud Philosophos alia sensibilis, alia intelligibilis, vt colligitur ex 7. meta. tex. cõ. 35. & etiam in 8. meta. tex. cõ. 16. Materia autem intelligibilis sm̃ aliquos est ipsa substantia, & ab ista non dicuntur abstrare scientiæ mathematicæ, quia vt aiunt posterius

Opĩo aliquorũ de mã intelligibili.

G posterius non potest abstrahi a priori, & quia scientiæ mathematicæ sunt circa magnitudines, & numeros quę sunt accidentia, quæ sunt posteriora substãtia, vt patet. 7. metaph. tex. comm. 4. ideo dicunt q a substantia scientiæ mathematicæ non abstrahũt, & sic glossant. Sed ista opinio, vt supra dictum fuit, non est de mẽte Aristo. & Peripateticorum, quia ipse voluit I. 12. primæ philosophiæ ex scientiis mathematicis astrologiam solam de substantia theoriam facere, inquantum se intromittit de substantia æterna, quæ est corpus cęleste. Et ideo dicimus materiam

Impugna.

H intelligibilem esse ipsam quantitatem, siue sit continua, siue sit discreta, vt abstrahit ab omnibus qualitatibus sensibilibus, quæ fluunt a natura, quæ est principium motus, & quietis. Materia autem sensibilis sunt hmõi qualitates, quæ fluunt a natura, quæ est principium motus, quia non est credendum, q mathematicus nullas qualitates cõsideret. nam patet q considerat proprietates insequentes naturam sui subiecti, arithmeticus enim cõsiderat par

I & impar, quæ sunt passiones numeri, & geometer considerat rectum, & curuum, & magnum, & paruum, immo etiam locum, & tactum, vt patet. 1. de genera. & corrup. tex. com. 44. vbi Com. inquit, locus est inseparabilis a corporibus mathematicis, siue fuerint abstracta, vt aliqui dicunt in sermone, & in esse, siue fuerint abstracta in sermone tantũ, cũ corpus non sit in loco nisi per suas dimensiones non per accidẽtia aliorum prædicamentorum. Similiter etiam non dicitur abstrahere a qualitatibus sensibilibus, quia nullo modo possit loqui, & intromittere se de

K illis, quia vt scribit Com. in. 2. physi. auscul. in com. 71. dum ens diuiditur fm considerationem demõstratiuam, ingredietur vna natura duas artes. nam certum est, q licet motus sit qualitas sensibilis fluens a natura, quæ est principium motus, tamen de motu potest considerare mathematicus consideratione sibi ꝓpria, & alio modo quàm considerat naturalis, & hoc expresse testatur Auer. in. 1. cęli. com. 32. vbi dicit q in motibus circularibus, etsi contrarietas inueniri non possit fm physicam cõsiderationem, tamen fm mathema-

L ticam illud non inconuenit imaginando duos motus circulares super eosdem polos ad diuersas partes, sicut etiam testatur. 12. meta. comm. 47. Similiter etiam rarum & densum fm Auer. 1. physicæ auscul. cõ. 49. solum comprehendũtur in corporibus sensibilib9 naturalibus, sed magnum & paruum comprehendũtur in corporibus naturalibus, & mathematicis, & tamen Auer. 4. physi. auscul. com. 72. scribit, quod ita est de subtilitate & spissitudine, sicut est

M de diuisione lineæ & superficiei, qm̃ quemadmodũ linea fm q linea potest diuidi in infinitũ, quod est impossibile, fm q est linea terrestris, aut ignea, ita de subtilitate potest intelligi processus in infinitum ex sua natura. s. fm q est subtilitas simpliciter, non fm q est subtilitas corporis mobilis, & fm hoc, hæc propõ posita est falsa possibilis, secundum q fuit posita, & ex falso possibili nõ sequitur falsum impossibile, & hoc modo declarationis vtitur multoties Aristo. & etiam Plato. Vnde animaduerte q, illud dictum sic dẽt intelli-

Quomodo intelli-

Agitur mathematicū abstrahere a qualitatibus sensibilib.

A intelligi φ mathematicus abstrahit a qualitatibus sensibilibus, quia videlicet considerat suum subiectum, quod est magnitudo, & numerus secundum rationem abstrahentē ab illa ratione, quæ est principiū qualitatum sensibilium, quod est natura, tamen non inconuenit φ qualitates aliquæ sensibiles possint modo intelligibili in scientiis mathematicis considerari. sicut enim naturalis entia intelligibilia scientiarum mathematicarum sensibiliter speculať, sic entia sensibilia naturalia possunt modo intelligibili cōsiderari in sciētiis mathematicis, saltem in aliquibus, hoc non est impossibile pp B prædictam causam, quia vnamet res sub diuersis rōnibus formalibus potest pertinere ad diuersos artifices. & immorari in hoc est superfluum, sed multos nebulones vidi errare tempore meo in istis. Aduerte ēt φ materia dupl'r adhuc sumiť apud Peripateticos, primo modo pro materia, quæ est subiectum motui: secūdo modo pro materia, quæ est substans vl'i, & dr̄ia est inter vtranque, quia materia primo modo est pars rei, & non prædicatur de re, alia aūt C est idem, quod ipsa res. singulum. n. non est aliud a suimet substantia, & talis materia est, idem, quod ipsum singulare demonstratum, quod substat vl'i, quod est idem ipsi, & prædicatur de illo. vnde sic sumitur materia. 1. cœli & mun. tex. com. 92. vbi dicitur, qui dicit cœlum, dicit formā & qui dicit hoc cœlum dicit materiam. Vlterius scire debes φ reperiuntur in nobis quatuor abstractiones in virtutibus comprehensiuis, vt bene notauit Auic. in. 6. naturalium sectione. 1. cap. 2. & dominus Albertus cognomento magnus in. 2. de D anima. tract. 3. cap. 4. Primus gradus abstractionis, & infimus est dū abstrahitur & separatur forma a materia, sed non a præsentia materiæ, nec ab eius appendiciis, & hoc facit virtus apprehensiua deforis, quæ est sensus, nam simulacra rerum, & species sine mā recipiuntur in sensibus dicente Arist. in. 2 de anima. in tex. com. 121 sensum susceptiuū eē spērum sine mā, vt cera anuli sine ferro, & auro recipit figurā, accipit enim aureum, aut æneū signū, sed non inquantum aurū, aut æs. sil'r autem, & sensus vnīuscuiusq; ab habēte colorem aut humorem, aut sonū patitur, sed non inquantum vnumquodq; illorum dr̄. Sed inquantum hmōi est, & fm rōnem, vbi Com. dicit, intentio coloris est alia a colore, & dixit fm φ est in hac dispositione & intentione, obseruando se ab intētionibus, quas recipit intellectus, illæ enim sunt vniuersales, istę autem sunt particulares, & est locus apertus contra negantes species intelligibiles. Secundus gradus abstractionis est φ separetur a materia, & a pręsentia materiæ, sed non ab appendiciis siue conditionibus materiæ, & hanc apprehensionem facit imaginatiua potentia, quæ etiam singularibus nō præsentibus retinet formas sensibilium, sed non denudat eas a materiæ appendicibus. Dico autem appendices materiæ conditiones, & proprietates quas habet subiectum formæ, quod est in tali, vel in tali materia. verbi gratia, talis membrorum situs vel talis color faciei, vel talis ætas, vel talis figura capitis, vel talis locus generationis, hæc enim sunt quędam indiuiduātia formā, q sic sunt in

Quatuor gradus sūt abstractionis.

G in vno indiuiduo vnius speciei, ꝙ non sunt in alio. Et hac apprehensione sortem non præsentem imaginamur crispum, & album, & senem vel iuuenem, & cum longis digitis, vel breuibus, quorum nullum accidit ei inquantum est homo. Terti⁹ autem gradus abstractionis, quo accipimus, non tantum sensibilia, sed quasdam intentiones, quæ non imprimuntur sensibus, sed tamen sine sensibus nunquã nobis innotescunt, sicut est esse socialem, & amicum, & delectabilem in conuictu, & affabilem, & his contraria, quę quidem cũ
H sensibus accepimus. Et tamen eorũ nullum sensibus imprimitur, & tale est, ꝙ accipimus hunc esse filiũ Cleonis, & esse agnum vel hominem. Alium autem esse lupum, vel leonẽ secundum quod substantiales formæ mediantibus sensibilibus, & nõ separatæ ab ipsis apprehenduntur: & iste gradus nunquam est sine estimatione, & collatione, & iste grad⁹ est virtutis æstimatiuæ in brutis, & cogitatiuæ in hominibus, quę a philosophis appellatur intellectus particularis, quia particulariter discurrit
I & quia immediate ministrat intellectui. vnde Diuus Thom. in. 2. de anima. in lectione. 13. in expositione tex. 65 ponendo drĩam inter æstimatiuam, & cogitatiuam, quod cogitatiua hominis apprehendit indiuiduum, vt existens sub natura cõi. quod contingit ei inquantum vnit intellectiuæ in eodem subiecto. Vnde cognoscit hunc hominem, prout est hic homo, & hoc lignum, prout est hoc lignum: æstimatiua autẽ in brutis non apprehendit aliquod indiuiduum sm quod est sub natura communi, sed solũ sm, quod est terminus, aut principium alicuius K
actionis, vel passionis, sicut ouis cognoscit agnum hunc non inquantum est hic agnus, sed inquãtum est lactabilis. Et hanc herbam inquantum est eius cibus. Vnde alia indiuidua ad quæ non se extendit eius actio, aut passio, nullo modo apprehẽdit sua æstimatiua naturalis. Naturalis autem æstimatiua datur animalibus, vt per eam animalia ordinentur in actiones proprias, vel passiones prosequendas, vel fugiendas, & hoc etiam est de mente Com. in L
lib. de sensu & sensa. circa finem, vbi dicit proprietas autem comprehensionis istorum sensuum in animalibus non est eadem in omnibus, homo enim comprehendit differẽtias rerum, & intentiones earum ꝓprias quæ sunt in re sensata, quasi medullam de fructu. In aĩali autem bruto comprehendunt ea, quæ sunt extra; quæ sunt quasi cortices fructuum, & signum eius est, quod bruta nõ mouentur a sensibilibus, sicut hõ mouetur, homo enim mouetur apud cantum, quod non faciunt bruta. Et sir̃r mouetur homo a picturis, & figuris M
motu quo non mouentur bruta, & similiter de modis saporis, & odoris. Quartus modus abstractionis, & vltimus est gradus, qui apprehendit quiditates rerum denudatas ab omnibus appendicibus materię, nec accipit ipsas cum sensibilibus intentionibus, sed potius simplices, & separatas ab eis, & ista apprehensio soli⁹ est intellectus, sicut est intellect⁹ hominis per hoc, ꝙ conuenit oĩ homini, vel intellectiuæ substantiæ. Vlterius scire debes, ꝙ abstrahere apud Philosophos sumitur bifariam. Nã primo modo idem est quod trãsferre

Abstrahere dupl.

re

A re res de ordine in ordinem, & facere de potentia intellectis actu intellecta, & hoc fit absq; comprehensione virtutis abstrahentis, & sic abstrahere est operatio intellectus agētis, virtute cuius, obiectum relucens in phantasmate causatur in esse obiectiuo in specie intelligibili, quæ est effectus intellectus agentis, & phantasmatis. sicut enim sol, & homo generant hominem, & vnum concurrit tanquam agens principale, & reliquum tanquam causa particularis, quod autē species illa vl'r repræsentet, habet ab intellectu agēte, sed B quod repræsentet naturam hominis & non leonis, hoc est pro quanto illa spēs intelligibilis dependet a phātasmate hominis, & non a phantasmate leonis in virtute cogitatiua. Vnde Auer. in. 3. de anima. in com. 30. vult propter verba Arist. in tex. vbi habet, ꝙ nequaquam sine phantasmate intelligit anima, quod intellecta vl'ia sunt colligata cum intentionibus imaginatis, & corrupta per corruptionem earum, & isto modo intellectus agens abstrahendo a phātasmatibus non cognoscit, sed ista actio prouenit ab eo naturaliter, qa C vult Com. 3. de anima. com. 19. ꝙ intellectus agens, non cognoscit aliquid eorum, quæ sunt hic, & fuit ēt sententia Them. & Arist. in. 3. de anima. Alio modo abstrahere est apprehendere ex his, quæ sunt coniuncta in esse aliquid non apprehenso reliquo. Et tale est operatio intellectus possibilis qui, vt inquit Com. in. 12. primæ philosophiæ, aptus est diuidere adunata in eē, iudicium n. & apprēhensio formaliter attribuūtur nobis per intellectum possibilē, ille enim est pars per quā intelligit anima i. nos habentes animam, illo D intelligimus, vt glossat Them. & Cōmen. in principio tertij de anima. Vlterius scire debes ꝙ abstractio duplex est sm philosophos. vna sm rōnem diffinitiuam, sm quam dicim⁹, ꝙ aliqua abstrahunt a materia sensibili sm rōnem tantum, vt mathematica aliqua, neq; sm rōnem, neq; sm esse, vt physica, aliqua vtroq; mō, vt metaphysica. Alia vero est abstractio vl'is a particulari, & ista est cōis omnibus scientiis. His stantibus, accedamus ad declarationem propositi theorematis ꝙ intellectus particularis. i. uirtus cogitatiua abstrahit E a materia, vt clarum est, & patuit, & a pñtia materiæ, & ab appendicibus materiæ, sed non abstrahit a materia, prout materia idem est quod subiectum vl'i, quia particulariter discurrit quantuncunq;, vt dictū fuit possit intelligere īdiuiduum, inquātum stat sub natura communi propter eam coniungi in eodem supposito cum intellectu, vt voluit beatus Thom. Intellectus etiam agens dr̄ abstrahere a materia modo prædicto, quia transfert obiectum de esse sensibilium, & particularium ad eē F intelligibilium & vl'ium. Intellect⁹ etiam possibilis dr̄ abstrahere a materia in intelligendo, non a materia quæ est subiectum motui, vl'r enim hoc verum non est. Nam qn̄ intellectus possibilis intelligit hominem non potest ipse in sua intellectione a carnibus, & ossibus, sicut dicit expresse Aristot. in. 7. primæ philosophiæ. tex. comm. 37. & 39. Vbi dr̄ ꝙ hominis species semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus partib⁹ vbi Com. inquit com. 37. Impossibile est enim hominem intelligere

Declaratio theorematis.

G sine carne,& ossibus Formæ autem mathematicæ, quæ inueniuntur in pluribus vna materia intelliguntur abstractæ a materiis & intendebat, ꝙ intellectus comprehendit diuisionem inter formas,& materias facile quia abstrahit eas in imaginatione a materia: in naturalibus vero difficile,quia non potest abstrahere eas in imaginatione a materia. Et ex hoc loco patet,ꝙ non omnis abstractio est intellectus agentis,& ꝙ ista abstractio,quæ est cum apprehẽsione est intellectus possibilis opus, & nihil aliud est quàm in imaginatio

H ne,idest in apprehensione apprehẽdere ex his,quę sunt coniuncta in esse vnum, non apprehenso reliquo, & de tali abstractione verificatur dictum Arist.in.2.phy.tex.com.18.dicentis.Abstrahentium non est mendatium.nam loquimur de abstractione,quæ est simplicium apprehẽsio,quæ dicitur formatio apud Arabes,& est prima operatio intellectus in qua non cadit error formaliter loquendo.licet igitur intellectus possibilis abstrahat a materia subiecta

I motui in mathematicis,non tamen hoc est vῑr verum, vt patuit. vnde Comm.dicit com.39. septimi meta.Quiditates naturales nõ possunt intelligi sine sensu & motu,sicut possunt intelligi quiditates mathematicorum: semper tamen intellectus possibilis dicitur in quacunq; scientia abstrahere a materia,idest a singularibus,quia scientia est vniuersalium,& sensus singularium, 2. de anima.tex.commen.60. Intellectus enim possibilis intelligit vniuersale per se,& singulare mediante sensu, vt dicit Com.in.3.de anim.com.9.

De aliis etiam abstractionibus satis diximus in illo theoremate, quo K declaratur,quomodo diuersificatur intelligere ad diuersitatem rei intellectæ,ideo non repeto.

PROPOSITIO C.

Posteriora generatione sunt priora perfectione.

Allegari plerũq; solet ista propositio:& scribitur ĩ.9. primæ philosophiæ in tex.com.15. vbi dicitur.Quæ generatione posteriora, specie & substantia sunt priora, vt vir puero,& homo spermate. Scire debes ꝙ prius,& posteri⁹ sunt dif L ferentiæ contrariæ per quas diuidit ordo,vt scribit Com.1.physi.cõ.41. Ordo enim est respectu primi positi,aut intellecti,vt dicit idem.5.meta.com.16.ꝙ pro tanto suspicor dictum fuisse,quia ordo aut est fm rẽ, aut fm rationem semper cum priori,& posteriori est. vnde Aristot. in prædicamentis ista ratione probat quantitates positione carentes habere ordinem,quia habent prius & posterius. Quãtum autem spectat ad declarationem pñtis propositionis, Ordo naturæ ẽ duplex. ordo naturæ ex duplex. Quidam est fm viam generationis. Et quidã fm M viam perfectionis. vnde Arist.5.meta.in cap.de priori,prioritatem gñonis appellat prioritatem fm tempus. Talia autem inquit priora fm tempus esse dñr,vel quia sunt remotiora ab ipso nunc,quod est instãs præsens,vt in factis, quemadmodum dicim⁹ Throica bella priora fuisse Medis,quia sunt remotiora a præsenti nunc. Alia aũt dñr priora fm tẽpus, pp ea,q sunt propinquiora tali nũc, vt in futuris,sic.n. antiquitus Priores dicebantur ludi Iouis,ludis Apollinis.

A linis. Et sic non dicimus prius esse festiuitatem natiuitatis Domini, quã sit festiuitas Epiphaniæ. Tali prioritate generationis materia præcedit formam, & sensus tactus præcedit sensum visus. vnde Comm. in. 2. de gene. & corrup. in comm. 7. dicit super verbis Arist. ibi in tex. vbi dicitur, quanuis prior visus tactu, quapropter & subiectum etiam prius, vbi vult obiectum visus esse prius obiecto tactus, sicut visus est prior tactu, dicit Com. & non debet aliqs B dicere ꝙ contrarietas, quæ est in visu est prior contrarietate tactus, nõ enim quærimus in hoc loco priori tatem sm finem, & formam, sed sm subiectum, & materiã, quæ est prioritas sm naturam, prioritate autem perfectionis forma est prior materia, vt patet. 7. meta. text. com. 7. Et visus tactu. vnde Aris. dicit in proœmio meta. ꝙ illum sensum maxime diligimus, quia plures dr͞ias rerum nobis demonstrat. similiter ex modo suæ immutationis, qui spiritalior est modo, quo immutatur tactus, & alij, & est longe aliis pfectior C vt patet in. 2. de anima. in tex. com. 115. & . 116. vnde Com. in eodem loco com. 77. inquit. ꝙ Arist. visus ẽ ordinare considerationem de virtutibus sensus sm nobilitatem non secundum naturam. Et ideo præposuit sermonem de visu aliis sensibꝰ, deinde de auditu, & de odoratu. Et infra comm. 101. inquit. cum compleuit sermonem de olfatu, & sensu gustus, & illud quod debet consequi numerum secundum ordinem qui incepit a meliori, & procedit ad magis necessarium incepit loqui de eo. Auicen. autem. in. 6. naturalium loquens de sensibus incepit a tactu, deinde de gustu, olfatu, auditu, & D postremo de visu, quia voluit obseruare ordinem secundum naturam, qui est via generationis. Et debes scire pro intellectione ꝓpositi theorematis, ꝙ veritatẽ habet de his, quæ generantur, vt quod, non vt quo, & hoc ideo apponunt aliqui propter opinionem. Com. tenentis formam esse perfectiorem composito, cum tamen compositum sit posterius generatione forma. nam vt inquiunt, Omne compositũ est posterius partibus componentibus, & per consequens forma est prior generatione E composito, & non est imperfectior composito, quia non generatur, vt quod, sed vt quo. ad excludendam igitur istam obiectionem apposuerunt istam limitationem. Sed ista opinio & glossa stare non potest, quia illud quod per accidens generatur dicitur posterius generari illo, quod dicitur generari per se. nã, vt scribit Arist. in. 2. physicæ auscul ta. in com. 66. Nihil secundum accidens prius est his, quæ sunt per se, sic enim ibi probat, ꝙ cã per accidens non est prior per se, sed forma per accidens generatur, & compositum F est quod per se generatur. textus est Aristote. in septimo metaph. tex. cõmen. 26. quemadmodum nec subiectum ęs inquam ipsum, sic sphærã, nisi secundum accidens facit, quia ænea sphæra est, & illud facit. nam hoc aliquod facere ex totalr subiecto hoc facere est, dico autẽ, quia æs rotundum facere est non rotũdum, aut sphæram facere, sed alterũ aliqd aut spẽm hãc ĩ alia. nã si facit ex alio facit alio, hoc. n. subiiciebaẽ, vt facere æneã sphęrã, hoc ãt ita, qa ex hoc qđ ẽ ęs, hoc facit qđ ẽ sphęra, si

Opin. aliquorum.

Impugna.

G igitur,& hoc facit ipſum, palã, quia ſimiliter faciet, & ibunt generationes in infinitum. vbi clariſſime patet, ꝙ illud quod per ſe fit, & per ſe generatur eſſe compoſitum ex materia, & forma, quia dicitur ibidem in tex.27. ſemper diuiſibile eẽ oportet id quod fit, & hoc quidem hoc, & hoc hoc. i. in duo, quorum vnum ẽ materia, & reliquum eſt forma, & iõ ſi forma per ſe fieret, generationes protenderentur in infinitum, ſicut dicitur. quia ſi agens faceret p ſe formam, oporteret ꝙ illã ageret ex materia & forma, & ſic illam aliam for
H mam ex forma & materia, & ita hoc abibit in infinitum. & Com. in calce com.23. in eodem. 7. meta. inquit, & hoc inuenitur in ſermone Ariſt. in capite ſequenti, in quo declarat drĩam inter formam, & materiam, & dat propoſitionem in eo ꝙ vult declarare quod forma nec eſt generabilis, nec corruptibilis, niſi per accidens, & ſimiliter eſt de materia, & quod generabile, & corruptibile in rei veritate eſt indiuiduum compoſitum ex forma, & materia, & ideo iſta opinio male dicit in conceden-
I do formam prius generari compoſito, & ideo cogitur ad illã limitationem, quandoquidem compoſitum eſt illud quod primo generatur, qa per ſe generatur ſicut diximus.

Ad rationem autem partis aduerſæ qua cogebatur illud dicere ex hoc, videlicet, quia compoſitum præſupponit partes componentes, reſpondetur quod vt ſupra ex verbis Auerro. dicebam, eliciendo duplicem eẽ ordinem, vnum ſm rem, & alium ſecundum rationem, tunc dico ꝙ cõpoſitum ex materia, & forma, præſupponit materiam, & formam, nõ tanqnam duo in actu ſecundum rẽ
K præcedentia ipſum eſſe compoſiti, quia non alia generatione generatur forma ab illa qua generatur cõpoſitum, immo eſt vna & eadem ſecundum rem qua compoſitum per ſe primo in re dr̃ generari, & forma eadem generatione dr̃ generari per accidens, ſed compoſitum dr̃ ꝓſupponere partes componentes ſm rationem, & hoc pulchre elicio ex verbis Com. in. 7. meta. in tex. com. 27. vbi Ariſt. dicit in tex. oportet enim diuiſibile eſſe ſemper quod fit, & eẽ hoc quidẽ hoc, & hoc, hoc dicit cũ
L declaratum ſit quod in forma ſimplici non eſt generatio nec materia habet generationem, neceſſe eſt, vt omne generatũ ſit diuiſibile in duas partes rõne non actu in materiam. ſ. & in formam, & Ariſt. in. 2. phyſi. tex. com. 12. dicit formam non eſſe ens ſeparabile, ſed aut ſm rationem, vbi Com. dicit ꝙ non ſeparatur in eſſe a materia, ita ꝙ poſſit eſſe ſine materia, ſed eſt ſeparabilis a materia ſecundum diffinitionem tantũ. materia autem differt a forma, ſed nunquã denudatur a forma, immo cũ ſeparatur a forma induit aliam, quoniam ſi denudaretur ab oĩbus formis. ſ. prima materia, tunc quod nõ
M eſt in actu eſſet in actu. vnde multi ſunt, qui credunt ꝙ generationes naturales ſimiles ſint generationibus artificialibus, quæ conſtant ex reb⁹ adunatis per contactum, & ligamentum. vbi generatio totius præſupponit partes componentes, vt generatio nauis præſupponit tabulas, & clauos, & generatio domus præſupponit ligna, & lapides, & cæmentum, & valde errant. vnde Auer. inquit. 12 metaphyſi. commen. 18. Imaginatio

Illã opiõnẽ inueni poſt lõgũ ipſ in Simplicio. 1. cę li. & Alex. in li. prio. in princ. a ſtipulat ei dũ dicit ꝙ modus abſtractionis mathematicus i pl'ribus caſib. deſeruit philoſopho nãli, & iõ laus Deo illuſtranti intellectum detur.

A tio super creationes formarum induxit homines dicere formas eē, & datotem esse formarum. Et propter hoc etiam patet ꝙ Scotus in.7. suæ meta.q.10.& Ant. And. in eodē loco.q.4.in solutione primæ rationis,&.q.9.non satis,vt videtur congrue dixerunt opinantes, quod in composito forma habet duplex eē, s.esse proprium,& esse communicatum sibi a composito, & tunc dicūt ꝙ forma per eē proprium est prior

Opi. Scotī & Anton. And.

B composito,& est ens per se,aliud autem esse est esse existentiæ quo cōpositum est ens per se,& tali esse forma est per accidens,sicut pars per esse totius,& ita ad esse compositi generatur forma per accidens,quia existit ad existentiam compositi, tale enim esse est per se compositi,& formæ est per accidens, sed forma secūdum proprium esse est ens per se,& est prior,vt sic ipso composito. Sed ista opinio non potest stare, quia non oportet multiplicare entia sine necessitate,quia omne esse secundū Peripateticos ē a forma ī rebus crea-

Impugna

C tis,vnde philosophi illud sic describunt,eē est existentia formæ in materia,vt inquit Boe.in lib. de vnitate,& vno.Nec valet, ꝙ illud veritatē habet de esse specifico,& non de esse indiuiduali.nam Aristo.in.2 de anima.tex.com.2.dixit forma est per quam est hoc aliquid & infra. text. com.7.vnum enim,& esse cū multipliciter dicantur, quod proprie est actus est,vbi Com.inquit, hæc nomina ens,& vnum licet dicātur pluribus modis,tamen prima perfectio in istis.s.forma est magis digna, vt habeat hoc nomen.s.vnum, & ens quàm illud quod est congregatum ex materia & forma, congregatum enim non dicitur vnū nisi per vnitatem existentem in forma,& si materia,& forma essent in composito existentes in actu, tunc compositū non diceretur vnum nisi sicut dicitͤ in rebus,quæ sunt vnum secundum contactum, & ligamentum, modo autem, quia materia non differt a forma in composito nisi potentia, & compositum non est in actu ens nisi per formam, tunc compositum non dicitur vnum nisi quia sua forma est vna, & The. ibidem dicit, sicut res a forma habet vt sit,ita a forma habet vt sit vnū. Et ꝓpter hoc videtur mihi iuxta fundamēta Aristo. & euitando multitudinem entium,vbi necessaria non est inquantum est possibile quod vno met esse dicitur esse compositum, & dicitͤ eē materia in composito existens,& ipsamet forma,tamen tale esse est formæ per essentiam, nam quod vere est, actus est,quia esse nihil aliud est nisi existentia formæ in composito.vnde non est opinādum, quod forma existit ad existentiam compositi,immo magis compositū existit propter formam,dicimus enim compositū esse in actu per formā,& non econtra. Existere igitur competit composito per participationem.

D

E Posido pria.

F

vnde verius est forma quā cōpositū quia propter vnūquodq; tale, & illud magis est,ex.1.poster.& ita non oportet imaginari tria esse in composito,vnum propriū formæ, aliud proprium materiæ,& aliud composito,quod cōmunicatur vtrique.nā licet sit alia entitas,quæ est materia, & alia sit entitas,quæ est forma, tñ non est aliud esse materiæ, & aliud esse formæ,& aliud cōpositi, immo vnū est esse oīum istorum, sed for-

G mæ est per essentiam ipsum esse, quia forma non alio est, sed compositum & mã habent esse a forma. Sed dices, quõ igit̃ cõiter dici solet, ꝙ forma generatur per accidens, & tñ. 5. phy. generatio per se terminatur ad formam, & hoc vt patet fuit in causa quòd deduxit istos viros, & multos alios, vt dicam quod aliud est eẽ proprium formæ, & aliud est eẽ cõpositi, & quod forma fm esse ꝓpriũ est terminus per se generationis, partialis tamen, sed compositum fm eẽ proprium est terminus per se totalis, & illo modo forma quo ad esse, H quod cõicatur sibi a composito dr̃ generari per accidens, & omnes fere currunt ex modernis doctoribus cũ ista solutione, & salua oĩum reuerẽtia, quia non est nobis etiã præclusa via ad speculandum, isti multiplicãt entia sine necessitate, vt supra dixi. Dico igitur ꝙ aliud est considerare generationẽ fm rõnem, & aliud est considerare inquantum ipsa mediante aliquid in effectu, & in re ipsa terminat actionem agẽtis, nec videatur tibi mirum hoc, quia intellectus innatus est diuidere, quæ sunt I adunata in esse, quæ tñ natura non potest sicut diuidit materiam a forma, vt dicit Com. 12. primæ philosophiæ. com. 39. & 14. primo igitur modo, quia motus, & terminus motus sunt idem, & non differunt nisi sicut via, & terminus viæ, aut sicut imperfectum a perfecto. 5. physi. cõ. 9 sic forma est terminus, per se gñonis, & isto modo motus, & mutationes sumunt speciem, & distinctionẽ a terminis, & hoc modo consideratur in. 5. phy. vbi ponitur distinctio inter motum, & mutationem, tũ ex terminis, tum ẽt ex subiectis, vt patet in tex. com. 7. & 8. ibidem. in tali aũt consideratione non considerat intellectus an forma in re extra habeat terminare per generationẽ actionem agentis transmutantis ipsum subiectũ, sed abstrahit ab hoc. K

Cã erroris

Gñatio du p̃r cõsideratur.

H est, vt nihil intelligens nihil vult ex eo quod actus volūtatis nāliter prę supponit actū intellus. nā vt scribit Auer. 12. primę phylosophię. tex. cō. 39. desideriū insequitur cognitionē, sicut umbra insequitur corp⁹. & fm beatū August. inuisa diligere possumus, incognita nequaq̄. Exemplum sexti, vbi videlicet agens sic liberum est, vt si intellectus ostenderit aliqd voluntati, potest illud non velle pp sui libertatem. Et ego addo etiam aliam conditionem ꝙ requiritur debita commensuratio agentis ad passum, vt colligi potest manifeste ex

I secunda particula problematū, problemate. 12. De tali etiam agente vere, & proprie dicto intelligitur propositio alia famosa, quæ dicit, ꝙ agēs prius agit in partem propinquam q̄ in partem remotam, quę vera est, uel eadem actione, vel diuersa. nam vt inquit Auer. 2. cœli com. 42. ex sententia Themistij contra Alexan. recte patitur a pisce qui stupefacit manum piscatoris, q̄uis nō patiatur passione simili passionis manus. Glossant ēt aliqui ꝙ nō est vera informis respectiuis. nā fm tenentes ꝙ relatio dicit aliquā realitatē distinctā a suo

Limitatio alterius ꝓ pōnib⁹ famosæ.

fundamēto, pōt sic aliqua relatio ac K qri duob⁹ in duob⁹ extremis existentibus absq; hoc, ꝙ ista acquiratur alicui intermedio, vt si Sortes sit albus Romæ, & Plato generetur albus Parisiis, acquiretur vtrique simul absq; hoc quod aliquid existens in medio fiat simile. Glossatur autem ista propositio de agente quod est corpus solidum, quia de corpore orbiculari sicut est corpus solare, & lunare, propositio ista fallit, quia ex. 17. perspectiuæ talia plus agūt in remotum, q̄ in propinquū. Item requiritur ꝙ agēs sit vniforme per totum, quia luna quando non est fm totum illumina L ta, non ita agit pars illuminata, quēadmodum pars non illuminata. Itē requiritur, quod sit seducta tarefactio, & condensatio propter sophisticas captiones fieri solitas, si. n. esset vnum corpus vniformiter calidum, ut quatuor, & fieret ratefactio, plus ageret in remotum, quā in propinquum, vbi scire debes quod rarefactio, & condensatio variant actionē agentis quantum ad modum agendi. scribit enim Auer. 2 cœli, & mundi com. 42. quod cum duo corpota tangunt aliud, & fuerit vnum eorū profundi⁹ altero, necesse est, vt actio M profundioris, & spissioris in corpus quod tangit sit maior, quamuis superficies eius qua tangit ipsum sit ęqualis superficiei, qua tangit ipsum illud ꝙ est minoris profunditatis, nā potentia diuiditur fm diuisionē corporis, & similiter cum duo cotpora fuerint æqualia & altetum eorū fuerit densius alio necesse est, vt densius sit fortiotis actionis. Item fallit etiā propositio de agente, quod agit aliquod actum mediante actione reflexa, nam videmus quod sol, cum non

cale-

A calefaciat lumine nisi inq̄tū lumē reflectitur, talis calefactio magis fit in partibus remotioribus, quàm in partibus proximioribus, vt clarum est.

Vbi aduerte ꝙ vt inquit Auerro. in secundo cœli, & mundi, com. 42. & in secundo ca. de substantia orbis. corpora cœlestia non agunt, nisi lumine, & motu, & sic sunt causa caloris. tamen est diuersitas, nam corpora, quæ calefiunt a cœlo mediante motu, quanto sunt propinquiora orbi, tanto magis calefiunt, & quanto sunt distantiora, tanto minus caliditate participant. scribit enim. Com-

B menta 2. cœli. com. 94. Propinquitas motui cœli largitur caliditatem, raritatem, leuitatem, & motum, & remotio largitur frigiditatem, densitatem, grauitatem, & quietem. & ratio est, quia cœlum mediante motu attritionem causando est causa caloris, vt dicit Aristot. in secundo cœli tex. com. 42. & in primo metheor. sed caliditas causata a cœlo mediante lumine conuerso modo se habet, quia quanto corpora sunt remotiora a corpore cœlesti, tanto magis incalescunt, & ratio est, quia lumen nō calefacit nisi inquantum reflectitur,

C tales autem reflexiones in partibus superioribus sunt magis dispersæ, quàm sunt in partibus distantioribus, & inferioribus, & ita differenter motus, & lumen sunt causa caloris, vnde ignis ratione propinquitatis motus cœli est calidior aere, & propter eandem causam suprema pars aeris calidior est aliis partibus. Item ad hoc vt illa propō uera sit, requiritur quòd medium sit dispositum, & aptum natum recipere illam actionem, sicut diximus de pisce, qui mediante rete stupe facit manū piscatoris, & ipsum non stupefit, quia D non est aptum stupefieri cum careat sensu. Item sol & coniunctiones stellarum generant mineras in ventre terræ, & non in aere, nec in superficie terræ, propter eandem causam. non enim omnis causa, quæ corpori aduenit in ipsum operatur, immo præter hoc tria sunt necessaria, fortitudo, scilicet suæ virtutis agentis, & fortitudo virtutis corporis præparatiuę, & possibilitas permittendi vnum tangere aliud tāto tempore vt in tali, quale illud possit peruenire operatio in aliud, sicut dixit Princeps in secundo Fen primi, doctrina secunda cap primo. De tali E etiam agente per transmutationem veritatem habet illa alia famosa propositio in via Auerr. præsertim, quę scribitur in septimo primæ philosophiæ. commen. 31. videlicet, quòd idem est agens disponens materiam & inducens formam, quæ quomodo veritatem habeat, infra dicam in loco proprio. Et de tali agente vero intelligitur alia famosa propositio, quod omne agens communicās in materia cum passo in agendo repatitur, vt dicitur in primo de generatione & corrup. tex. com. 43. Intelligitur autem de communicantibus in eadem materia, vnde corpora cœlestia alterant ista inferiora, sed nō alterantur quia non communicant in eadem materia, non. n. est de conditionibus agētis formę, vt sit in materia, quæ sit eiusdem speciei cū materia in quā agit foris, exempli causa, forma agens respectu lecti est in aīa artificis, quæ differt a materia lecti. 7. meta. tex. com. 29. & est etiam sententia Auer. in. 2 de generatione animalium. cap. 2. vbi agit an sper-

Limitatio alterius ꝑ pōnis.

F

G ma sit animatum, & habet ueritatem in actione reali, fallit enim in actione spirituali. Intelligitur etiã quod non eadem actione repatiatur qua agit, sed opposita, nam ignis calefaciendo aquam non recalesit, immo infrigidatur, licet vt dicit Comme. 2. de anima. cõ. 115. Vulgus nõ absolute uocet ignem qui ĩfrigidatus est propter admixtionẽ corporum frigidorum. Item requiritur ꝙ sit in debita distantia, quia virtutes naturaliter agentes sunt terminatę. Itẽ fm aliquos requiritur, ꝙ virtus actiua in resistendo non sit fortior potentia passiua in re agendo, licet de hoc sit dubium. Et sic intelligitur etiam alia propositio famosa, quæ dicit ꝙ agens per cõtinuationem, & frequẽtiam actionis debilitatur, uerum est de agente qđ in agendo repatitur, q̃ tale habet contrarium, & ex cõsequẽ ti est virtus materialis, & fatigabilis, sed de agente quod non repatitur in agendo, falsa est propositio, & instãtia est de lumine, & in moralibus, & de intellectu, in talibus. n. per frequẽtiam actionis intenditur, & perficitur ipsum agens, quia talis actio est pfectiua, & nõ corruptiua, & si quandoq; ibi concurrit debilitas, est p accidens, vt patet de sensu respectu excellentis sensibilis, vbi cum actione spirituali coniungitur actio realis corrumpens complexionem, & harmoniam organi, aut hoc potest esse accidentaliter pro q̃to operatio alicuius virtutis non fatigabilis in se, dependet ab opere virtutis fatigabilis, sicut est de intellectu, vnde Com. in. 3. de anima. in com. 7. occurrens tacitę obiectioni, quæ posset fieri, contra demonstrationem Aristo. ibi inductam. inquit, & non oportet obijcere huic argumẽto, ex eo quod accidit in intellectu de transmutatione pp transmutationẽ virtutũ imaginationis & maxime cogitatiuæ, in intellectu. n. existimatur accidere fatigatio hoc modo, & non est ita nisi accidentaliter, virtus. n. cogitatiua, & rememoratiua non sunt nisi in loco virtutis sensibilis, & ideo non indigetur eis nisi in absentia sensibilis, & omnes iuuant se ad præsentandũ imaginem rei sẽsibilis, vt aspiciat eã virtus rationalis abstracta, & extrahat intentionem vniuersalem, & postea recipiat eã. i. comprehendat eã.

H

Limitatio alterius ꝓpõn. 1.

I

K

Et eodem modo alia propositio, quę solet sæpe allegari, videlicet qñ sunt duo agentia, quorum vnum est fortius, & alterũ debilius, fortius citius producit suum effectum quàm debilius, vera est de agentibus per abiectionem contrarij, quia vbi est contrarietas, ibi est resistentia, & vbi est resistentia, ibi est successio, vt dicit Com. in. 4. physi. auscult. in cõ. 71. Fallit aũt in agentibus sine cõtrarii abiectione, sicut patet de duobus corporibus luminosis, quorum vnum sit intensius altero, vtrunq;. n. in instanti illuminat, licet lumen productũ a potentiori sit intensius lumine producto a debiliori, & multas consimiles inuenies in philosophia de huiusmodi propõnibus, quę veritatem hñt de veris agentibus, quæ tñ veræ non sunt de agentibus fm similitudinẽ, & metaphoricę, sed hę sufficiant ad excitandum intellectũ pro nunc. Redeamus igitur ad declarationem principalis propositi, & dicamus ꝙ actio agentis apud Philosophos nihil aliud est quàm extrahere rem, quæ est in potẽtia ad actum, talis. n. propositio procedit de vero agente quod

L

Limitatio alterius ꝓpõnis.

M

A quod agit mediante vero motu, & cum trāsmutatione subiecti in quo forma est in potētia, & virtute actionis agentis extrahitur ad actum, & ideo dixit Commen. in. 12. primæ philosophiæ. in commen. 18. quod nisi esset potentia non esset agens, inquit enim. Si aliquis dixerit quomodo agens agit priuationes, dicemus sicut facit inuenire, idest esse, & est extrahere illud, quod est in potentia ad actum. generatum enim in actu est corruptum in potentia, & omnis potentia non exit in actum nisi propter extrahens, quod est in actu. si igitur potentia non esset ens non esset agens, omnino, & si agens B non esset, nihil esset hic omnino in actu, & in commen. 44. eiusdem. 12 inquit contra Auic. mos autem qui iam est inter Modernos in dicendo quod a tali motore prouenit talis motor, aut consequitur, aut præcedit, aut a talia verba non vere intelligūtur de istis principiis abstractis omnia enim ista sunt dispositiones agentium superficietenus, idest per contactum non vere sup. ista dicuntur de abstractis propter rationem, quam immediate subnectit dicens, ab agente enim nihil prouenit, vt diximus C nisi extrahere illud quod est in potentia ad actum, sed illic, idest in abstractis principiis non est potētia, vnde neq; agens, tantum enim illic est intellectus, & intellectum, & perficiens, & perfectum, vnde negat ibi esse verum agens, & proprie, & hoc sequebatur occulte admodum dicēdi Auicen. de productione intelligentiarum sicut late diximus superius. licet Auic. ad hoc non animaduerterit, vt late etiam exposui in. 12. metaphy. locum illum.

Istam imaginationem Arist. sequitur præclarissimus poetarū Maro, inquit enim. Quærit pars semina flammę Abstrusa in venis silicis, quod nihil aliud innuit, nisi formā ignis in silice potestate latere, & nō dari ab idea nec a datore formam, vt Pla. & Auic. suspicantur. D ADDI.

Sed dices, quid est formam extrahi de potentia ad actum ab ipso agente? nam multi sunt hoc tempore philosophantes, qui solum de vocibus disputant nihil tamen intelligunt, sunt enim, vt inquit Arist. in. 2. phy sic. auscultationis. sicut cæci de coloribus disputantes, qui de nominibus rationem habent, nihil tamen intelligunt. E non est credēdum, quod forma latitet in materia, & quod agens extrahat illam ad actum, sicut quando aliquem per crines ex aliquo loco latitāte, & infimo reuocamus ad eminētiorem locum. ista enim fuit imaginatio Anaxagoræ ponentis quodlibet esse in quolibet, & est iste error proueniens ex imaginatione, qua opinantur formam esse illam, quæ per se primo terminat in eē reali actionem agentis, & est causa multorum errorum ista credulitas, F vnde dicit Commen. 12. metaphysic. commen. 18. versus finem, imaginatio super creationes formarum induxit homines dicere formas esse, & datorem esse formarum; & induxit loquentes trium legum, quæ hodie sunt dicere aliquid fieri ex nihilo, & hoc quidem non est verum de lege nostra, quicquid ipse dicat. vnde fuit ista sine dubio opinio Arist. in. 7. metaphysico. contra Platonem ꝙ illud quod per se fit, & quod per se generatur, est compositum ex materia & forma, & forma non dicitur fieri

G fieri nisi per accidens, quia fit ad generationem illius quod per se fit, & est ipsum compositum. inquit enim in tex com. 26. dando exemplum in generationibus rerum artificialium iuxta suum morem, semper a notioribus manuducēdo intellectum nostrum ad ignotiora, quòd quemadmodum nec subiectum æs inquam ipsum, sic nec sphæram, nisi secundùm accidens facit, quia ænea sphæra est, & illam facit, & Auer. in commen. habet ꝙ agens nō facit aliquid

H vnū in aliquo vno, verbi gratia formam in subiecto, quoniam manifestum est, quod si facit, facit ex alio aliud, non aliud in alio, facit enim ex materia formatum, non in materia formam. Dico igitur quod agēs extrahere aliquid de potentia ad actum nihil aliud est, nisi facere compositum in actu existentiæ esse, qđ erat in potentia subiectiua materię. vnde forma per se non fit, sed ideo dicitur extrahi de potentia ad actū, quia materia, quæ erat in potentia ad formam actu fit sub forma, genera to composito, vnde agens in generando compositum essentiali depen

Quid sit extrahere rē de pōa ad actum.

I dentia dependet a subiecto in quod agit, quod est in potentia, sic dicitur extrahere aliquid de potentia ad actum. vnde Comment. in. 12. primæ philosophiæ. commen. 18. dicit. Tertia autem opinio est Aristo. ꝙ agens non facit nisi compositum ex materia & forma, & hoc fit mouēdo materiam, & transmutando eā, donec exeat de ea illud quod est potētia in ea ad illam formam in actu. nam si potentia non esset, agens nō esset, vt ipse dicit in eodem Com. 18. 12. meta. quia frustra est agens qđ caret propria operatione, & si opera

tio eius est extrahere aliquid de potentia ad actum, vbi non esset potētia non esset actio, & vbi non est actio, ibi etiam non est agens. nam 9. meta. cō. tex. 18. scribit Auer. cum entia non habuerint actiones proprias non habebūt essentias ꝓprias, actiones enim non diuersantur, nisi per essentias diuersas. & lucidissimꝰ Themi. in. 1. de anima. idem sentit. inquit enim, quod natura non permittit entia feriari. Deus enim & natura nihil frustra faciunt. 1. cœli te. commen. 32. &. 3. de anima. tex. cō. 45. Et confirmatur, quia potentia K

actiua diffinitur per passiuam, & passiua per actiuam, vt patet. 9. primæ philosophiæ. tex cō. 2. & ideo si non esset potentia passiua, nec actiua esset & propter hoc Commen. vult ꝙ omnes formæ sunt in potentia passiua primæ materiæ, & sunt in potētia actiua primi motoris. 12. meta. com. 18. & commen. 24. inquit. qđ forma primi mouentis aliquo modo est omnes formæ. Et ꝓpter hoc Commen. idem habet in. 8. physic. commen. 4. contra Sarracenos dicētes aliquid posse generari ex nihilo, L

dicens, & nituntur ad confirmandū hoc ex hoc, quòd mos est dicere, qđ subiectum esse necessarium agenti, scilicet subiectum ex quo fit generatio, est diminutio agentis, & omnia ista sunt existimatiōes vulgares valde sufficientes secundum cursum, secundum quem nutriuntur homines in eis, non secundum sermones sufficientes. agens enim non posse agere aliquid impossibile non dicitur esse diminutio, sed dicere ipsum facere aliquod impossibile, & posse facere est deceptio. & propter hoc iuxta fundamenta iacta in philosophia M

A phia Aristo. tenuit Comm. ꝙ quicquid est possibile ex parte agentis, est possibile ex parte passi, & ecõuerso, quicquid senserit de hoc Alexan. & post ipsum Auicen. sicut patet. in 2. physico. com. 48. & in. 8. physico. commen. 79. &. 12. meta. com. 41. iuxta hanc sequitur ista.

PROPOSITIO CXIII.

B *Agens extrahens aliquid de potentia ad actum, non largitur multitudinem, sed perfectionem.*

FAmosa satis, & diuulgata authoritas, & extrahitur in ꝓpria forma per Auerro. ex tex. commen. 15 &. 16. ex. 8. primæ philosophiæ, & sub alijs verbis eandem prætendentibus fermè sententiam scribitur ꝑ eundem in. 12. primæ philosophiæ. commen. 18 agens apud Arist. non est congregans inter duo in rei veritate, sed extrahens illud quod est in potentia ad actum, & quasi congregat inter potentiam & actum. s. inter materiam & formã, secũdum qd̃ C extrahit põam ad actũ, nõ destruendo subiectũ recipiẽs põam, & tũc efficiũtur in cõposito duo. s. materia, & forma. Ex quo loco clare patet quã tum deuiant a veritate, qui allegatam propositionem exponũt de potẽtia obiectiua, nã expresse dicit hic non destruendo subiectum recipiẽs eam, vbi patet quod loquitur de potentia subiectiua. Amplius Commen. 5. metaphysi. commen. 14. declarat quomodo in lapide est forma mercurij in potentia, & in actu, potentia quidem quia habet naturam recipiendi formam mercurij, actu D vero quia recipit illam. vnde mirũ est quomodo aliqui ausi sunt ponere ex mente Commentato. potentiam obiectiuam distinctam realiter a subiectiua, imitãtes in hoc viã Henrici de Gandauo, & Scoti, & nõ animaduertũt quòd principia Auerro. sunt primo diuersa a principiis illorum, nam illi coacti sunt ad illud, quia tenẽt sicut rei veritas est, & lex nostra credit, quod aliquid est possibile ex parte agentis, quod non est in potentia subiectiua alicuius subiecti, sicut mundus, & prima materia ante sui creationem, & ideo for- E ma mundi, & entitas primæ materiæ in illo casu, vt respiciebant potentiam actiuam Dei in ratione termini terminantis actionem ipsius creatoris, dicebantur esse in potẽtia obiectiua, quia ens in potentia obiectiua non est subiectum actionis, vel transmutationis, sed terminus, vnde primum potentiale, idest prima materia, licet in nullius sit potẽtia subiectiua, tñ ante mundi creationẽ primũ põale erat in potẽtia obiectiua respectu creatoris. quia igitur ista secundum Theologos separantur in esse, propter hoc igitur coacti sunt F ad illam distinctionem: sed Peripatetici negantes creationem, & asserentes, quod quicquid est possibile ex parte agentis, est possibile ex parte subiecti, quia possibilitas vere non est secundum ipsos nisi in rebus materialibus, ista non separantur in re, sed sola ratione, vt aliàs diffuse declaraui in concordantiis Auerrois. Dico igitur, quòd iste est sensus propositi theorematis, ꝙ agens verum, quod videlicet agit ꝑ veram actionem, & transmutationẽ extra-

Contra ponentes potentiã obiectiuã s. m Auer.

Limitatio theorem.

G extrahendo aliquid de potentia subiecti ad actum existendi non largitur multitudinem, propterea quia agens apud Aristotel. non est congregans apud duo in rei veritate, ita quod alia sit res in potentia, & alia sit res in actu. vnde Aristote. in octauo primæ philosophiæ in tex. commẽ. 16. dicit. quòd ista fuit causa erroris antiquorum quærentium causam, quõo ex materia, & forma fiat vnum dicens. causa vero quia potentiæ, & actus quærunt unum faciens, & differentiam, est autem, vt dictum est, & vltima materia, & for
H ma idem, & hæc potentia hæc actu, inquirebant enim antiqui quid sit qđ uniat potentiã cũ actu, ac si opus esset ibi esse aliqđ gluten, & vinculum quo mediante debent vniri inuicem, sicut est in rebus, quæ secũdum actum sunt separatæ, vt est in artificialibus, sed Aristotel. inquit, quod huius non oportet quærere aliquam causam isto modo, quia vltima materia quæ est, videlicet appropriata ad aliquam formam, & ipsa forma sunt idem, aliud enim est
I sicut potentia, & aliud sicut actus, & ex actu, & potentia suis rationibus intrinsecis per se vnum fieri habet, & ita non oportet illa mediante aliquo vinculo vniri, vt resultet per se vnum. sic igitur eadem numero res, quæ erat prius in potẽtia est postea in actu, non enim alius nunc est Antichristus in potẽtia ab illo qui erit in actu, sed largitur perfectionem, quia res actu existens habet perfectius esse se ipso dum erat in potentia, vnde Aristotel. in nono primæ philosophiæ. in tex. commen. septimo inquit. venit autem actus nomẽ qui ad entelechiam compositus, & ad alia ex motibus maxime videtur actus maxime motus esse, quapropter, & non existentibus nõ assignant moueri, alias autem quasdã categorias, puta intellectualia, & cõcupiscibilia esse non entia, mota vero non, hoc autem, quia non entia actu, erunt actu. Non entium enim quædam potentia sunt. Non sunt autem, quia nõ entelechia sunt. vbi Auerro. in commen. ait. entia, quæ non sunt extra animam non dicuntur esse simpliciter, sed dicuntur eẽ in anima cogitatiua, aut anima appetitiua, sed non dicuntur entia, sicut dicuntur res mobiles Manifestũ est autem, quòd entia ĩ anima sunt entia diminuta, & imperfecta, vt patet ex 6. primæ philosophiæ. tex. Cõmen. 8. vnde ens perfectum est ens existens extra animam. Sed tũc est difficultas, quia certum est quod ens extra animam est quod diuiditur per decem prædicamenta, & per potentiam, & actum, & per vnum & multa, quia Aristote in sexto primę philosophiæ abiecit a sua consideratione ens per accidens, & ens in anima, illud quia non habet causas terminatas, & istud quia erat ens diminutum. Et tale ens extra animam diuiditur illa triplici diuisione. iuxta q̃ diuiditur prima philosophia in tres partes, vt dicit Commen. in procemio. 7. metaphysi. Et tunc videtur quòd omne ens extra animam sit, vel substantia, vel accidens, vel in potentia, vel in actu, vel vnum vel multa, & ita ens in potentia non est in anima tantum, vt videtur asserere Aristote. & Commenta. in præfatis auctoritatibus, nono metaphysi. Nisi esset quod ens in anima est terminus multiplex. Nam aliquid potest dici

K L Dubium M Solutio.

A dici ens in anima, quia dependet solum in esse, & conseruari ab opere animæ, & non habet aliquod esse ex natura rei, sicut vacuum, & chimæra. Aliud autem dicitur ens in anima, quia non habet esse in effectu, sed tamen potest eē, & hoc est quòd sub aliis verbis alii dicunt, quòd ens rationis aliud est subiectiue, quia ē in ratione, vt in subiecto, vt species intelligibilis actus intelligendi, & habitus intellectuales. Alio modo aliquid dicitur ens rationis obiectiue, sicut vniuersalia, quæ relucet in specie intelligibili, quæ non sunt in ratione nisi sicut cognitum in co-

Ens in aïa multiplex est.

B gnoscente, & in esse abstractionis, quia quiditas lapidis relucens in specie intelligibili lapidis, non est in intellectu inhærenrer, & sicut forma in subiecto, quia forma existens illo modo in subiecto denominat subiectum, & sic intellectus diceretur lapideus, aut asininus, si forma lapidis & asini illo modo essent in intellectu. sunt igitur in esse abstractionis, & sunt sicut cognitum in cognoscēte. Tertio modo ens rationis sumitur pro cōparatione passiua, qua vnum obiectum cognitum comparatur ad aliud obiectum cognitum, & istud vltimum est illud, quod di-

Qđ ens rō nis distinguitur cōtra ens extra aïam.

C stinguitur contra ens extra animā, quod descendit in decem prædicamenta, & quod diuiditur per potentiam, & actum, sic dicit Doctor subtilis in .4. sententiarum. distinctione prima, quæstio secunda. Quando igitur Aristote. in nono primæ philosophiæ, inquit, quod entia in potentia sunt in anima concupiscibili, vel cogitatiua primis duobus modis sumpsit, non autem vltimo modo, & ille vltimus modus entis in anima seu rationis, est qui abiicitur a D consideratione scientiæ diuinæ, sicut diximus etiam in Commentariis nostris super formalitatibus. Sic igitur intelligitur, quomodo agens cum transmutatione extrahendo aliquid de potētia ad actum, nō largitur multitudinem, quia non facit id quòd erat potentia esse diuersum ab eo quod fuit in actu, sed largitur perfectionem, quia esse actualis existentiæ, est esse simpliciter, sed esse in potentia est esse secundum quid, vnde ens in potentia non ens dici potest, vt expresse dicit Aristot. in nono metaphysi. in loco prææallegato. Quod si quis instet in contrarium, nam ens diuiditur per potentiam, & actum modo diuisum prædicatur de condiuidentibus. igitur ens in pōa erit ens sicut ens in actu. E

Dubium.

Nisi esset quod propositio illa famosa veritatem habet in prædicatis vniuocis, fallit autem ī analogis, qa terminus analogus simpliciter dicitur de vno, de alio vero dicitur secū dum quid, aut aliquo modo sicut ens respectu substantiæ, & accidentis. Nam septimo primæ philosophiæ. tex commen. secundi. accidētia dicuntur entia eo, quia taliter entis, vbi Comment. in principio commen. inquit. quod cum declarauit, quod hoc nomen ens significat substantiam, & accidentia substantiæ, quæ sunt nouem prædicamenta intendit declarare, quod hoc nomen ens principaliter, & simpliciter significat prædicamentum substantiæ secundario, & determinate, scilicet relatiue ad substantiam alia prædicamenta accidentium, quæ non dicuntur esse, nisi quia accidunt enti, quod est ens per se, scilicet substā-

Solutio.

F

tiæ.

G tiæ. Ita in proposito ens simpliciter dicitur de ente in actu, quia illud est prius natura. Nam. 9. primæ philosophiæ. tex. commen. 13. omni tali scilicet ente in potentia prior est actus ratione, & substantia. De ente autem in potētia ipsum ens dicitur cum additione, quia ens in potentia est ens in potentia. Et sic patet declaratio propositi theorematis.

PROPOSITIO CXIIII.

Idem est agens disponens materiā, & inducens formam.

H Cribitur ista propositio formaliter ab Auerr. in. 7. primæ philosophiæ. in commē. 31. In illa ardua digressione, & diu agitata ab antiquis Patribus philosophiæ. s. a Platone, & ab Aristot. de positione & necessitate idearum. Inquit enim beatus August. in lib. 83. quæstionum q. 46. Non est verisimile, aut nullos sapientes fuisse ante Platonem, aut res quas Plato ideas vocauit, non intellexisse. Siquidem in eis tanta vis constituitur, vt nisi illis intellectis sapiens eē non possit. Inter præcipuas

I autem causas quæ mouerunt Platonem ad ponendum ideas duæ præcipue ponuntur ab Arist. in. 7. primæ philosophiæ. vna fuit propter scientiam. nam cum istæ res, quę sunt hic sint generabiles, & corruptibiles, & de talibus non sit scientia, ideo posuit ipsas ideas separatas ab ipsis singularibus. Alia autem causa fuit propter generationem. Aristo. autem in. 7. metaphysic. tex. commen. 16. vsque ad tex. commen. 21. inclusiue ostendit, quòd non sunt necessariæ propter saluandam scientiam. Deinde ostendit a tex. commē. 22. vsq; ad tex. com. 31. inclusiue, q̄ nō prosunt ad generationem, inquit. n. in cō. 22. intendit in hoc ca. declarare q̄m formę Platonis nihil ꝓsunt ad gñonē, q̄m cum destruxit eas nō ꝑ desse in scientia si cōcesserimus eas esse, vult etiam in hoc capitulo destruere eas non prodesse ad generationem. Quæstiones autem multæ & difficiles, vt inquit Comment. in digressione contingunt circa hoc. nam si illud quod est in potentia, non exit de potentia ad actum, nisi ab aliquo ente in actu eiusdem generis, aut eiusdem speciei. Et nos videmus plures plantas, & plura animalia generari sine semine absq; hoc, quod hic appareat aliqđ agens simile, vel secundum genus, vel s̄m speciem, oportet dare aliquod agēs separatum, q̄ sit eiusdem speciei, vel generis cum talibus rebus generatis. vnde ista reputatur esse maior ratio Platonis, vt habet Com. in comm. 31. Secunda ratio ad idem est ista præsupponendo vnum quod est verum in se, quòd quælibet forma substātialis est forma supperaddita formis cōplexionalibus, hoc est dictu, ē forma realiter distīcta a qualitatib', & complexione resultante, ex qualitatibus elementorum. complexio enim sicut dicit Princeps in prima Fen, primi canonis doctrina. 3. ca. 1. est qualitas, quæ ex actione adinuicem, & passione contrariarum qualitatum in elementis repertarum, quorum partes ad tantam paruitatem redactæ sunt, vt cuiusq; earum plurimū, contangat plurimum alterius prouenit. vnde in elementis forma substantialis est supperaddita qualitatibus primis, vt forma grauitatis substantialis in grauibus, & forma

Prima rō pro ponēdis ideis.

Secūda ro.

K L M

A maleuitatis ĩ leuibus. & eodem modo in mixtis forma substantialis mixti est supperaddita forma ipsis miscibilibus. nam vt scribitur ibidem in tex.commen.60. in compositis p se ex congregato fit aliquid additũ, aliud a componentibus. vnde caro non est terra, & ignis, tunc de istis formis substantialibus, dum generantur a quo generantur? nam aut generantur ab aliquo extrinseco eiusdem generis, & speciei cum ipsis, aut generantur ab aliqua forma separata. sed non videtur pri-
B mum posse dari, quia res generatæ a semine non videntur generari ab aliquo eiusdem generis vel speciei, quia semen non est animatum, qd' videtur esse proximum generans. igitur datur idea separata, quæ dat huiusmodi animas istis ex semine generatis, ita quòd prima ratio procedit de generatis ex putri materia, secunda vero de generatis ex coitu, & fundamentum vnius rationis est commune vtrique, & est quòd omne ens in potentia non deducitur ad actum nisi ab aliquo ente in actu eiusdem generis, aut speciei cum ip-
C so. Vnde confirmando secundam rationem inquit Commenta. quòd hoc non solum apparet in non generabilibus ex semine, verumetiam & in generabilibus, quia semen non est animatum nisi in potentia non actu, & omne quod est in potentia indiget aliquo, in actu, quod sit eiusdem generis vel speciei, & ita tandem, tam in istis, quàm in illis deuenire oportet ad generans abstractum a materia, Et quia amplius posset dicere, quòd anima sit a cõplexione, inquit, quòd hoc dici non potest, nisi imitando opinionem eorum, qui posuerunt animam esse complexionem. Sed hoc est reprobatum in tertio de anima. commento quinto, contra Alexand. vbi inquit, & magis inopinabile de opinione Alexandri est hoc, quod dixit, quòd primæ præparationes ad intellecta, & ad alias postremas perfectiones de anima sunt res perfectæ a complexione, non virtutes factæ ab extriuseco motore, vt est famosum ex opinione Aristotelis. & omnium Peripateticorum. Ista enim opinio in virtutibus animæ comprehensiuis, si est secundum, quod nos intelleximus, est falsa. A substantia enim elementorum, & a natura eorum non potest fieri virtus distinguens, aut comprehensiua, quoniã si esset possibile, vt a natura eorum, & sine extrinseco motore fierẽt tales virtutes, tunc eẽt poſſe, vt postrema perfectio, quæ est intellectus esset aliquod factum a substantia eorũ, vt color, & sapor fiunt. Et ista opinio est similis opinioni negantium causas agentes, & non concedentiũ, nisi causas materiales tãtum, & sunt illi qui dicũt casum. & propter hoc Commen. non dignatus est in illa digressione argumentari contra illam opinionem, dicentem animam fieri a complexione, quia est forma complexionalis, nam alibi fuerat diffusus sermo contra illam opinionem, & vt inquit Alexand. probatis in vno loco possumus vti, tanquam suppositis in alio loco. Adductis illis rationibus, Commentator adducit sententias posteriorum in doctrina Arist. Et prima opinio, fuit opinio Auicen. qui propter illas rationes dixit, quod omnes formæ viuentium, siue sint plantæ, siue animalia,

D E F Op. Auic.

G animalia, & omnes formæ corporũ cõsimilium partium, scilicet formæ substantiales mixtorum, immo etiã omnes formæ substantiales elementorum, sunt a quadam substantia separata, quæ ab Aristote. nuncupatur intellectus agens. & Auicen. vult qd non solum iste intellectus agens ponitur pp oĩa facere, quo ad esse intelligibile, immo etiam quo ad omnia facere, quo ad esse sensibile, & dicebatur colcodea, & dator formarum. Et hic animaduerte incidenter vnum contra modernos somniãtes in via Auerro. intellectum agen-
H tem esse Deum, quia Commenta. vult quod Auicen. datorem formarum appellabat illud, quod philosophi in via Aristotel. dicunt intellectum agentem. Patet autem quod colcodea Auicennæ erat intelligentia decimi ordinis, & non erat Deus. Vnde Auicen. fundabat suam positionem super hoc, quod in hoc mũdo inferiori non sunt qualitates actiuæ trãsmutabiles, nisi quatuor qualitates primæ. vnde formæ materiales non sunt actiuæ, & ideo forma substantialis ignis non est actiua, sed caliditas eius. ignis enim, vt di-
I cit Aristote. in libro de sensu, & sensato, non agit inquantum ignis, sed inquantum calidus. vnde vt inquit Commenta. quæstio illa vniuersaliter fundatur super propositiones, quarum prima est, quod omne qd' est in potentia, non exit de potentia ad actum, nisi ab aliquo agente quod est eiusdem generis, vel speciei cum ipso. Dicitur autem notabiliter, hoc sub disiunctione, quia vniuocatio in generationibus videtur attendi, vel penes genus, sicut est de generatiõe muli, qui fit ab equo, & asino, vel penes speciem, sicut ho- K
mo fit ab homine. Altera propositio est, quod formæ substantiales materiales non sunt actiuę, neq; passiuæ essentialiter, quod pro tanto dicitur ad differẽtiam formarum immaterialium, quæ sunt principia eorum, quorum sunt principia duob' modis, & secundum agens, & secundum finem. vnde scribit Auerr 12. metaphysi. commen. 36. Si quidem forma balnei non esset in materia, tunc moueret & secundum agens, & secundum finem. Dicitur autem notabiliter essentialiter, quia formæ materiales bene agunt, & patiuntur L
per suas qualitates. Vnde Aristo. dicit in libro de sensu & sensato, ignis non agit inquantum ignis, sed agit inquantum calidus. quod pro tanto dixit, ni fallor, quia actio proprie sumpta est merito contrarietatis, vt patet in. 1. de generatione, & corru. tex. commen. 50. & quia igni inquãtum ignis nihil est cõtrarium, quia substantiæ nihil contrariatur, tamẽ ignis est contrarius, atque eo modo quo contingit substantiam substantiæ contrariam esse, vt dicit Aristo- Prop. 123
te. in secundo de generatione & corruptione in tex. comment. 49. quia M
vt ipse ibidem dicit tex. com. 24. omnia elementa contrarietatem habẽt ad inuicem, quia differentiæ, contrarię sunt, idest ratione suarũ qualitatum, quæ sunt differentiæ, aut vere substantiales, vt voluit Alexander vt sibi imponit Comm. 5. physico. commen. 10. aut circunloquutiue, vt tenuit Auer. vbi supra. & in. 8. metaphysic. commen. quinto. ideo formæ materiales non dicuntur actiuę, aut passiuę essentialiter, sed si agunt & patiuntur, hoc erit p accidens

A dens rône suarum qualitatum. Et licet Côm. sit in parte argumentatiua, & infra non declarat quomodo hoc sit intelligendum, ideo ne iterũ redeam ad istum locum, Animaduerte quod ista propositio nõ est absolute intelligenda, quod formæ materiales non sunt actiuæ, neq; passiuæ essẽtialiter, & quod actiuæ, & passiuæ sunt primæ qualitates, ĩmo formæ substãtiales materiales sunt magis actiuæ, quã primæ qualitates essentialiter, ad bonum intellectum, quia certũ est, quod omnis actio facta ex congregato duorum diuerso-
B rum, necesse est, vt alterum duorum sit quasi materia & instrumentum, & aliud sit quasi forma & agens, sicut clare testatur Auer. in. 3. de anima. in com. 36. & elicitur etiam de intentione Philosophi, in. 2. de anima. in tex. com. 24. Igitur omnis actio proueniẽs à formis substantialibus elementorum, & suis qualitatibus, siue sint alteratiuę, siue sint localr motiuę oportet ꝙ attribuat alteri tanquam formæ & agenti, alteri vero tãquam materiæ, & instrumento. manifestum est aũt quod semper respectus imperfectioris ad perfecti⁹
C est respectu materiæ ad formam, aut
ppõ. 114. instrumẽti ad agẽs, sicut dicit Côm. in eodem com. 36. tertij de anima & in. 2. de anima. tex. com. 24. Manifestum est autem quod forma substãtialis ẽ nobilior qualitatibus. 7. metaph. tex. com. 4. Quod cõfirmatur primo in motu locali forma substãtialis elementi concurrit, tanquam causa agens principalis, ex diffinitione naturæ posita in. 2. physicor. tex. commẽ. 3. in qua dicitur, natura est principium motus, & quietis eius, in quo est primum, & per se, & non secundum accidens. vbi dicitur, quod D est primum, idest principale, & non instrumentale principium. Quod confirmatur clare auctoritate Auer. in primo cœli & mundi. in tex. co... 17. vbi Arist. in tex. diffinit graue, & leue dicens. Graue quidem igitur sit quod ferri natum est ad medium. Leue aũt quod à medio. vbi Auerro. ponit documentum, & inquit. & intelligendum est ex descriptione grauis. & leuis naturam, quæ innata est ad mouẽdum ad medium, vel à medio. f. habitum & formã, ex qua procedit hæc operatio, & si hoc nomen grauitas, & leuitas non dicuntur vul E gariter nisi de accidente. vbi euidenter apparet de mente Auerr. formas substantiales grauium & leuium, esse principium principaliter causans motum localem, quia vt ipse inquit in. 2. physi. com. primo, ꝙ licet non ppõ. 115. inueniatur corpus simplex quod alteretur ex se, inuenitur tamen quod moueatur in loco ex se, & ẽ sine dubio mens eius, quod elementa habent principium intrinsecum actiuum motus localis, non tamen passiuum, secus autem est in motu alterationis, vt est videre in tertio cœli. in commen. 28. & in pluribus alijs F locis. Similiter etiam est in alijs motibus prouenientibus à formis mediantibus qualitatibus alteratiuis, nam si ignis calefaciendo aquã cõuertit aquam in sui naturam nõ est dubium, quòd forma ignis generantis concurrit vt agens, & caliditas, vt instrumentum, & ita etiam est in alijs formis perfectioribus, sicut sunt formæ mixtorum, & sicut est anima plantarum, & animalium. vnde Arist. increpat Empedoclem ponentem motum augmenti prouenire in

G viuētibus à virtute elemētali ignea, sed vult ꝙ ignis, & calor cōcurrant, vt concausa, & vt instrumentum, sed anima concurrit tanquam agēs principale, vt patet in secūdo de anima. tex. cōmen. 41. Si igitur propositio proposita locum habet, sic est intelligenda, quod formæ materiales nō sunt actiuæ, aut passiuæ essentialiter, sed qualitates primæ sunt actiuæ & passiuæ, hoc est intelligendum, quo ad esse principium immediatum agendi & patiendi. nam esse isto modo principium actionis, & passionis in istis gñabilibus, & corru

H ptibilibus, pertinet ad causam instrumentariam, aut organicam, & non ad causam principalem. nam formæ quę sunt hic, non agunt per suā essentiam, sicut formæ abstractæ à materia, sed requirunt instrumentū ad hoc quod ab eis emanet propria operatio, sed intelligentia si mouet cœlum, mouet per scientiam suam, quæ est idem cum essentia sua, & qa vt diximus, actio proprie est merito contrarietatis, & formæ elementales non sunt contrariæ per se, sed per suas qualitates, & sic tene de ista propositione apud Peripateticos. Reuer

I tamur vnde discessimus, & quia Auicen. obedit istis propositionibus, iō credit omnes formas esse ab intelligentia agente, quam vocat datorem formarum. & Themistius etiam videtur esse eiusdem quasi opinionis, vnde istam opinionē Themistij paucis pertransit hic, sed si vis diffuse videre eam, vide in cōmen. 18. 12. metaph. & nos ibi loquuti fuimus plene de hoc. ī hoc vero loco dicit Themestius in sua paraphrasi de anima, qui liber dicitur esse sextus naturalium in ordine secundum Arabes. in hoc enim concordat cū Auic. Auer.

K vt ē videre in principio libri metheororū ab ipso. Vult igitur quod Themistius dixerit, quod anima non solum est illud, quod est omnes formæ intelligibiles, & sensibiles spiritaliter, iuxta illud Arist. in. 3. de anima. tex. com. 38. anima est quodam modo omnia, quia est sensibilia per sensum, & est intelligibilia per intellectum, verumetiam est illud quod ponit omnes formas in materijs, & creat eas præcipue autem, vt inquit Cōmenta. duodecimo primæ philosophiæ commen. 13. motus fuit ad ponendum huiusmodi animam

L abstractam vniuersalem ꝓpter animalia quæ generantur sine semine. vnde hæc sunt verba eius in primo de anima. in cap. 24. Animam itaq; illam mundi vnicam atq; vniuersalem, quæ corporibus præbet siue animam dicere, siue vitam malis. quæ nihil aliud est, quāuis quędam vitalis generabilisq; per omnem naturā inuenta, clarissime asserunt ea animalia, quę ortu spontali de materia putri proueniūt, ea ex tali excrementorum, & sordium mixtione, aut tali ortu spirant viuiscunt, mouentur, vt in Aegypto mures, & in no-

M stro cœlo vermes, & locustæ, & quæ huius generis plurima &c. Demum Auer. ponit vnam aliam rationem pro Auicen. quia videmus ignem generari à motu. Nō est autem dicendum quòd motus generat substantiam, ergo forma ignis datur à datore formarū separato, & est super isto fundamento, quod omne quod fit, vel fit ab aliquo eiusdem generis, vel ab aliquo eiusdem speciei. Motus aūt, & forma substantialis ignis, neque sunt eiusdem gñis, neq; sunt eiusdem

A eiusdem speciei. Auer. vero tandem ponit viam Aristo. in hoc, ꝙ formæ materiales sunt generantes formas materiales. & in hoc vides qualiter propositio prima sumpta per Auic. falsa erat, ꝙ formæ materiales non sunt actiuæ, neq; passiuæ essentialiter, immo quælibet forma inquantum forma, est per se actiua, formæ enim est agere, & mouere, sed moueri & pati alterius principij sunt, vt dicit Philosophus in secundo de generatione & corruptione in tex. cō. 50. Bene verum est, ꝙ formæ materiales sunt passiuæ per accidens. Vide Comment. 3. cœli commen. 28. Forma elementi inquātum forma, mouet, sed vt est forma in materia mouetur, & ideo formæ abstractæ à materia sunt solum per se agentes, & nullo modo patientes, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, quia essentialiter pati repugnat formis inquātum sunt formæ, sed nec accidentaliter, quia sunt abstractæ à materia, quæ est origo prima passionis cum transmutatione. & in hoc est differentia, vt patet nono primæ philosophiæ commen. 2. Et ideo Cōment. tenet cum Aristo. quod in animalibus, & plantis genitis, ex semine generantia semina sunt quæ dant seminib⁹ virtutes informatiuas, & corpora cœlestia. Sed in genitis sponte, vt illis, quę ex putri materia gignuntur tales virtutes dantur à calore solis, & stellarum. Et vult Auer. quod huiusmodi virtutes assimilantur arti, & intellectui. arti quidē, quia ars nihil aliud est quàm forma rei artificialis existens in anima artificis, quę est principium factiuum formę artificialis in materia. Vnde Aris. septimo metaph. tex. com. 23. Quare

Opi. Aris. & Auer.

Foŕa p se actiua est.

B

C

Virtutes Iformatiuę assimilāt aru, & intellectui.

D modo quodā accidit ex sanitate sanitatem fieri, & domū ex domo, sine materia materiam hn̄tem: medicinalis enim est, & ædificatiua species sanitatis, & domus. Sic etiam istæ virtutes informatiuę inquantū sunt generantes similia illis, à quibus data sunt semina assimilantur arti. Assimilantur autem intellectui, in hoc ꝙ non agunt per instrumētum corporale, quod est intelligēdum ex parte subiecti, nō sunt enim virtutes organicæ, vt potentia visiua, & auditiua, tamen bene operantur per calorem commensuratum, qui est viuificus. Et in hoc est differentia inter istas virtutes dictas informatiuas à Medicis, & inter virtutes naturales, quia virtutes naturales nō agunt actione intellect⁹ operatiui, idest practici, sicut virtus informatiua, quæ assimilabatur intellectui, hoc quod non agit per organum, tāquam per subiectum & instrumentum, sed virtutes naturales habent membra propria, vt prima digestio stomachum, & secunda hepar, & sic de alijs, sed virtus informatiua non agit p mem brum proprium. Sed in hoc est difficultas, quia secundum Aris. in. 16. de animalibus. Cor est primum qd viuit, & vltimum ꝙ moritur, ergo virtus informatiua, mediante corde producit reliqua membra, & ita videtur, ꝙ agit mediante aliquo membro. Nisi esset, quòd licet cor præsupponatur generationi omnium aliorum membrorum, tamen virtus informatiua est, quæ est principium ꝓductiuum omnium membrorum, vnde non per cor, vt per organum in quo sit talis virtus, vt visiua virtus in oculo generat alia, quia tunc cor esset ēt medium in ge

E

Dŕia inter virtutes iforatiuas & nāles.

F

G netando seipsum. Et propter hoc Galenus dubitauit de hac virtute, an esset Deus, aut non. Etenim vt scribit idem Auer. in lib. destructio destructionum, in disputatione. 3. in solutione. 18. dubij, inquit. sed entia inferiora, & seinuicem generabilia, quæ animata sunt, indigent alio principio ratione animæ, quòd dictam animam det, & etiam formam. Et Galenus nuncupat eam virtutem formatiuam, & aliqui sapientes dicunt, quòd ipsa virtus est separatum principium. Quidam vero istarum, dicunt ꝙ est intellectus.
H Quidam dicunt quod est anima. Quidam dicunt, ꝙ est corpus super cœleste. Et quidam dicunt, ꝙ non est aliud nisi Deus. Et ideo dubitauit Galenus vtrum agens hác actionem, sit ipsemet Deus, aut aliud. Sed inquit Auer. in eadem digressione septimi, quòd talis virtus informatiua agit per calorem existêtem in semine, tanquam per instrumentum, non tanquam per organum in quo sit, sicut virtus in subiecto proprio & forma in materia, & sicut anima est in calore naturali. Nam vt habet Auerro. in commen. 73. super
I primo canticæ canticorum Auicen. calor naturalis est subiectũ animæ, vt est notum ex scientia naturali. Nam Aristot. in libro de morte & vita, describens generationem viuentibus accommodatam, dixit, generatio est prima participatio animæ in calido naturali, & vita est eius permansio. nam extinctio caloris innati mors est. Vnde Galenus satis congrue vitam senum comparauit in prima particula separatorũ sermonum lucernæ, quę est extinctioni parata. Vnde quidam ex hoc tenuerũt calorem naturalem, & spiritum K esse formaliter animatum, tamen tenendo aliam viam, quæ magis placet, possumus glossare, ꝙ generatio est prima participatio animæ à corpore organico disposito per calidũ naturale, quia in diffinitione animę dicitur, quòd est actus corporis organici physici, potẽtia vitam habentis. Sed talis virtus informatiua est in calido, quod est in semine, sicut intelligentia in cœlo, & est sicut motor in mobili, & in instrumento, & ille est locus, vt vides clare cõtra Chimęrizantes in uia Auerr. qui tenent intelligentiam esse formam per for- L malem inhærentiam perficientem ipsum orbem. Et postea conuertitur se contra illos, qui opinati sunt istam virtutem esse intelligentiam separatam, siue sit Deus, siue idea, siue anima mundi, siue colcodea, ex demonstratione Arist contra Platonem, qui vult, ꝙ forma non generatur per se, quia tunc generatio esset non à materia. consequens est impossibile, quia in omni generatione oportet subijci aliquod subiectum, quod dicitur generari, & deferre ipsam transmutationẽ, vt late demonstratum est in primo physicor. cum M hoc quod est concessum ab omnibus, quia omnes, qui de natura loquuti sunt, in hoc conuenerunt, ꝙ ex nihilo nihil fit, vt dicitur in primo physi. tex. com. 34. Consequentia autem deducitur, quia si generãs sit forma separata, ergo in generando non dependet à materia. & si sic est, igitur producit sibi simile omnino, & ita non opus esset ponere materiam. nam omne mixtũ cum materia fit à mixto cum materia. Amplius materia si est necessaria in generatione

A neratione per se est,quia est pars generati, sed materia non est pars formæ. igitur si forma per se generaretur non opus esset ponere materiã. & propter hoc concludit Cõmenta. ꝙ generans est illud quod transmutat materiam extrahẽdo id,quod est in potentia ad actum, & quia transmutatio fit per qualitates alteratiuas, necesse est quod tale alterans sit corpus,nam declaratum est in septimo physic.tex. com. 12. ꝙ alterans, & alteratum debent esse simul, & debent se contangere. cõtactus autem est eoꝝ quoꝝ vltima sunt sil. 5.phy.

B tex.c. 22. & talia sunt corpa physice

Suasio. loquẽdo. Et qa aliqs pro Pla.& Aui. dicere posset, ꝙ aliud est agẽs, ꝙ disponit subiectum formę,& aliud est quod generat formam, sicut de facto isti ponunt.

Cõfutatio Contra hoc arguit Auer. quia si aliud est generans subiectum formæ. i. disponens subiectum ad recipiendum formam,& aliud est generans formam, tunc subiectum & sua forma essent duo in actu. consequens est impossibile,qa cum ex subiecto,& forma fiat per se vnum,oportet ꝙ vnum sit in potentia,& aliud sit in actu, vt dicitur octa

C uo metaph. tex.commen. 15. & 16. ex duobus enim entibus in actu nõ fit per se vnum. Consequentia autem sic deducitur, quia actio disponentis subiectum terminatur ad aliquod ens ĩ actu,& similiter actio generantis formam terminatur per se ad aliquod in actu. Si igitur aliud est disponens subiectum,& aliud generans formã. Forma igitur & suũ subiectum sunt duo in actu,& ita patet sequela, & propter hoc subdit Auer. ostendendo impossibilitatem consequentis. in quo inferebatur, ꝙ subiectum formæ,& sua forma sunt

D duo in actu,quod subiectum formę nõ habet esse supple in actu,nisi per formam, vnde Commenta. loquens de prima materia,quæ est subiectũ omnium formarum,in secũdo physico.commen. 12. infert,ꝙ si esset per se in actu sine omni forma,tunc qđ non esset in actu,esset in actu, quod implicat manifestam contradictionem. Et propter hoc subdit,quòd actio agentis non pendet de subiecto, nisi qa pendet de forma,quia agens transmutans subiectum non transmutat ipsum,nisi propter formam, vt dicitur in secundo physic. forma

E enim est finis generationis,& illa est quæ mouet intentionem agentis, & ideo actio agentis non pendet à forma, supple tm,sine subiecto,ita quòd intendit generare formam per se sine materia subsistentem, quia hoc est impossibile, nec pendet etiam à subiecto,per se sine forma. Et propter hoc dicitur in septimo metaph. tex.com. 23. & 26. quòd illud quod per se fit,est compositum ex materia & forma. Adducit etiam aliam rationem in declaratione p̃ntis theorematis, quòd si aliud est generans

F subiectum formæ,& aliud est generans formam, tunc vnum actum, secundum quòd est vnum actum generaretur à duobus agentibus, quod est impossibile, æque immediate intelligas, quia non inconuenit, immo est necessarium, quòd idem effectus per se producatur à duob⁹ agentibus, quorum vnum est per se causa vniuersalis,& aliud per se est causa particularis, homo enim generatur ab homine, & à sole, vt patet in secundo physic.tex.commen. 26. & 12. primę philosophiæ. tex.com. 13.

G nam idem agens particulare sufficit ad vtrunque. Si igitur tu separas, quia aliud p te disponit, & aliud generat, ergo idem actum per se est à duobus agentibus proximis. Vltimo Auer. innuit in calce commenti aliá rationem, quia aliquis soluere posset, iam factam rationem, ꝙ agens particulare est quod disponit, & vniuersale separatum est, quod generat inquit. Hoc stare non potest, quia illud non potest generare aliquid materiale, quia est incorpoteum, & non potest alterare materiam, per qualitates alteratiuas, quia tale necessario

H est corpus. Amplius iste effectus genitus est particularis, ergo generans debet eē particulare, quia ex. 2. physi. tex. com. 38. effectuum particulariū causæ sunt particulares, & vniuersaliū causæ sunt vniuersales. vbi Cōmenta. in com. dicebat, & dixit hoc præseruando se à Plato. opinione, videlicet, ꝙ vniuersalia sunt causę particularium. Vltimo in calce digressionis ostendit quod mouit Arist. in ponendo mouens separatum à materia, & dicit, ꝙ fuit factio virtutum intelligentium, quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtę

I cum materia, vnde necesse est, vt omne non mixtum cum materia generetur quoquo modo à non mixto cum materia simpliciter, quemadmodum est necesse, vt omne mixtum cum materia generetur à mixto cum materia. Quem locū Gregorius Arminensis in secundo sententiarum distinct. prima, quæstione prima, articul. primo in respōsione ad argumenta, ita exponit, quòd Comment. non loquitur de virtutibus intellectualibus, quæ sunt intelligentiæ, sed loquitur de virtutibus

Expositio Greg. Ari. & Ioā. de Gand.

intelligibilibus quæ sunt intellecta K vniuersalia, & intentiones vniuersales abstractæ à materia, & conditionibus materiæ, propter quatum factionem in nobis coactus fuit Arist. imponendo intellectum agentem, & ita exposuit Ioannes de Ianduno in. 7. suæ metaphy. quæst. 19. Sed ista expositio non quadrat verbis Commen. quia loquitur de virtutibus intelligentibus, quia dicit quòd mouit Arist. in ponendo mouens separatum à materia fuit factio virtutum intelligētium, quia virtutes intellectuales sunt non mixtę, modo si Commenta. per hæc verba intellexisset species intelligibiles, & vniuersalia relucentia in eis, nō dixisset virtutum intelligentium, sed intelligibilium, neque dixisset virtutes intellectuales, sed virtutes intellectas. nā in scientia humana non potest dici, ꝙ res intellecta sit intelligēs propter ipsam animam intellectiuā esse infimam in genere abstractorum, vbi sciētia est qualitas, & de nouo secundum Peripateticos fit in nobis, quia intellectus à principio in nobis est veluti tabula rasa, in qua nihil est pictum, vt dicitur in tertio de anima tex. commen. 14. Ideo aliter dicendum est, ꝙ vt alias in consimili materia diximus supra in via Arist. est duplex generatio, vna proprie dicta quæ est actus generabilis inquātum generabile est, & ista requirit de necessitate subiectum quod vere dicitur gñari, vt dicit Auer. primo physicæ auscultationis. tex. com. 60. quia motus est in moto, & denominat ipsum & requirit priuationē, & alterationem prçuiam, quæ fit in tempore. & istum modum generationis intēdit Arist. remouere à cœlo, vt scribit, Cōmen.

Cōfutatio

L

M

Pō ꝓprie. Gño dupliciter.

A Commen. in primo de cœlo & mundo. in tex. com. 20. Alia vero est generatio secundum similitudinem, & dicitur quoquo modo generatio, & rectius dicitur productio qua in æternis causa secundum naturam, & nō secundum tempus præcedit causatum, & ita dicimus nos iuxta viam istius viri, ꝙ in æternis est causa, & causatum secundum ꝙ intellectum est causa intelligentis, & ista non requirit subiectum, neq; tempus, neq; priuationem, & quia omnes virtutes intelligentes sunt causata ab æterno prima in triplici genere causę huiusmodi res fuit in causa, quę mouit Arist. ad ponendum mouens separatum à materia, quia omne non mixtum cum materia, necesse est, vt generetur quoquo modo à non mixto cum materia, vbi manifeste patet, ꝙ vniuersaliter loquitur, & etiam dicit quoquo modo, quia in abstractis a materia, non dicitur aliquid generari simpliciter, quia generatio simpliciter dicta non est nisi in reb⁹ materialibus generabilibus, & corruptibilibus, & ista est mens Auerro. sine dubio. Ex his igitur patent rationes adductę per Auer. in illa digressione. 31. commen. in septimo primæ philosophiæ, quem publice hoc anno Neapoli legere non potui, propter imminentem epidimiæ suspicionem, & male mihi successisset, nisi vir ille nunquam satis laudatus, poeta, & orator, Italiæ & tempestatis nostræ decus, Petrus Grauina, mihi consuluisset, cui semper, & ob singularem doctrinam, & morum probitatem secundum doricam harmoniam, vt inquit diuus Plato, connexus ero, & obnoxius. Sed redeamus ad rem nostram. meus Aristot. secundum Auerroicam doctrinam est, quod idem est agens disponens materiam, & inducens formam propter rationes tactas. Sed contra Auer. rationes insurgit subtilis Doctor in septimo suæ metaphysicæ, quæstione vndecima. Inquit enim, ꝙ prima ratio Commenta. nulla est, nec probat consequentiam, videlicet, quòd si forma separata esset generans formam, tūc generaret sibi simile, quia omne agens quantum est de se, producit sibi simile, quia vt inquit, instantia est in promptu. nam actio primæ causæ minus dependet à materia, quàm actio alicuius ideæ si esset, sed primum non potest semper producere sibi simile, sed producit materiam sicut formam, & similiter compositum, quia quicquid potest causa inferior, potest & superior, sed inferior potest gñare compositum, ergo & superior. Item consequentia assumpta non valet, ꝙ quia agēs non est in materia, ideo non dependet actio à materia, quia omne agēs citra primum, requirit materiam in quam agat, & tamen aliquod est agens immateriale præter primum. Item contra secūdam rationem, ista propositio videtur impossibilis, immateriale non potest transmutare materiam, & hoc propter quatuor. Primo quia ex ipsa sequitur impossibile, scilicet, quòd prima causa nō potest transmutare materiam, quia nullum agens separatum est ita immateriale, sicut prima causa. Item secundo, impossibile est aliquid trāsmutare aliud per medium nisi transmutet medium. Sed Commentat. in fine illius commenti dicit, quòd forma separata potest transmutare materiam mediāte corpore cœlesti,

Rōnes Scoti contra Auer,

G ergo potest trāsmutare illud corpus medium, aliàs procederet in infinitum, quia vltimum transmutatum transmutatur ab aliquo trāsmutante, & illud est materiale, & deuenies ad aliquod transmutans nō corpus, quod transmutet corpus immediate. Item tertio de dictis proprijs sequitur oppositum dicti sui, quia dicit ꝙ corpora cœlestia in illis quę generātur per putrefactionem dant illis aliquid loco feminum, sed corpora cœlestia sunt formę, ita ꝙ non est ibi materia receptiua formę substātialis secundum ipsum in lib. de sub

H stantia orbis, ergo sola forma potest transmutare materiam. Itē quarto transmutans transmutat inquātum est in actu. 9. metaph. & inquantum tale accidit sibi habere principium potentiale, ergo accidit transmutanti habere materiam, & esse compositum. Item contra aliud quod tangit excludendo responsionē per vnitatem compositi. dicit. n. ꝙ subiectū & forma essent duo in actu, & quod vnum actu esset à duobus agētibus, hæc sunt opposita, quia si subiectū, & forma sunt duo, tunc nō sunt vnū actu, sed duo actu. Item ex eodem

I affirmato, & negato non sequit̃ idē. Item ꝙ ratio nō valet in se, quia materia est à Deo, quia ingn̄abilis, & tamen forma est à generante particulari, ergo subiectum & forma sunt duo in actu non valet, quia tota materia est in potentia, & actus adueniens facit vnum actu. Item alia ratio non valet quādo infert, ꝙ vnum actu est à duobus agentibus. probatio ꝙ conclusio sit necessaria, aliquis vnus effectus est ab agēte particulari, & q̄cquid ē à cā particulari, est ab oīb' causis vīibus ordinatis, & veri' q̄ ab isto particulari. & illud voluit

K Plato, vt ĩponit̃ sibi, tñ qđ eēt à duobus agentibus æque primo, & æque ĩmediatis, hoc esset impossibile, sed isto modo non potest inferre cōtra Platonem, quia disponens, & inducens sunt agētia ordinata. Sustinendo viam Auer. ad primum Scoti respōdetur ꝙ quicquid immediate fit à non mixto cum materia, est nō mixtum cum materia, sicut intelligentiæ, sed ista quæ sunt hic dependent à Deo mediantibus corporibus cœlestibus, & conseruantur in esse. vnde Auer probauit ex intentione Aristo. *Defensio Auer.*

L nullum nouum à volūtate antiqua ĩmediate posse prouenire. mixta igitur ꝑposita ex materia, & forma immediate à prima causa ſm Peripateticos non proueniunt. De prima autem materia id quod adducitur nō est ad ꝑpositum, tum quia materia non dependet à Deo in esse secundū se, sed vt stat sub forma, sic. n. participat esse, & bonitatem primi, tum etiā quia dato ꝙ materia immediate cū sit æterna dependet in esse quo ad suam essentiam à Deo, tamen ipsa non est composita ex materia & forma, quia materiæ non est materia, tunc. n. generationes procederen-

M tur in infinitum si forma per se fieret, vt dicit Aris. & Cōm. in 7. meta. tex. cō. 26. & 27. & idem iudicium est de materia si per se generaretur, quia diuisibile semper eē oportet id quod per se fit, & per se generatur, vt ibidem dicitur. Sed tunc in hac solutione esset dubium. nam si materia immediate ab æterno ꝑducitur, tunc cum quicquid procedit immediate à causa prima perfectū sit. materia igitur ſm se eēt ens perfectum, quod est cōtra oēs sapientes. Ad hoc respon- *Dubium.* *Solutio.*

A videtur ꝙ propositio illa veritatẽ habet de eo, ꝙ sic procedit à causa prima quod conducit ad esse entia ad maximam Dei similitudinem, sicut est intelligentia, tñ id quod procedit ab ipso immediate, sic, vt sit subiectum & fundamentum oĩum stat imperfectum esse, sicut est prima materia. nam distantiæ entium in hoc sunt valde diuersæ, oĩa. n à primo principio habent esse, & viuere sibi cõmunicatum. tamen his clarius, his vero obscurius. sic dixit in hoc longe ante nos Magnus Albertus in. 1. physicorum tractatu vltimo, cap. 13. Ad B aliud de consequentia illa quam dicit non valere, respondetur, ꝙ agens immateriale bene præsupponit materiam dum comparatur ad effect⁹ materiales in quos agit mediãtibus corporibus cęlestibus. Vnde Auer. in octauo physic. cõmen. 4. contra loquentes sarracenos in sua lege inqt, & nituntur ad confirmandum hoc ex hoc, ꝙ mos est dicere quod subiectum esse necessarium agenti, scilicet subiectum, ex quo fit generatio est diminũtio agẽtis. Et omnia ista sunt existimationes vulgares, valde sufficientes secũdum cursum, secun- C dum quem nutriuntur homines in eis, non secundũ sermones sufficientes. agens enim non posse agere aliquod impossibile non dicitur esse diminutio, sed dicere ipsum facere aliquod impossibile, & posse facere, est deceptio. sed si forma per se fieret ab agente separato immediate, oporteret illam esse aliquid immateriale, immateriales enim substantiæ, vt sunt virtutes intellectuales sunt illę, quę immediate ab agente abstracto producuntur, vt dicit Commentator de mente Philosophi. Ad illa quatuor, quæ deducit contra secundam rationem, respondetur per ordinem tenendo conclusionẽ de mẽte Arist. & Commenta. Auer. ꝙ immateriale non potest immediate agere aliquod materiale, vt tenuit etiam in octauo physic. in commen. 15. Ad illud quod dicit de prima causa totum concedunt Peripatetici, quia posuerunt essentialem dependentiam istorum à prima causa mediantibus corporibus cęlestibus. Vnde Philosophus primo metheor. in principio dicit, oportet mundum istum inferiorem superioribus latio nibus esse continuum, vt omnis eius E virtus inde gubernetur. Ad secundum bene concedunt Philosophi, ꝙ intelligentia potest immediate mouere corpus cœleste, sed hoc non est transmutate aliquid substantialiter, quia motus cœli est æternus, & in corpore cœlesti non est alteratio passiua, nec augmentatio, nec diminutio, nec generatio, neq; corruptio. Peripatetici igitur tenuerũt ꝙ aliquid ſm substantiam transmutabile immediate à substantia immateriali transmutari non potest, quia talis alteratio est per contactum, & contactus est corporum. Ad tertiũ in quo F reducit Auer. ad cõtradictionem ex dictis proprijs probando, ꝙ forma aliqua sine materia potest transmutare materiam, quia corpus cœleste seclusa intelligentia est quædã forma sine materia, & tale largitur animalibus ex putrefactione genitis aliquam virtutem loco virtutis, quę est in semine. Respondetur, vt in proprio theoremate declarauimus aperte de mente Auer. ꝙ orbis cęlestis in via eius non est forma sine materia, quia oĩs forma sine mã apud Peripate-

G patericos est intelligentia abstracta. vnde vt supra diximus, multi magnę authoritatis viri, decepti sunt ī hoc, credentes in via Arist.& Auer.ꝙ cum cœlum seclusa intelligentia non sit cōpositum ex materia,& forma, nec est prima materia,quia talis est ī potentia ad esse. Igitur per locū à sufficienti diuisione,orbis ille est forma. Sed locus consequētis decepit eos, & etiam æquiuocatio. Nam substātia, quæ diuiditur in materiam, & formam,& in substantiam cōpositam ex materia & forma est analoga, & quodlibet analogatum ex illis tribus

H habet membra analogata,etiā sub eo in quę diuiditur. vnde mā habet gradus,sicut potentia habet gradus. vt dicit Auer.in fine libri de substantia orbis,dicimus igitur nos, ꝙ cœlū seclusa intelligentia,licet nō sit substantia composita ex materia,& forma,nec sit forma abstracta à materia,nec forma materialis est, tamen materia non prima, sed materia in actu.vnde est in supremo gradu pfectionis debito materijs,vt dicit Cōmenta. in secundo cap. de substantia orbis,& hoc s̄m rem nihil aliud est nisi corporeitas,vt ipse dicit in li-

I bro destructionum. i.vna substātia simplex subiecta trinæ dimensioni, cui competit esse subiectū motus circularis.vnde Cōm.9.primæ philosophiæ.com.17. inquit. nihil prohibet,vt cœlum sit materia, sed prohibet,vt sit forma. Ad quartum conceditur,ꝙ transmutans non trāsmutat nisi inquantum est in actu, quia semper existimabitur aliqua species mouens,vt dicitur in.3.phys. in tex. commen.17. Sed quando dr̄ quod accidit sibi,vt sic quod habeat principium potentiale. Ad hoc respondetur,ꝙ si loquamur de transmutante ad aliquid nouum, necessario requirit principium potentiale, merito cuius sit talis transmutatio, quia non potest fieri sine alteratione pręuia,& alteratio requirit contactum, & contactus est merito quantitatis, quæ requirit subiectum quod sit in potētia susceptiua respectu talis quātitatis.licet igitur materia sit principium potentiale in rōne agendi est, tum cōditio necessario requisita ad actionem. Ad aliud quod tangit excludendo r̄nsionem,quia dicit opposita,quia si subiectum & forma sunt duo in actu, tunc non erunt vnum. K

L Rn̄detur,ꝙ quælibet positio impossibilis implicat opposita,& ideo ex illa responsione dicēte,quod aliud est agens disponēs materiā & aliud est agens inducēs formā, sequitur ꝙ sit vnū in actu,sicut de facto est quod gn̄atur est per se vnū in actu, & quia terminatur actio cuiuslibet agentis semper ad aliquid actu.sic igitur sequitur,ꝙ sunt duo actu, si aliud est, quod disponit,& aliud est quod inducit formam,& ita vnū,& non vnū & ita patet ad sequens. Ad aliud de instātia de materia prima, quę est à Deo,& forma ab agēte. Dico ꝙ ista instantia non militat contra Auer., quia mā non est à Deo per trāsmutationem. Ad vltimum non negat Cōm.quod idem effectus in actu possit per se esse à pluribus causis ordinatis,quarum vna sit particularis, & alia vniuersalis. sciebat enim quod sol,& homo generant hominem, tamen ex hypothesi data per aduersarium in responsione sequitur, quòd à duabus causis immediatis eiusdem ordinis aliquid producatur, vt supra deduximus. Reuertamur igitur, & dicamus M Obiectio. Limitatio ppōnis.

A dicamus q̄ proposita propositio ab Auerro. quæ dicit, quòd idem est agens disponens materiam,& inducens formam, veritatem habet in transmutatione substantiali a natura facta,& intelligitur respectu immediate disponētis mām, quia stat artem disponere materiam alterando materiam, & tamen natura introducet formam substantialem, licet enim multæ sint differentiæ inter naturam,& artem, quas pro nūc nolo prosequi,tamen vna est ista ex illis,quia ars non potest producere B immediate formam substantialem, quia oēs formæ introductæ ab arte sunt accidentia,vt patet ex.2. physi. com.13.vnde Auerr.inquit. in. 12. primæ philosophię.commento.18. Ars nihil facit in corpore nisi in extremitatibus tantum, natura vero in ipso corpore toto, vnde si ars alchymię vera est, non est credendū, quòd forma substantialis auri, aut argenti inducatur principaliter ab arte,sed ars solū applicat actiua passiuis,& virtutes, & qualitates naturales sunt illæ, quæ virtute naturæ īducunt formam. nam non est dubium C quòd aliqua inchoatiuè possunt proficisci ab arte, & completiuè inducuntur a natura, sicut segetes. Vnde Auerrois in secundo physicorum.commen. 77. reprehendit Alexand.opinantem quòd pluuia, non esset propter segetes, quia messes sunt ab arte. nam inquit quòd natura complet multa,quæ sunt per artem,& ars multa,quæ sunt per naturam,& sapiētes medici, vt Aui.in.5. cano. & Auer. in singulari tract. de theriaca fatent, q̄ ī theriaca fermētata resultat ex actione miscibiliū quędam forma substantialis distincta, & superaddita miscibilibus, per D quam operatūr tot diuersos, & mirabiles effectus. vnde sicut ars multa perficit, quæ natura non potest, vt dicit Aristote. in secundo physicorum.text.commen. 79. sic etiam natura perficit illa,quæ ars non potest. non inconuenit igitur artem disponere a remotis materiam, & natura est illa demum, quæ immediate disponit,& inducit. Vnde propositio illa famosa, gaudeant alchymistæ,quia vna species non potest trāmutari in aliam per artem, non est vera apud sapientes,quia nō est species,quæ conuertitur in speciem per E artem substantialiter, sed est materia stans sub vna forma, & expoliatur ab illa,& induit aliam secundū prædictum modum. Fallit autem proposita propositio in artificialibus, quia vna ars potest disponere materiam,& alia ars inducit formā sicut patet in secundo physicorum, in text.commenti. 24. & in primo Ethicorum capitulo primo. Et si contra determinata arguatur, quia tunc ex non substantia fieret substātia, quia si disponēs, & inducens est idem,cum dispositio sit qualitas,a F qualitate igitur inducetur substantia. Respondetur quòd propositio illa sic intelligitur, ex non substantia non fit substantia constitutiue,quia partes constituentes substantiam debent esse substantiæ. vnde propositio illa veritatem habet, vt ly ex, dicit habitudinem causæ materialis. Fallit etiam in accidentibus, quia lux disponit mediū, & color inducit speciem.

Solutio.

PRO-

G PROPOSITIO CXV.

Einsdem est actus, cuius est potentia.

SCribitur ista propositio ab Aristote in libro de somno & vigilia. glossant formalizantes de potentia, & actu quæ sunt differentiæ, aut modi diuidentes ipsum ens, quæ secundum ipsos sunt potentia obiectiua, & actus entitatiu⁹. Sed quicquid sit de illa potentia obiectiua: de qua alias diffuse dixi, intellectus tamen H Aristote. non videtur esse talis, vt ipsi asserunt, propterea, quia Aristote. ibi probat, quòd quemadmodum actus sentiendi est in composito, ita & potentia sentiendi est in composito, & ex consequenti eiusdem subiectiue est potentia cuius est actus. Inquit enim Aristotel. in primo de anima. tex. commen. 64. Dicere autem irasci animam simile est, ac si aliquis dicat eam texere, vel ædificare. Melius autem est fortassis nõ dicere animam misereri, aut addiscere, aut intelligere, sed hominem ani I ma. Et eodem modo potest verificari etiam ab bonum sensum, quod eiusdem obiectiue est potentia cuius est actus. nam idem est obiectũ potentiæ, & actus, alioquin potentiæ non distinguerentur per actus, & actus per obiecta contra Philosophum in secundo de anima. tex. cõmen. 33. & eodem modo propositio illa Aristote. in nono primæ philosophiæ. tex. commen. 13. Potentia & actus sunt eiusdem generis, secundum ipsos veritatem habet de potentia obiectiua, & actu existentiæ, immo talia sunt eadem nedum genere & specie, verumetiam, & nu- K mero. vnde damnãt Diuum Thomam qui posuit potentias animæ esse qualitates, & accidentia, quia act⁹ sunt qualitates, fundans se super hac propositione dicente, quòd eiusdẽ generis est potentia & actus. nã stat potentiam subiectiuam esse in genere substantiæ, & actum esse in genere qualitatis. similiter potest contingere quòd potentia susceptiua sit in prædicamento quantitatis, & actus susceptus sit in prædicamento qualitatis, sicut superficies respectu coloris, & sine dubio illa opinio sancti L Thomæ non est vniuersaliter vera nec credendum ipsum simpliciter, & vniuersaliter hoc sentire. Sed vidit Aristote. in. 12. metaphysi. determinasse, quòd principia omnium prædicamentorum secundum analogiam sunt eadem, & sunt potentia & actus, & quod principia proxima sunt diuersa. & remota sunt eadem.

PROPOSITIO CXVI.

Omne æternum caret potentia. M

PRopositio est satis allegata, & extrahitur in propria forma ab Aristote. in nono primæ philosophię tex. commen. 17. vbi dicitur. Est autem nihil potentia sempiternum, intelligitur de æternis, quæ sunt actus & formæ. nam prima materia substantiatur per posse, ita ꝙ potentia est dña subalis materiæ, similiter, orbis cœlestis, qui ẽ materia in actu est in potentia ad vbi licet non sit in potentia passiua contradictionis in substantia per quam res potest esse, & non esse. talis enim potentia est in

A in rebus generabilibus, & corruptibilibus quæ sunt hic, & in nullo æterno inuenitur. Aduerte tamen ꝙ in informis æternis citra primam, licet nō sit potētia realis, quia in æternis aliis a prima materia, & orbe non differt posse ab esse, tamen bene in talibus potest esse aliquis modus potentiæ logicè, vt alias declaraui in concordantiis Auer. in 3. de anima. Dixi autem notabiliter alijs a prima materia, & ab orbe, quia materia prius est in potentia ad aliquam formam, quàm actu sit sub illa forma, & in orbe in quo est potentia ad vbi pars cœli, quæ est in oriēte prius est in potētia, vt sit in occidente, q̄ quod actu sit illic. sed in intelligentiis excepto intellectu possibili, potentia ibi physicè loquendo non differt ab actu, qa omnem perfectionem quam potest habere quęlibet intelligentia ab ęterno secundum Ppilosophos habet illam, tamen loquendo de potentia logica, quæ nihil reale ponit, sed solū est non repugnatiua, sic in intelligētiis citra primam reperitur potentia, vt dicit Commenta. in. 3. de anima in commen. 5. in solutione tertiæ quæstionis, quia intelligentiæ C Saturni inquantum ens, non repugnat quod sit perfectior, q̄ sit. sicut talpa inquantum animal potest videre, i. est sibi non repugnat, quia tunc visio repugnaret cuilibet animali, sola autem prima intelligentia est liberata ab omni potentia. quia nullum ens est simpliciter perfectū nisi primum principium, vt dicit Commenta. in quinto metaphy. in capite de perfecto. dixi autem notabiliter excipiendo intellectum possibilem secundum Peripateticos, quia vt scribit Aristot. in tertio de anima in commē. 14. Intellectus possibilis D est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum. Vnde intellectus speculatiuus secundum Auer. comparatus ad indiuiduum est generabilis, & corruptibilis, licet secundum speciem sit æternus, vt scribit in tertio de anima. commē. quinto & 20. & hoc fuit ex sui imꝑfectione, quia Cōtra modernos. infimum obtinet locum in genere abstractorum entium, vt ipse dicit ibidem. commen. 19. Et ex hoc patet quantum deuiant moderni tenentes de mente Aristo. & Commē. nostrum scire esse reminisci, vt asserebat Plato, cum tamen Auer. apertissime illi opinioni manifesta, & aperta voce in plerisque locis reclamet. videant isti quæso Auerr. in paraphrasi sua super libro Posteriorū analyticorum. commen. 2. vbi occurrit tacitę obiectioni, quia aliquis posset credere quod ita est de scientia respectu intellectus, sicut est de sensatione respectu sensus, vbi illudmet sentiri potest a nobis, quod fuit prius sensatum. inquit igitur, nec est anticipatio scientia præcedentis in scientia discipuli, sicut sensibilium priorum in re ad sensibilia secunda in tempore alio, & illud est quia iam F sentimus quod sensimus prius, & cū sentimus illud secundo scimus, ꝙ est illud quod iam sensimus prius, quoniam si esset dispositio scientiæ acquisitę per doctrinam, cum scientia præcedente hæc dispositio, esset necesse vt sit disciplina recordatio. deducit ergo ad illud tanq̄ ad impossile, & isti dicunt hoc esset de mente eius quod ipse reputat impossibile.

Amplius Aristotel. in primo primæ philosophiæ. text. com. 49. postquam in præcedenti dixerat textu. omnis

G omnis disciplina fit in nobis ex præcognitis, aut omnibus, aut quibusdam, aut per demonstrationem, aut per diffinitionem, oportet enim ex quibus est diffinitio præscire, & esse nota, & similiter & quę per inductionem dicit, at vero si existit connaturalis, mirum quomodo latemus habentes potissimam scientiarum. vbi Auerro. in commen. inquit. dicere formas esse contingit ex eo, vt omnes scientiæ sint notæ a nobis in natura, quoniam si hic sunt formæ ad quas intellectus aspicit, sicut sensus aspicit ad sensibilia, & comprehen-
H sio sensibilium est naturalis in nobis. cum non acquiritur ex cognitione antecedenti, necesse est, vt intellecta sint naturalia in nobis, non vt quædam sint naturalia, quædam autem accepta per doctrinam. Et idem habet Aristote. in calce secundi libri posteriorum analyticorum, in illo capite, de principiis autem quomodo fiunt cognita, infert enim contra Platonem, si quidem igitur habem' ipsos, scilicet habitus principiorum inconueniens est, contingit enim & certiores habentes cognitiones, de-
I monstratione latere, vbi Commentator in commento vltimo illius libri, super istis verbis Aristotelis. ita scribit, & principium considerationis est, vt inquiram' primo vtrum hi intellectus primi, qui sunt formę & habitus proueniant nobis a principio nostræ inuentionis, sed nos sumus quasi obliuiscamur eorum, & non memores, aut sunt innouati in nobis postquam non fuerunt sed quo prouenit nobis ex principio rei, & nos sumus obliti eorũ, ex hoc sequitur res repugnans, & est vt simus adepti scientias vehemētis p̄uentionis, & certioris quàm demon K strationis scientiæ, & sumus obliti earum. Amplius Commenta. in septimo primæ philosophiæ. in commen. 58. expresse dicit iuxta text. vbi Aristoteles contra Platonem inquit. quanuis vtique si non videremus astra non minus existimo forent substātiæ sempiternæ post eas, quas non videmus, inquit, & necesse est, vt essentie rerum intelligibilium sint existentes, licet non intelligantur, & intendit quòd manifestum est, quod quemadmodum sensibilia non sunt sensata in actu, donec sentiantur, ita est de intelligibi- L libus. ex quibus verbis infert Commenta. dicens, & secundum hoc sequitur ex opinione Aristotel. vt intelligibilia sint noua, & secundum opinionem dicētium formas, sunt æterna. quid clarius in hac re potuit dici in ponendo differentiam inter Platonem ponentem ideas, & Aristotelem negantem illas de ipsa intellectione, & scientia? Amplius, septimo physico. tex. commen. 20. vbi Aristote. probat, quod non est alteratio in parte intellectiua animæ. M Commentator. in commento inquit, quòd Aristoteles totum quod dicit ibi est de intentione Platonis, qui assimilabat animam intellectiuam ebrio, infirmis, & pueris, in quibus sedatis passionibus reuertuntur ad pristinam cognitionem in calce prolixi documenti. inquit Auerro. quòd hæc non est opinio Aristotelis, sed intendebat demonstrare vim istius opinionis, vt cum homo illa signa sciuerit, habebit pro impossibili, vt sit alterata in sua substantia, & non remanebit ei cognitio nisi inter duas aliàs intentiones de

A de quibus prædixerat. Amplius Cõmenta. & Aristo. in secundo de anima. text. commen. quinti, expresse ponunt quòd anima est actus corporis sicut scientia. vbi Commentator inquit, quòd hoc est simile scientiæ in sciente, in tempore in quo nõ studet, & non est simile esse ignorantiæ in non sciente. igitur ignorantia negationis non solum negat actum, verumetiam, & habitum. non est igitur scientia nobiscum congenita de mente Peripateticorum. Amplius Auerroes reprehẽdit Themistium, & Theophrastum in tertio de anima. commento quinto, & commen. B vigesimo. qui posuerunt intellectũ speculatiuum esse simpliciter, & omnibus modis ęternum, quia apud eos cõstabat solũmodo ex intellectu agente & possibili, qui sunt æterni, & quãdo causæ sunt æternę causatum, & constitutum ex illis est æternum. Sed Auer. accusat eos de insufficientia, quia non sufficienter assignauerunt omnes causas intellectus speculatiui, quia apud Aristo. vltra intellectum agentem, & intellectum materialem seu possibilem, cõcurrit ad integritatem intellectus speculatiui C alia causa, & sunt intentiones imaginatæ, quãdoquidem secundum Philosophum, oportet intelligentẽ phãtasmata speculari. tertio de anima. tex. commen. 39. & ideo secundum Auerr. doctrinam, intellectus speculatiuus secundum speciem licet sit æternus, tamen secundum indiuiduum est generabilis, & corruptibilis. Nam intellecta vniuersalia, sunt colligata cum intentionibus imaginatis, & corrumpuntur per corruptionem earum, & immorari in hoc amplius est superfluum.

D

PROPOSITIO CXVII.

Frustra est illa potentia, quæ nõ reducitur ad actum.

Famosa & vulgata satis est istius propositionis auctoritas, & ratio eius est, quia vt inquit Aristo. in. 1. cœli, & mundi. tex. com. 32. Deus & natura nihil frustra faciunt, & idem asseuerat in tertio de anima in text. commen. 45. vbi Aristotel. si igitur E natura nihil facit frustra, neq; deficit in necessariis nisi in orbatis, & imperfectis, in quibus est impedimentum proueniens a materia, aut ex debilitate agentis, ex quibus contingit raro peccare naturã, vt est sextus digitus in manu. Secundum aliquos Heruei Imitatio ĩ tracta. de mã cęli. isto modo glossatur ista propositio, vera est propositio quando illa potentia principaliter ordinatur ad illum actum, ad quem dicitur esse in potentia. Si vero non respicit illum principaliter, non oportet ꝙ sit frustra talis potentia, si ad actum nõ deducatur, verbi gratia, esto ꝙ quantitas cœli esset in potentia ad actum diuisionis, si nunquam reducatur ad actum nõ est frustra, quia istud pos- F sibile quod est quantitas cœli, nõ ordinatur principaliter ad diuisionem per suam potentiam, quę plura respicit, sed magis ad disponendum ipsum cœlum ipsi intelligẽtiæ, ad hoc ꝙ possit recipere mediante ipsa qualitates suæ naturæ conuenientes, & suis propriis operationibus, ad quas principaliter ordinatur, & ideo licet non reducatur ad actũm diuisionis, propter hoc non dicitur frustra eius potentia, & eodem modo est de potentia diuisionis in minimis

rerum

G rerum naturalium. Nã primo physicæ ascultationis datur minima caro. vt patet tex. commen. 36. nam licet potentia diuisionis in talibus nō reducatur ad actum, quia non datur minus minimo, quod sit naturaliter dispositum, tñ illa potentia in quantitate non est frustra, quia eius potentia quæ plura respicit, non principaliter ordinatur ad hoc, sed potius ad disponendum materiam ipsi formæ ad hoc ꝙ subiectum, cuius est, possit recipere dispositiones conuenientes suæ naturæ pro suis propriis operationibus, ad quas principaliter ordi-
H natur, & ista sunt quæ communiter dici solent circa hoc. Nobis autem aliter apparet dicere distinguentes iuxta nostram consuetudinem de multiplicitate potẽtiæ nam alia physica, alia logica, & physica, alia actiua ali passiua. Dicimus igr ꝙ potentia physica siue realis quæcunq; fuerit, uel passiua frustrari non potest. vnde quicquid est possibile ex parte agentis est possibile ex parte passi, & econtra, vt dicit Commenta. in primo cœli, & mundi commen. 124.

Opio propria.

Et ratio est, quia potentia actiua
I diffinitur per passiuã, & passiua per actiuam, & cum hoc fundamento transit Aristo. in tertio de anima. in tex. commen. 17. ad probandum dari intellectum agentem, quia in omni natura in qua datur vnum quod est omnia fieri, est dare etiam vnum quod est omnia facere, & cum hoc fundamento transiuit etiam Commenta. in. 12 primæ philosophiæ, in commen. 18. ad dicendum ꝙ omnes formæ sunt in potentia, in prima materia, & sunt in actu in primo motore, & quod sit impossibile dari potentiam passiuam realiter loquendo, quæ non reducatur ad actum. Patet authoritate Auerr. in primo cœli, & mundi. in commen. 20. vbi loquens de prima materia. K.
Inquit enim in materia non est potentia nisi apud separationem eius a forma. Si igitur substantia materię est in potentia, & fuerit aliqua materia cuius potentia nunquàm exit in actum, ista potentia est ociosa, & superflua, & si non esset generatio, & corruptio non staret operatio istius virtutis, scilicet potentiæ, & cætera.

Similiter Aristot. in secundo cœli. tex. commen. 50. inquit, ꝙ si natura dedisset astris virtutem motus pro-
L gressiui, vtque dedisset sibi instrumenta, nihil enim vt contingit facit natura. Et ex hoc aduerte quantum errant in via Aristotel. qui ponunt animam secundum omnes sui potestates esse in qualibet parte corporis: ita ꝙ potentia visiua non solum est in oculis, verum etiam in pedibus, sed in pedibus illa potentia nō potest exire ad actum, quia deficiũt sibi in illa parte dispositiones necessariæ ad videndum. Dicit. n. Arist. in secundo de anima in tex. commẽ. 82. ꝙ non vbiq; audit animal, neq; vbique penetrat aer. non enim vbique habet aerem mouenda pars, &
M animatum, sicut pupilla humidum.

Cõtra eos q uolunt aiam secũdum oẽs potestates suas eẽ in oĩ pte corporis.

Sed ista opinio ex iam dictis stare non potest, quia si natura dat alicui potentiam ad aliquam operationẽ, dat sibi etiam omnia instrumenta, & dispositiones necessario concurrentes ad illam operationem, quia natura non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis, quia nihil frustra facit nisi fuerit impedita, sicut in imperfectis, & orbatis, vt dicit Aristotel. in tertio de anima. text. commen.

A men. 45. similiter etiam ex hoc patet quantum deuient a via Aristot. qui tenent de mente eius in corporibus cœlestibus esse materiam eiusdem rationis cum materia generabilium, & corruptibilium, & quod ibi ideo non est corruptio, quia nõ est priuatio, neque contrarietas, hoc quidem stare non potest, quia quæcunque sunt eiusdem rationis, habent eandem diffinitionem. primo cœli. commen. 29. & quæ habent eã dem diffinitionem, habent eandem formam, & quæ habent eandem for B mam, habent eandem actionem, sic enim probat Aristoteles primo cœli, & mundi. tex. commen. 72. quòd si essent plures mundi, terræ essent eiusdem rationis, & haberent easdẽ operationes, ita quòd sicut ista terra tendit ad medium mundi, pariformiter, & illa. Similiter etiam potentia actiua agentis frustrari non potest in natura quòd non exeat in propriam operationem. vnde Commentator reprehendit Sarracenos loquentes suæ legis, qui propterea loquentes dicuntur ab Auerroi, quia ponunt aliquas positiones sine ratione, sic inquit ipse in tertio meta C physicorum. commento. 15. vbi exponit dicens. Et intendit per loquentes in diuinis, loquentes sermonem extra intellectum hominis. Dicebãt igitur in sua lege, quod est vnum agẽs omnia sine medio, scilicet Deũ, & contingit istis, vt inquit nono primæ philosophiæ, commento septimo, vt nullum ens habeat actionem propriam naturaliter, & cum entia non habuerint actiones proprias nõ habebunt essentias proprias. actiones enim non diuersantur nisi per essentias diuersas. Et illa opinio est

Quid per loquentes Auerr. intelligat.

valde extranea a natura hominis, & D qui recipiunt huiusmodi, non habent cerebrum naturaliter habilitatum ab bonum. Et in. 12. primæ philosophiæ. comment. 18. loquens de eisdem prope finem commenti. inquit. Et cum loquentes nostræ legis opinabantur, quod agens agit creãdo formam ex nihilo, & nullum huiusmodi agens viderunt hic, dixerũt vnum agens omnia sine medio, & quòd actio istius agentis transit in vno instanti in actiones contrarias, & cõuenientes. & infinitas, ita quòd negant ignem comburere, & aquã E humectare, & dicunt omnia ista indigere creatione. Sed corpus, non creat corpus, & tandẽ dicit ꝙ error istorum est manifestus. Reuertamur igitur & dicamus ꝙ omnis potentia realis, siue actiua, siue passiua, necesse est, quod reducatur ad actũ alias frustrabitur. Sed dices, nonnè materia habet in potentia passiua multas formas, quas nũquam recipiet respectu indiuiduorum? aliàs, sequeretur, quod omnia quæcunq; eueniunt de necessitate euenient, cõtra Aristotelẽ in libro de intetpretatione, & etiam contra veritatem. nam vt inquit Commentator. in se F cundo physicorum commento. 48. in calce commenti, sermo dicens, quod omnia ex necessitate eueniũt, est sermo falsus, & in metaphysi. contradicitur illi, & in secundo de generatione, & corruptione in tex. com. 64. inquit, quod autem nũc verum dicere, quia futurum est nihil prohibet non fieri, futurus enim incedere quis non incedet. Nisi esset quòd non inconuenit aliquam potentiam secundum indiuiduum frustrari, quia natura in agendo potest impe-

Dubium.

Solutio. Nõ inconuenit potentiã sm indiuidua frustrari.

G impediri, scribit enim Aristotel. in libro de somno & vigilia in illo capite, in quo agit de diuinatione quę fit secundum quietem, quod multa consulta bene, quæ fieri expediebat dissoluta sunt propter alias digniores inchoationes. omnino enim omne non fit quod futurum erat, de indiuiduis igitur quæ nō sunt de principali intentione naturæ, nihil prohibet aliquam frustrari potentiam sed impossibile illud, est secundum speciem, quam primo natura intendit, loquendo autem de potentia logica, quæ nihil reale ponit non inconuenit illam nō reduci ad actum, secundum enim talem potentiam dicimus talpam posse videre, quæ tamen in talpa nunquam reducetur ad actum, vt clarum est. Sed est vna difficultas contra prædicta, quia certum est quod continuum est diuisibile in infinitum, & tamen illa potentia nunquam reducetur ad actum, quæ tamen potentia physica est, vt patet sexto physicorum, & tertio cœli & mundi. & tertio physico. commen. 60. Nisi esset quod vt scribit Aristot. & Auerro. in primo de generatione & corruptio. in tex. commen. 9. quod omne quidem igitur corpus sensibile, diuisibile esse secundum quodcunque signum, & in diuisibile non est inconueniens, hoc enim in potestate, hoc autem entelechia existit, vbi Auer. in commē. dicit quòd sicut non sequitur, ꝙ cū homo sit receptibilis omnium sciētiarū, vt recipiat eas insimul, quod enim dicitur de aliquo diuisim non sequitur, vt semper dicatur coniunctim. vnde est ibi simultas potentię, sed non est potentia simultatis, vide etiam si placet pro hoc dnm Albertum. in tertio physico. in expositione text. commē. 58. Sed remanet adhuc vna difficultas de cœlo, quia secundum Auerr. in. 12. primæ philosophiæ. commē. 41. in cœlo non est possibilitas, nisi vt quiescat, sed ista possibilitas nunquam reducetur ad actum, quia inquit Aristo. in 9. primæ philosophiæ. in text. com. 17. non est timendum cœlum quiescere. Nisi esset quòd potentia illa qua cœlum potest quiescere est inquantum corpus, non inquantū cœlum, sic scribit Auerro. septimo physicæ auscutationis. commen. 2. vnde ratio quę mouit Auerro. ad dicendum illud est ista, in cœlo non est potentia, vt corrumpatur, quia non habet contrarium, est igitur pmanens per se, & per suam substantiam, motus autem impossibile est, vt sit permanens per suam substantiam cum habeat contrarium ipsam quietem. & sic etiam motus inquātum motus habet contrarium, non autem quilibet motus habet contrarium, quia motui circulari nihil est contrarium, physice loquendo, vt patet in primo cœli, & mundi. in text. commenti. 32. & sic dicimus potentiam illam logicam esse. quemadmodum dicimus quòd talpa inquātum talpa potest videre. Aut aliter dici potest, quòd loquendo de potentia, quæ est ad aliquod accidens quod totaliter dependet ab extrinseca causa efficiente, non est necessarium, & hoc quia, vt inquit Commenta. motus cœli est ens possibile de se, sed perpetuatur ab alio. in substantiis autem secus est, vt in proprio Theoremate declarauimus.

Marginalia (left column): Nā primo spēm intēdit indiuidua. n. qđ sint entia per accidēs, & p accidens intendūtur. — H — Dubium. — Solutio. — I

Marginalia (right column): K — Dubium. — Solutio. — L — M

A PROPOSITIO CXVIII.

Omne ens, aut est substantia: aut accidens.

Vera est propositio de ente extra animam, quia tale ē, quod diuiditur in substantiam, & accidēs, vnde omne ens extra animam, vt est in existentia reali, aut est substantia, aut est accidens, fallit autem de aliquo, vt habet esse in comprehensione, quia obiectum vniuersale relucens in specie intelligibili, lapis B enim non est in anima, sed species lapidis non est in intellectu, vt accidēs & vt forma inhærens in subiecto, quia forma existens inhærenter in subiecto denominat subiectum, & ita equi quiditas si illo modo esset in intellectu, tunc intellectus denominaretur equinus, nec etiam est in intellectu tanquam substantia. Aristote. enim non reputat quòd intellecta vniuersalia sunt substantiæ, sed notiones declarantes substantias rerum sicut testatur Commen. in primo metaphysico. in commen. 45.

C Similiter etiam Aristote. in prædicamentis dicit. quòd non esse in subiecto non est proprium substantiæ, sicut esse in subiecto non est propriū accidenti, quia competit differentia & tamen differentia non est vere accidens. vide igitur quòd alicubi intellectus inuenit medium, vbi natura non potest habere medium, sicut dicimus in simili quòd multa diuidit intellectus, quæ natura non potest separare, & multa connectit ratio, quæ non potest coniungere natura, vt scribit Commen. 11. primæ philosophiæ. commen. 39. & ideo aduerte, ꝙ non est necessarium qđ idem sit iudiciū de rationibus quibus D res intelliguntur, & de rebus intellectis. vnde conceptus magnitudinis non est magnitudo, neq; diuisibilis est sicut est magnitudo, sed ē notio, aut rō magnitudinis, & illa rō in indiuisibili consistit, simplicium enim intelligentia, vt inquit Arist. in. 3. de anima. in tex. com. 21. in indiuisibili consistit rōne, & tñ quælibet magnitudo diuisibilis est similiter rō, & forma domus existens in anima artificis sine materia est, & in corporea est, & tamen domus extra est quid materiam habens, vt clare testatur Arist. in. 7. primæ philosophiæ. tex. com. 23. & vt tu possis bene intelligere hoc quō inter subām E & accidens datur medium sm rationem, licet non sm naturam, dabo tibi alium modum. aduerte ꝙ opus ē distinctione, vbi ē multiplicitas, ne sit confusio apud intellm. accidens enim qñq; diuiditur contra subām & sic continet nouem prædicamenta accidentium, qñq; autem sumit accidens, prout est vnū ex quatuor prædicatis positis ab Arist. in topicis, seu vt est quintum vniuersale positum a Porphyrio, & isto modo idē est, quod prædicatum significans accidentalem habitudinem prædicati ad subiectum, & isto modo accidēs non est cōmune ad nouem genera. nam si accidens secundo modo sumptum esset idem cum accidente primo modo sumpto, quod videlicet ē commune ad nouem genera accidē tium, tunc cum accidens secundo modo contradiuidatur contra genus, & speciem, tunc igitur sequeretur, quod in nouem prædicamentis accidentium, non esset inuenire genera, & species, quod est fal- sum.

Accidens sumitur multipliciter. F

G sum. in omni enim genere est inuenire quid, vt dicitur in primo topicorum capite septimo, & sic accidēs non diuiditur contra substantiam, sed contra substantiale, seu essentiale prædicatum, & isto modo inter substantiam, & accidens, idest inter substantiale, & accidentale prædicatum datur medium, puta proprium, quod fluit ex principiis speciei, sed accidens per accidens fluit ex principiis indiuidui. vnde stat aliquid, quod est secundum rem substantia esse propinquius modis accidentis. vnde differentia, quæ secun-
H dum rem est in prædicamento substantiæ quo ad modum vicina est accidenti, quia prædicatur per modū adiacentis, & informantis aliud, vnde prædicatur in quale. vnde Aristoteles in quinto primæ philosophiæ, in capite de quali inter alias acceptiones, qualis ponit etiam differentiam substantialem. inquit enim in tex. commento. 19. quale dicitur vno modo differentia substantiæ, vt quale quid homo animal, quia bipes, sed & equus quadrupes, vbi Cō-
I mentator in commento dicit, quòd non intendit de speciebus quantitatis, & qualitatis secūdum quòd sunt prædicamenta, sed solummodo intendit numerare intentiones quas significant hæ dictiones quantitas, & qualitas, & ideo incepit a qualitate, quæ est substantia, & similiter aliqd quod reponitur in prædicamentis accidentium secundum rem, potest esse vicinum modo substātiæ, quia prædicari in quid, est modus prædicandi per modum per se stantis, & quia genera, & species in prædicamentis accidentium reperiuntur, quia in omni genere est reperire quid, sic talia licet secundū rem sint K accidentia, tamen quantum ad modum assimilantur, & vicinantur substantiæ. vnde non inconuenit aliqd secundum rem existens substantia vicinari accidenti quantum ad modum. & econtra etiam de accidentibus similiter dicatur. Et quia loquimur de substantia, & accidente placet nobis hic apponere nonnullas ꝓpositiones de accidente, quod diuiditur contra substantiam, circa quas multi errant, quarum prima est, accidens non transit de subiecto in sub- L iectum. verum est de subiecto inhæsionis, quia nulla forma est per se mobilis: fallit secundum viam ponentium qualitates symbolas eē easdem ingenito, & incorrupto de subiecto denominationis. Similiter alia propositio, vnius accidentis vnū est subiectum, fallit in his quorum vnum est pars alterius, quod dico propter quantitates interminatas, quæ sunt in materia, & terminatas, quæ sunt in composito, & materia est pars compositi, & ideo vtrique competit quantitas interminata, differenter tamen. Similiter subiectū M accidentis est in actu, & subiectum formæ substantialis est in potentia, vera est propositio ista, & est differentia posita per Auerr. in secundo de anima. commento quarto. de accidentibus terminatis, glossa est ex mente Auerro. in primo capitu. de substantia orbis. vnde Commentator in secundo de anima commen. 4. dicit. æquiuoce dicitur forma esse in subiecto, & accidens esse in subiecto. subiectum enim accidentis est corpus compositum ex materia, & forma, & est aliquid existens in actu, & non indigens in suo esse accidente

A dente, subiectum autem formę non habet esse in actu secundum, quod est subiectum nisi per formam, & indiget forma, vt sit in actu, & maxime primum subiectum. Sed tunc est difficultas in via eius de accidentibus interminatis, quæ sunt accidentia, quæ fundātur in ente in potentia sicut forma substantialis, quæ igitur erit differentia inter formā substantialem penes esse in subiecto, & talia accidentia? Nisi esset, quòd ex forma substantiali, & materia fit

Dubium.

Solutio.

B vnum per se, sed ex materia, & accidentibus interminatis nō fit vnum per se, vide etiam pro hoc commen. 65. tertio physicor. vide etiam clare Auerro. in septimo primæ philosophiæ. commen. 17 in calce commē. vbi expresse dicit. quod ex subiecto, & accidente non fit vnum per se in actu, sicut ex genere & differentia. Similiter propositio, quæ dicit, ꝙ accidens, quod est in parte non denominat totum, vera est propositio de illis accidentibus, quæ ex natura rei non determinant sibi aliquam partem determinatam. nam in talibus, quæ determinant sibi aliquam

C partem, falsa est ptopositio, sicut simitas nasum, & crispitudo capillos, & glaucedo oculos. vnde in hoc nulla est differentia, siue illa pars sit nobilis, vel ignobilis, notabiliter autē apposui ex natura rei, quia licet æthiops sit albus secundum dentes, non tamen dicitur absolute albus, quia non per se ex natura rei hoc habuit, sed accidit sibi. Similiter propositio famosa quæ dicit quòd illud quod est accidens vni alteri non potest esse substantia, vera est in vniuocis, fallit in æquiuoce dictis, quia scientia in nobis est qualitas, & in Deo est substantia, scientia autem D æquiuoce dicitur de scientia Dei, & nostra, vt dicit Commenta. 12. metaphysi. commen. 51. & similiter ꝓpositio famosa, quæ allegari solet ex. 5. primæ philosophiæ. text. commen. 14. si accidens accidenti accideret, in infinitum ire necesse est, vera est in his, quæ accidētaliter insunt: fallit autem in his, quę per se insunt. multa enim accidentia per se insunt numero pari, & numero īpari, quæ sunt finita & terminata.

PROPOSITIO CXIX. E

Nulla latitudo subito acquiritur, aut deperditur.

Famosa est apud sophistas, & calculatores propositio, sed si vera est, tenet in latitudinibus intensibilibus, & remissibilibus acquisibilibꝰ per verum motum: fallit autem in latitudinibus formarum, quæ in indiuisibili, & in aliqua relatione consistunt, & in his quæ per subitam acquiruntur mutationem, certum est enim, quòd materia stans sub forma hominis est in aliqua ꝓportione perfectior materia stante sub forma asini. sit igitur quod in dupla, F tunc probo quòd ista latitudo perfectionalis sit subito acquisita, quia in hoc instanti materia ista sub forma hominis generati est in duplo ꝑfectior materia stante sub forma asini, & immediate ante hoc non fuit, quia immediate ante hoc illa materia. quæ in hoc instanti stat sub forma hominis, non erat sub forma hominis. vnde hoc non inconuenit; quia per subitam mutationem acquisita ē talis latitudo perfectionis,

G sicut & forma, & non per verum motum. Amplius secundum doctrinam Commen. in libro de substantia orbis, cap. 1. Quantitas terminata in eodem instanti temporis inducitur sicut forma, quia licet talis quantitas sit posterior forma secundum esse, tamen non est posterior secundum tempus, & non est dubium quod illa quantitas est aliqua latitudo, posset tamen dici iuxta viam Commenta. quod ratione alterationis prævix quæ præcedit istas subitas mutationes quæ sunt fines motus, & non possunt esse sine motu, sic non
H subito deperduntur, sic in simili soluit ipse. 6. physic. commen. 32. & 4. physic. commen. 129. quod sic etiã intelligere debes aliam propositionẽ famosam quæ in hoc consimili casu allegari solet, videlicet, quod non fit transitus de extremo ad extremũ nisi per medium, & colligitur ex. 5. physico. tex. commen. 22. ex medij diffinitione, mediũ est in quod mutat mutãs prius quàm ĩ extremum, sicut diximus in proprio theoremate, de hoc tamen addo vnum, quod hoc maxime veritatem habet vbi su
I biectum debet transire, sed quando non debet non oportet. nam ex prima mixtione elementorum potest aliquid generari nigrum, aut albũ, quod tamen non transit per alios colores medios, sed quãdo isti colores generato iam subiecto debent per se acquiri illi subiecto, tunc est verum quòd illud non põt transire de vno extremo contrario ad aliud nisi pertranseat per aliquod medium. vbi animaduerte super hoc illud quod Commenta. inquit in. 2. de Anima. in commen. 105. dicens. Albedo nõ transfertur ad nigredinem, vel econtrario nisi mediãte aliquo colore me K diorum in aliquo, igitur transfertur mediante charopo, & in aliquo mediante chiano. non enim est necessarium, vt translatio in extremis sit super omnia media, & aduerte quod hoc habet veritatem de medio trãsitus, non de medio secundum formam, videlicet, quòd transiens ab extremo ad extremum debet transire per mediũ, alioquin materia nõ posset recipere formam hominis ni si reciperet formam asini, quia inter formam menstrui, & formam hominis, forma asini, & multæ aliæ L formæ sunt mediæ secundum formam, quia sunt perfectiores menstruo, & imperfectiores forma hominis, & tamen non sunt media transitus. Similiter etiam solet glossari alia propositio vulgata apud calculatores quæ dicit, quòd à proportione maioris inæqualitatis prouenit actio, & quòd quilibet excessus sufficit ad mouendum. quod veritatem habẽt in vero motu, in quo est contrarietas, & actio, & reactio, non autem habet locum in actione spirituali, quæ est alteratio perfectiua, quia datur minimum visibile ex libro de Sensu & Sensato. nobis tamẽ M apparet dicere circa huiusmodi propositiones quod illa non est physice loquendo vniuersaliter vera, quod quilibet excessus, & quælibet proportio maioris ĩæqualitatis sufficiat ad mouendum, sed est vera de motu imaginario secundum Mathematicam considerationem, cuius fundamenta sunt propositiones fundatæ super imaginatione, vt scribit Auerro. in tertio Physic. commen. 60. nam secundum Aristo. in secundo de Anima. commen. & text. 42.

Cõtra calculatores.

Om-

A Omnium natura constantium determinatus est numerus magnitudinis, & augmenti, virtus enim quę libet actiua, aut passiua requirit in operatione sibi propria habere per se quantitatem terminatam, & qualitatem terminatam, sicut scribit Auerrois in paraphrasi super secundo de generatione animalium. in illo capite, quo agitur quomodo fœtus augeatur in vtero, & est etiam sententia eiusdem in sexto physicorum commento. 91. vbi dicit, quòd actio cuiuslibet entis perficitur per quantitatem, & qualitatem terminatam, sicut est dispositio in entibus artificialibus. Et aduerte, & bene

B manda memoriæ, quòd ista est vna de præcipuis causis erroris contingentibus latinis Doctoribus, & præcipue modernis, quia immiscent propositiones mathematicas ad inferendas conclusiones naturales, cum tamen Auerrois dicat in secundo cœli & mundi in commento quinquagesimonono, quòd demonstrationes naturales non sunt innatæ poni in hac scientia, videlicet in naturali, & ratio est, quia demonstrationes naturales debent esse ex causis naturalibus, vt ipsemet scri-

C bit in quarto cœli. commento vigesimo. medium enim debet esse in eadem proximitate cum extremis, vt dicit Aristote: primo posteriorum vnde Aristotel. in hoc plerunq; dānat antiquos, & pręcipue Platonem; quia reddebat causas intelligibiles, idest mathematicas respectu effectuum sensibiliū. Amor enim geometriæ, & magistri fuerunt duę causæ erroris Platonis in naturalibus. 3. cœli. tex. commento. 60.

PROPOSITIO CXX. D

Mouens & motum debent esse simul.

Allegata Authoritas, & probata diffuse p philosophum in 7. physicæ auscul. in tex. com. 10. & infra intelligitur de vero motu, & non de motu æquinoco. distinctio patuit supra, & elicitur ex. 8. physic. com. 40. Veritatem autem habet ꝓpositio ista de mouente in genere causæ efficientis, fallit autem de mouente in genere causæ finalis, præcipue in generabilibus, & corruptibilibus, in quibus aliud est mouens, vt E finis: & aliud est mouens, vt efficiēs, vt dicit Auer. in. 1. capite libri de substantia orbis, glossa autem est eiusdem Arist. in. 7 physico. tex. com. 9. vbi inquit, primum quidem igitur mouens non sicut, quod est cuius causa, sed vnde est principium motus est simul cū eo, quod mouetur, licet Com. propter prauam translationem aliter exponat illum locum. causa enim finalis non mouet, nisi metaphorice, vt scribit Aristot. in. 1. de genera. & corru. in tex. com. 55. F est enim faciens causa, vt vnde principium motus, cuius autem gratia non actiuum. nam sanitas non factiuum est nisi fm metaphoram. vera autem est propositio de motore immediate mouente propter instātiā de motu elementorum de potentia accidentali, quę mouentur in principio a remouente prohibens, & ēt ad excludendam instantiam de motu proiectorum. & aduerte ꝙ vera est propositio in motu locali, quod pars mouens potest contingere, ꝙ non sit distincta secundum locū, & subiectum a moto, sed in motu alte

G rationis, licet mouens, & motũ sint simul secundum contactum, nullo pacto tamen possunt esse simul secũ dum subiectum, quia forma existẽs in subiecto non alterat, nec agit in subiectum suum in quo est. testatur hoc hecticus qui non sentit febrem suam. vnde in vera alteratione passiua alteratio, & alteratum debent esse distincta loco, & subiecto. text. est expressus in primo de generatione, & corruptione tex. commen. 78. & quia de motu loquimur volo inserere declarationem multarum propositionum de motu. Solet dici ꝙ

H diuersi motus specie sunt a diuersis motoribus secundum speciem. quæ propositio absolute falsa est, quia idem calor mouet ad substantiam quantitatem, & qualitatem, motus enim non reponitur in specie, vel in genere ex mouente, sed ex termino, sed si ꝓpositio illa alicubi vera est, tenet de mouente quod est efficiẽs, & cum hoc est forma & species. nam secundo physi tex. commen. 70. tres causæ plerunque veniunt in vnum, sic enim calor mouens ad calorem dat speciem calefactioni, vbi aduer-

I te quòd ex hoc patet error aliquorum asserentium naturalitatem in effectu esse a causa efficiente solum, quod quidem falsum est, quia ab efficiente nihil aliud fit nisi quod trãsmutatur materia ad ipsam formã, sed ab illo non habet quod naturalis sit, vel nõ sit, sed requiritur de necessitate, quòd sit aptitudo materiæ ad ipsam formam. vnde formæ artificiales violenter inducuntur ab agente extrinseco, propter materiam non habere aptitudinem ad illas. 7. metaphysic. commen. 19. & considera, quia inuenies aliquam generationem esse naturalem, licet sit causata ab agente per violentiam, sicut generatio ignis ex collisione lapidis cum ferro causatur. Propositio et famosa, quæ dicit idem est subiectũ motus, & termini motus vera est de termino intrinseco, non de termino extrinseco motus. nam generatio substantialis est terminus extrinsecus alterationis, vt dicit Commen. 6. physicorum. commen. 32. & tamẽ subiectum generationis est materia, quæ est ens in potentia, & subiectum alterationis est ens in actu s. ipsum compositum, sic enim Arist. ex subiectis posuit differentiam in- L

ter motum, & generationem. tex. cõmen. 8. in. 5. physi. nam quod generatur non est, & quod mouetur est. Vbi manda memoriæ, ꝙ hoc est verum de subiectis proximis, tamẽ noli existimare, quòd subiectum alterationis sit aliud a subiecto generationis substantialis, sicut notabiliter monuit nos Auer. in. 1. de generatione & corru. in commen. 1. vbi sic scribit in calce com. & non debet aliquis dicere ꝙ subiectum in alteratione aliud est a subiecto in substantia, quoniam quomodo cõtingeret, M

vt subiecto in substantia ablato, vt subiectum in alteratione auferatur, subiectum enim alterationis nõ est ei subiectum, nisi etiam inquãtum est subiectum in substantia, & ideo istud quod Arist. dedit in alteratione, dedit etiam in substantia. Propositio etiam ex. 8. phy. tex. com. 35 allegari solita, oẽ quod per se mouetur a motore extrinseco corporeo nõ mouetur nisi a motore moto, vera est, si ille motor extrinsecus hẽat in se p motũ, qd dico pp elementũ, ꝙ per se mouet medium, tñ ipsum est

A est per accidens motum ad motum medij, sicut nauta in naui, & rō est, quia elementum non habet partem intrinsecā in actu quæ possit per se moueri. vnde teste Auer. in. 4. phys. cō. 71. elementa posita in vacuo, nō possent moueri, quia non diuiduntur in partē per se mouentē, & in partem per se motam, & aduerte in talibus corporibus simplicibus dū mouentur de potētia accidētali seu violenta idē numero est subiectum qd est in potentia ad motū, cū eo qd actu mouebitur, ita ꝙ potētia & actus sūt in eodem numero subiecto, sed dū

B mouentur de potentia essentiali in alio subiecto est potentia, & in alio est actus, ver. gr. si ignis generandus ex oleo debet moueri superius de potentia essentiali, talis potentia fundatur in oleo ex quo a generante debet trāsmutari, & moueri ignis sursum, sed motus secundum actum erit in igne, quia generans dans formam dat accidentia concomitantia formam, mediante tamen forma. vnde propositio famosa, quæ dicit ꝙ forma existens in subiecto non agit in subiectum suum, fallit in motu locali, & fallit in motu spiritali, vera est

C de actione alteratiua, quæ fit cū abiectione contrarij, de distinctione illa, & differentia de duplici potentia, vide clare Auer. in 8. physic. commē. quarto contra Ioan. Grāmaticum. Propositio etiam quæ allegari solet ex primo de anima. tex. com. 40. quod naturaliter mouetur, violenter mouetur, locum habet, vt glossat ibi Cōmen. in motu recto, fallit autem de motu circulari. nam cœlum naturaliter mouetur motu circulari, & tamē nullo modo potest moueri violenter. Ita etiam glossat Commenta. illam propositionem in secundo cœli & mundi. in commē. 84. D

vbi animaduerte ꝙ omnes etiam huiusmodi propositiones, videlicet, omne corpus sensibile hēt vbi, & omne corpus sensibile habet locum naturalem, & innaturalem, & locus partis naturalis est idem numero cum loco totius, omnes huiusmodi propositiones habent veritatem in mobilibus motu recto, & in motibus qui sunt ex se non ab entrinseco, falsæ autem sunt in cœlestibus. glossa est Commenta. tertio physico. com. 48. Similiter propositio illa, corpora simplicia mota sunt contraria, vera est de his quæ mouentur motu recto, glossa est Auer. tertio. physico. commen. 49. & eodem modo est intelligenda propositio dicens, ꝙ motus naturalis intēditur in fine in mobilibus motu recto, natura. n. fere æquiuoce dicitur de generabilibus, & de corporibus cœlestibus, quæ mouētur circulariter, vt patet primo cœli commen. 5. Propositio etiam famosa quæ dicit motus est ab immobili. & solet allegari ex libro de motibus animalium. & etiam ex. 3. de anima tex. commen. 55. veritatem habet, E

vt inquit dominus Alber. in quarto physic. in digressione super tex. cōmē. 43. in motu animæ, & intelligētiæ, fallit autem in motu naturali, quia motus ille non procedit ab immobili, sed a generante, bene tamen talis motus terminatur ad immobile quod est locus eius, sed secundum istam glossam Alberti videtur, ꝙ illa intelligitur in genere causæ efficientis, ita ꝙ causa efficiens motus sit immobilis. Et ista non videtur fuisse sententia Aristot. in lib. de motibus animalium, & etiam in tertio de anima. F

ma. immo videtur ꝙ hoc sit in genere causę materialis, quia ĩ omni motu requiritur aliquid fixum, & immobile circa ꝙ figatur motus. vnde ibidem Arist. inducit authoritatem Homeri dicentis, ꝙ omnes dij non possent terram a suo loco extrahere, quia in motu cœli requiritur aliqd' fixum, nam vltima sphæra locatur per centrum, & Commenta. in octauo physi. commen. 84. expresse dicit super verbis Arist. ibi dicentis, necesse est aut in medio, aut in circulo esse, hæc enim principia sunt. hęc enim duo sunt principia totius secundum
H quod totum est sphæricum, mediũ quidem est principium secundum quod super ipsum est motus, circunferentia vero quia ex illa est ĩnitium motus, & declaratum est in libro de motibus animalium secundum locum, quoniam omne quod mouetur habet corpus quiescens circa ꝙ voluitur, & ꝙ virtus quiescentis dẽt esse firmior virtute illius quod mouetur, & si aliter esset, totum expelletur. existentia ergo mundi huius his duabus virtutibus perficitur, scilicet virtute quietis, & virtute mouendi, quæ est contraria illi, & in ve
I ritate si inspiciatur processus Aristo. in illo lib. & in. 3. de anima. tex. com men. 55. ista est mens eius sine dubio, quod in omni motu requiritur aliquod fixum circa ꝙ versetur, & appodietur motus. Propositio etiã famosa quæ dicit, ꝙ omne quod mo uetur ad omnem differentiam positionis est animatum, si climitari dẽt, & suppleri. videlicet aut est instrumentum deseruiens animæ, præcipue apud tenentes calorem naturalem, & spiritum non esse formaliter animatum, cum tamẽ moueatur ad omnem differentiam positionis ab K anima, & secundum quod exigunt animæ virtutes, & operationes, & sic etiam glossari solet propositio Philosophi. in 7. physic. tex. commẽ. 10. vbi enumerat motum vertiginis inter motus violentos, vera est propositio, si talis motus comparatus fuerit ad motorem qui est natura, fallit autem propositio si comparetur ad motorem qui est anima, nam anima est supra naturam, & intellectus supra animam, & deus supra intellectum, vnde anima ad diuersos potentiam habet motus, & differẽtias motuum. Propositio etiam famosa quæ L dicit, ꝙ omne quod mouetur partim est in termino a quo; & partim in termino ad quem, vera est in veris motibus, fallit in mutationibus subitis, & instantaneis, & si vniuersaliter vera esse debet, tunc oportet assumere nomine motus totum aggregatum, ex motu vero præuio, & ex subita mutatione, quãdoquidem tales instantaneæ mutationes sunt fines motuum, & finis rei non inueniri potest sine re cuius est finis, glossa est Auer. in sexto. physicorum commento. 32. M

PROPOSITIO CXXI.

Natura determinatur ad unum.

Extrahitur ista propositio ex. 9. primæ Philosophiæ. tex. cõmen. tertij. vbi Aristotel. ponit differentiam inter potentias rationales, & irrationales, nam potentiæ rationales sunt ad opposita irrationales autem sunt ad vnum, & intelligitur de potentiis actiuis, quia vt bene scribit Auerr. in secundo physi. commen. 48. nõ datur contingens ad vtrumlibet

A libet in potẽtijs actiuis naturalibus, quia natura eius est natura materiæ. Non intelligitur autem propositio, quòd natura determinetur ad vnum ꝓducibile, sed ad vnum modum producendi, quia videlicet nõ est principium indeterminatum respectu oppositorum sicut est voluntas, vbi aduerte, quòd ratio allegatur ibi, quare potentiæ rationales sint ad opposita, quia eadem est sciẽtia contrariorum, vbi Auerro. reddit causam dicens. iuxta text. quare agens rationale agit duo contraria,
B & est, quia agit per scientiam, & q̃a scit duo contraria, ideo agit duo cõtraria, quia scientia contrariorum est vna. Et ex hoc nota, quòd aliqui glossant istam propositionem, isto modo, quòd scientia contrariorum est vna subiectiue, quia intellectus est subiectũ oĩum scientiarum. Sed ex præfata authoritate Arist. & Auer. elicitur, ꝙ vna est scientia de contrariis obiectiuè, quia contraria sunt obiecta consideranda ab vna, & eadem scientia, sicut enim vnus est visus albi & nigri, & lucis, & tenebræ, & idem auditus soni, & si-
C lentij. secundo de anima. tex. commenti. 120. & . 144. Sic vna est scientia sanitatis, & ægritudinis, & vna est scientia virtutis, & vitij, & illa propositio habet veritatem de vere contrarijs. Nam est instãtia, substantia enim corporalis quiditatiue pertinet ad naturalem, sed incorpoream ad diuinum.

Vna ẽ sciã contrariorum.

ADDI. Aduerte etiam quòd scientia cõtrariorum est vna isto modo, sed est differentia inter dialecticam, & rhetoricam, & inter alias scientias, quia illæ sunt contrariorum vniformiter, & æqualiter, sed aliæ scientiæ spiritales sunt vnius contrariorum
D per se, & alterius per accidens, aut cõsecutiue, vt medicina principaliter est scientia sanitatis, ægritudinis vero secundario, & consecutiue, & sciẽtia moralis principaliter ẽ virtutis, vitij vero per accidens. ita dicit Alexan. in. 2. topicorum.

PROPOSITIO. CXXII.

Nihil agit ultra suam speciem.

E Vagatur per scholas ista propõ, sed est falsa, si absolute intelligat. miscibilia enim in mixto agunt ad actum mixti, qui est præter actũ miscibilium, vt patet ex. 7. primæ philosophię. tex. com. vltimi, vbi dicitur, ꝙ caro non est ignis, & terra, ex. 1. & . 2. de gener. & corru. Si vero intelligatur de actione simplicium, adhuc est falsa, quia simplicia non semper agunt in simplici virtute. Sed quandoq; agunt in virtute sua, & in virtute cœli, & in virtute animæ, vt patet in. 2. de anima. tex. cõmen. 41. contra Empedoclem. iam autem supra diximus, ꝙ actio alicu-
F ius, quando ipsum fit instrumentũ specie variari potest a sua propria actione, qua agit tanquam agens principale. Licet igitur simplicia in uirtute propria agentia non agant vltra propriam speciem, quando tamen agũt in virtute superioris agẽtis, cuius ipsa sunt instrumenta, tũc vltra propriam speciem agunt. limitari aũt põt ꝓpõ famosa isto modo, qđ vera est de agentibus in virtute ꝓpria. vnde virtus informatiua existens in semine, licet nõ sit aĩata in actu producit inde aĩatum, quia est instrm̃ rememoratum ab animato, videli-

G videlicet a cœlo. Fallit etiam in accidentibus eadem ratione, quia idē est agens disponens materiam, & inducens formam, sed non virtute propria, vt diximus, quia agit sicut instrumentum. Fallit in agente remoto. Fallit in agente per accidens, & a casu, vide ꝓ his septimo primæ philosophiæ, commen. 31. Vbi scribit, ꝙ omne mixtum cum materia, fit a mixto cum materia, per hoc datur intelligi ꝙ propositio tenet de agente propinquo, & per se agente, vide in 12. primæ philosophiæ. commẽ. 24. istas tres conditiones ex mente
H Alexan. vbi scribit Comment. ꝙ ista propositio, conueniens fit a conuenienti, verificatur tribus conditionibus, scilicet vt sit in agēte non instrumento. Et in propinquo non remoto. Et in agente essentialiter non accidentaliter. Aduerte tamen vnum annotatione dignum, ꝙ agens debile quando agit in materiam passibiliorem magis, & manifestius agit, q̄ si ageret agēs fortius in materiā difficilis passibilitatis, vt scribit Auerr. super secundo de generatione animalium. Et consimilem sententiam
I habet in secundo metheoro. capit. 2. vbi agit de ventis, inquit enim. Non est impossibile vt agens debile faciat in vno met loco actionem maiorem actione agentis fortis, & hoc ꝑp diuersitatem subiecti in dispositione seu præparatione.

PROPOSITIO CXXIII.

Scientia qualibet speculatiua, aut est naturalis, aut mathematica, aut diuina.

SCribitur in sexto primę philosophię. tex. co mmen. secundi glossatur tamen per Auer. de scientiis co K gitatiuis, nono metaphyc. commen. vltimo, & tertio de anima com. 36. nam scientia illa quæ ſm fictionem eius habetur p intellectum adeptũ, currit alio cursu, & ex hoc soluitur quoddam argumentum fieri solitũ contra Philosophum de insufficientia scientiarum, quandoquidem cognitio quiditatiua intelligentiarum ſm proprias rationes est quoddam scibile, ergo pertinet ad aliquam scientiam. non ad naturalem, neq; ad mathematicam sicut patet, nec ad scientiam diuinam traditam a Philo
sophis, quia in hac scientia non co- L gnoscuntur quiditates intelligentiarum sub proprijs conceptibus, sed sub conceptibus transcendentibus. diceret enim Auer. ad hoc argumentum, quòd talis contēplatio quiditatiua illo modo pertinet ad metaphysicam sub rationibus transcendentibus, vel sub aliquo conceptu aggregato ex talib⁹, sed cognitio ipsarum in propria forma non pertinet ad aliquam scientiam ex his, quæ acquiruntur per discursum, sed habetur alio modo, videlicet per intellectum adeptum: & ita non oportet ponere
quartum genus scientiæ speculatiuę, M & sic soluitur argumentum, quod Scotus reputat Achillem, in prima quæstione primi metaphysi. secundum Theologos autem nostros, in prologo primi sententiarum dicitur, quòd illa diuisio scientiarum posita per Philosophum, in sexto primæ philosophiæ, locũ habet de scientijs humanitus inuentis. nam vltra illas oportet ponere vnam supernaturaliter inspiratam, & ista est sacra Theologia.

A PROPOSITIO CXXIIII.

Sensus non decipitur circa proprium obiectum.

ALlegari solet sæpe ex.2. de anima tex.cō.63. Vbi aduerte ꝙ Auer. ibidem glossat illam propositionem isto modo, uidelicet ꝙ sensusin maiori parte circa sensibile ꝓprium non errat. Themist. autem ibidem ponit tresconditiones in. 2. de anima cap.21.& est super expositione tex.com.63.inquit, propria .s. sensibilia sunt quæ a cæteris sensibus B dignosci non possunt, & circa quæ nec temeritas, nec hallucinatio sensuum cadit, si natura integre incorrupteque iudicet, nec causa sit, quæ extrinsecus obstrepat, nec positura obsistat, nec intercapedo aut recessus officiat. falli enim aspectus neqt circa rem visibilē.si mundus & probus oculus habeatur, si serenum sit, si interstitio iusto colores abscesserint. vult ergo quòd circa sensibile proprium in debita distantia approximatum stante puritate organi, & debita medii dispositione, non contingit sensum errare. in hoc autem C apparet manifesta differentia inter sensum, & intellectum, quia intellectus circa communia non decipitur, sed magis circa propria, sensus autē se habet opposito modo.

PROPOSITIO. CXXV.

Semper honorabilius est agens patiente, & principium materia.

SCribitur & allegari solet frequēter ex.3.de anima. tex. com. 19. vbi Aristotel. comparat intellectum D agentem intellectui materiali. Glossari autem consueuit de passo correspondente ipsi agenti, quia nō oportet absolute quodlibet agens nobilius esse, quodlibet passo. nam certū est ꝙ sensitiuæ animæ virtutes sunt passiuæ vt patet in. 2. de anima tex. com. 51. virtutes autē animæ nutritiuæ, sunt actiuæ, non tamen dicimus illas esse nobiliores simpliciter virtutibus sensitiuis. Vnde Aristot. quia iam probauerat ꝙ in omni natura in qua est vnum, quod est omnia fieri, oportet dare alterum quod est omnia facere, sic tale quod est omnia facere, quod correspondet illi E quod est omnia fieri, oportet quòd sit præstātius illo, & ita in natura animæ, quia vt inquit Com. ibi in cō. quia anima est vnum entium naturalium, & scientia de anima est naturalis, & datur ibi intellectus possibilis q est oīa fieri, oportet ꝙ etiam detur intellectus qui est omnia facere, & talis est præstantior intellectu possibili, & similiter quia materia prima est omnes formæ materiales in potētia, oportet ꝙ sint in actu in primo motore, vt dicitur 12.metaphy. cō. 18. & ille est longe præstantior materia vt patet. Vbi animaduerte ꝙ sē F per in bona comparatione, cætera debent esse pária, excepto illo in quo est comparatio. non enim quælibet potentia actiua debet comparari cuilibet passiuæ, sed sibi correspondenti. dantur.n. materiæ propræ, sicut & formæ, non n. quodlibet ex quolibet fieri potest, sed determinatum ex determinato. sic.n. in simili Glossatur famosa propositio Philosophi in.8.physi.tex.com.75. æternum & incorruptibile est prius natura, & tēpore,

G pore,& perfectione gñabili,& corruptibili, veritatem.n.cæteris paribus continet, videlicet comparando actum ad actum,& potētiam ad potentiam, non comparando potētiā ad actum. nam prima mā est æterna,& forma est generabilis,& corruptibilis,& tñ forma est præstantior materia, vt patet in.7.phimæ philosophiæ.in text.com.7.&.2.phy.cō. 4.& similiter glossatur alia famosa propositio, quæ solet allegari ex.3. de anima com.36.& ex 2.de anima te.com.24.videlicet. qñ aliqua duo concurrunt ad constitutionem alicuius tertij, quorum vnum se habet vt materia,& aliud vt forma: quod se habet vt forma est perfectius eo, quod se habet vt materia, vera est si sunt eiusdem ordinis, puta si ambo fuerint substātiæ, aut ambo fuerint accidentia, sed vbi sunt diuersorum ordinum nō tenet. nam certum est quod obiectum in scientia se habet vt materia, & modus considerandi se habet vt forma. nam idem obiectum fm materiā sub diuersis modis considerandi,& sub diuersis abstractionibus, potest spectare ad diuersas scientias, vt dicit Com. in.2. physi.commen.71. & tamen perfectio scientiæ magis attenditur circa nobilitatem obiecti, quàm circa modum cōsiderandi. Inquit enim Aristo.in lib.1 de partibus anima. cap. 5.ꝙ melius est habere topicam cognitionem de substantiis separatis a materia, quàm demōstratiuam de istis materialibus,& dat exemplum de pulchra muliere,ꝙ longe magis delectat pulcherrimā inspicere mulierem, q̃ alterius omnia pertractare membra.& ita ēt sentit Auerr.in 2.cœli & mundi.in com.60.vbi hēt demonibus inductis de illis qōnibus, qđ quamuis non sint demrōnes perfectæ fidei, tñ quia subiectū earum est valde nobile, sunt nobiliores illis. modicū enim nobile nobilius est multo ignobili. Sed tūc est difficultas. nam tunc sequeretur,ꝙ sensibile esset præstantius sensu, qa agit in sensum, & est agens proportionatum corrñdens sensui. Nisi esset,ꝙ non inconuenit idem respectu eiusdē sub vno respectu esse præstantius illo, qđ tñ simpl'r deinde est impfectius, sicut brutum rōne qua sanum, est præstantius homine rōne qua æger,& vt inquit sapiens Salomon, melior ē canis viuus, leone mortuo: ita pariformiter si sensus comparetur sensibili rōne qua recipit speciem,& mouetur ab obiecto sub illo respectu, quo patitur sensus & obiectū agit, est imperfectior sensibili, tñ absolute sensus est nobilior sensibili, quia pfectissima operatio eius excellit perfectissimam operationem sensibilis,& hoc a signo arguendo. Et aīaduerte hic vnum annotatione dignum, quod nō est credendum ꝙ virtutes sensitiuæ sint pure passiuæ, ita ꝙ nullo modo agant, nā licet sensus particularis, quia materialis est habēs particulare ꝓpriū sensibile materialiter obiectum extra, maxime per se patitur a sensibili,& minime agit,& ideo dicitur ꝙ sensus maxime in patiendo perficitur, aliquid tamen agit. cum. n. ab obiecto patitur in recipiendo conuertit se super ipsum in cognoscendo ipsum, sicut patet in visu, & auditu ex hoc,ꝙ quāuis obiectū per speciem suam agit imprimendo se organo, ex hoc non videt,& audit homo, nisi vis visiua, vel auditiua ad perci-

K Dubium. Solutio. L M Virtutes sensitiuæ non sunt pure passiuæ.

A percipiendum obiectum per motũ speciei se cõuertat ad obiectum, ſm ꝙ dicit Philoſophus in lib. de ſenſu & ſenſa. ꝙ ad alia fortiter intenti delata ſub oculis non videmus. Nec potes dicere ꝙ talis recipiẽdo videt, licet interiori virtute non iudicat, qm̃ & ſi dormiẽti apertis oculis lux eſſet præſens ipſa organo imprimeretur, & tamẽ nihil videret, quia vis particularis viſus ligata eſt, & tamen patitur, cuius ſignũ ꝙ magno ſplendore oculis impreſſo, vi paſſionis excitatur, & tunc primo videt, quod ẽt patet in dormientibus qui non au-
B diunt paruos ſonos, etiã auribus impreſſos, & cum magno ſtrepitu excitantur, & fuit ſententia ſolennis doctoris Henrici de Gandauo, in quolibeto ſecundo, quæſtione ſexta. & videtur mihi, quòd iſta etiam fuerit mens Auerro. nam in ſecundo de anima. in commen. 125. inquit quòd Ariſtotel. opinatur, quòd ſenſuum quidam ſunt in capit. relationis, & quidam ſunt in cap. actionis, & paſſionis per ſe, & accidit eis relatio, & in commento. 144. ſcribit clarius declarando iſtam ſententiam ponens documentum ſuper verbis
C Ariſtotelis, ibi in text. dicentis, quòd auditus eſt aliqua proportio, & non dixit ꝓportio ſimpliciter, quia exiſtimatur, quòd iſta proportio, quãuis ſit in capitulo relationis, tamen eſt proportio agens, & proportiones in eo quòd proportiones non ſunt agentes, ſed in eo, quòd qualitates. ſenſus igitur numeratur in relatione vno modo, & in qualitate alio modo, & ſic intelligitur.

PROPOSITIO CXXVI. D

Quæcunque eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrũpuntur, ſunt eadem realiter.

EX. 4 primæ philoſophiæ. tex cõ. 3. allegari ſolet, habet tñ ſic limitari de illis, quæ æque primo generantur, alias ſequeretur ꝙ quantitas & ſubſtantia, & propria paſſio, & ſubiectum eſſent vna res, quod tamẽ cõiter non teneri ſolet. Vnde aĩaduerte ꝙ iſta propoſitio locum non E habet de his, quæ ſimul tempore generantur, verum etiam quæ generãtur ſimul ſm naturæ ordinem, vnde licet ſubſtantia, & quantitas terminata ſimul tempore generãtur, & corrumpũtur, tñ non ſunt ſimul natura, quia per Auer. in illo libro de ſubſtan. orbis, quantitas terminata aduenit poſterius non tempore, ſed ſecundum eſſe, ideſt ſecundum naturam ſubſtantiæ compoſitæ. Sed Dubium. tunc eſt maxima difficultas contra iſtam gloſſam nam tunc probatio Ariſt. ibi non procederet de ente, & vno. nam vnitas eſt paſſio entis, & ꝑ F conſequens non ſimul natura generatur paſſio, & ſubiectum Ad hoc Solutio. ego dico ſalua pace aliter ſentientiũ. nam ſcio ꝙ viri magni oppoſitum tenent, ꝙ non fuit de mente Ariſto. & ſui Com. Auerr. ꝙ vnitas ſit paſſio entis, ſicut late diſputaui in commentis meis ſuper. 7. primæ philoſophiæ, & ſuper formalitatibus, nec reperitur locus in doctrina Ariſtot. & Auerro. vbi dicatur quòd vnum ſit paſſio entis, licet Auic. dicat illud. vnde vbiq; locorum vniformiter videtur

cõtra po. nentes, ꝙ vnitas ſit paſſio entis.

G detur Aristo. loqui de ente & vno, & ne videamur ista gratis dicere, Arist. in 4. primæ philosophiæ. in tex. cō. 3. dicit ꝙ ens, & vnum significāt eandem naturam, sed non secūdum eandem rationem, sicut principium & causa quæ dicunt eandem naturam, sed ratio principij est negatiua, quia dicit negationem essendi ab alio, qa principio non datur prius, quia de ratione principij est primum esse, vt dicit Arist. in. 5. meta. Ratio autē causæ est positiua, quia est ab illa aliud esse, causa enim est ad cuius esse sequitur aliud, ita pariformiter

H vnum non ponit supra ens aliquam naturam, aut proprietatem positiuā ut tenuit Auicen. & Scotus, sed ut dicit Auer. in lib. destruct. destruct. in disp. 3. in solone. 14. dub. non debet intelligi de vnitate entis, nisi significatio priuatiua. & ita etiam dicit. 4. meta. cō. 3. Amplius in eodem tex. com. 3. Aristot. expresse dicit quòd substantia uniuscuiusq; rei est vna, sicut & ens & Auer. ibi in com. dicit, quod vnaquæq; substantia est, una essentialiter, vbi vniformiter comparatur ens & vnum ad unumquodq; Et confirmatur, quia Cōmē. arguit

I contra Auicen ponētem ens, & vnū esse dispositiones accidentales superadditas essentiæ, & eodē medio cōcludit ꝙ quemadmodum unaquęq; res per se est ens, etiam per se est vna, quia aliter vt deducit esset processus in infinitum. Patet autem ꝙ nisi esset eadem perseitas in vtraque præmissa, argumentum eius esset sophisticum, & in quatuor terminis. Amplius ibidem Aristo text. commen, quinti habet, ꝙ vnius inquantum vnum, & entis inquantum ens eædē secundum se sunt passiones. Amplius. 10. metaphy. tex. commen. 6. habet ꝙ ens, & vnum æqualiter dicuntur de omnibus, & idē habet in tex. cō. 7. & in tex. cō. 8. dicit ꝙ æqualiter assequūť categorias ens, & vnū, videlicet ꝙ sicut ens diuiditur in decem prædicamenta, sic & vnum. & Comen. in com. dicit ꝙ vnum diuiuitur in decem prædicamenta, & dicitur multipliciter sicut & ens. vnde sicut ens est genus analogum ad decem prædicamenta, eodem modo & vnum. vnde sicut est prædicatio superioris de inferiori, qñ ens prædicatur de decem prædicamentis, ita etiā est de vno. nam substantia vniuscuiusq; rei est vna essentialiter sicut est ens, vt dicit expresse Philosophus, & Commen. 4. metaph. tex. cōmē. 3. & ideo non possum non mirari de Ioāne Scoto, & de sequacibus, & de multis aliis viris illustribus, tenentibus vnum esse passionem entis, & prædicari de ipso, & de inferioribus ad ens in secundo modo dicendi per se, & id quod fuit in causa quare deuenerint ad illam opinionem, quia isti in scientia diuina imitati sunt Auicen. & Auerro tertio de anima. commento 30. dicit, quòd nullibi ita errauit Auicen. sicut in metaphy. Auicen. autem vt scribit Auerr. quarto primæ phylosophiæ. commen. tertio. & 10. meta. cō. 8. multipliciter errauit circa hoc. primo enim opinatus est quòd ens, & vnum dicunt accidentia superaddita essentiæ, & causa erroris fuit, quia non distinxit inter ens quod est tanquam genus, & inter ens quod significat verum. ens enim quod significat verum est accidens, & ens quod significat genus significat vnumquodq; decem prædicamentorum multipliciter.

K L M

vnde

A vnde quinto metaph. com. 14. scribit Auer. debes scire, ꝙ hoc nomen ens quod significat essentiam rei, est aliud ab ente quod significat verũ. Et ideo expositores diuersantur in quæsito simplici, scilicet dicere vtrũ aliquid est in secũdo topicorum, vel vtrum collocetur in quæstionibus accidentis aut generis, qui enim intelligit de ente illud quod est commune decem prędicamentis dicit, ꝙ collocatur in quęstionibus generis, & qui intelligit de ente illud quod intelligitur de vero, dicit ꝙ collocatur in quæstionibus accidentis, & in B lib. destructio destruct. in sol. tertij dubij inquit. nomẽ entis dicitur duplex. videlicet dicitur de vero, & de opposito priuationis, & hoc est quod diuiditur ad decem prædicamenta, & est eis tanquam genus. Alius error Auic. fuit quod credidit, ꝙ vnũ quod est syonymum enti, est idem cum illo quod est principium numeri, & quantitatis, & quia tale vnum numeratur in accidẽtibus, existimauit ꝙ vnum quod significat omnia prædicamenta est accidens. Scotus autem in aliquibus concordat cum Auic. & in aliquibus discrepat. nam C quia tenet vnum esse, passionem entis & dicere aliquam rationem positiuam ex natura rei conuertibilem cum ente, in hoc discrepat ab Auer. & tenet cum Auic. Discrepat autem ab Auic. & concordat cum Auer. qa apud ipsum, & suos sequaces nõ est idem vnum quod conuertitur cum ente, & quod est principium quantitatis, & numeri, neq; tenet ꝙ ens, & vnum sint dispositiones accidentales superadditæ essentiæ, vt tenuit Auic. Tu autẽ animaduerte, & considera, quia multę sunt viæ istis temporibus multum remotæ à veritate, D & à syncera philosophia Aristot. & vnusquisq; confidit in proprio ingenio. mihi autem satis fuerit excitare intellectus nobiles ad perscrutationem veritatis, quia nõ decet Philosophum esse addictum alicui viæ, & dimittere rationem. isti enim rectius Philodoxi nuncupãtur, quàm Philosophi. semper aurea illa Platonis in Phœdone sententia mihi in similibus casibus occurrit. Nullum, inquit, malũ maius hominibus contingere potest, quàm si rationes odio habuerint.

E

PROPOSITIO CXXVII.

Intellectus & intellectum & intellectio, sunt idem in abstractis à materia.

FAmosa est authoritas, & solet allegari ex. 3. de anima. tex. com. 19. vbi Arist. loquens de intellectu agẽte inquit. idem autem est secundum actum scientia rei, & consimile habetur ibidem in tex. com. 27. vera tamen est propositio in intelligentijs, quæ in intelligendo nullo modo dependent à corpore, nec vt à subiecto, nec vt ab obiecto. vnde præ- F sens propositio veritatem nõ habet de intellectu nostro possibili, qui in intelligendo depẽdet à phantasmatibus, siquidem oportet intelligentem phantasmata speculari, vt dicitur in tertio de anima tex. com. 30. & 39. glossa est Auer. in eodẽ com. 19. super hoc. inquit enim, & innuit vt reputo aliquid proprium intellectui agenti in hoc, in quo differt à materiali, scilicet, ꝙ in intelligentia agente scientia in actu eadem est ei scito, & non est sic in intellectu ma-

G teriali, cũ suum intellectum est res quæ non est in se intellectus . consimilem sentētiam habet Comment. in.12.metaph cõm.39.vbi inquit, intellectus & intellectum, & intelligens reducuntur in vnum, & nõ differũt nisi secundũ respectum dispositionum. intellectus enim inquantum intelligit ītellectum dicitur intellectum, & inquantum intelligit per se,idest per suam essentiam dicitur ꝙ intellectio per se est ipse intellectus,econtrario illi quod intelligit per aliud.& hoc vt reputo,addit Cõment. propter intellectum possibilē
H qui intelligit per aliud,idest per species aliorũ,vt patet.3.de anima tex. com.8.ex cognitione enim aliorum deuenit in sui cognitionē,& hic iterum expresse patet, ꝙ sciētia nostra non est idem cum substantia intellectus nostri, cuius oppositum quidā tenuerunt. consimilem sententiam habet clare Commen.in lib.destru. destructionum in disput.5.in solut. secundi dubij.vbi inquit,ipsi scilicet Philosophi opinati sunt, ꝙ formæ sunt in scientes prout consistūt in materia,& si forte inueniretur aliqd in materia non consistens, manife-
I stum est, ꝙ est pura scientia, & hoc patefit apud eos omni ratione. ipsi enim reperierunt formas naturales aliquo modo separatas à materia, & sunt pura scientia & intellectus,& intellectus non est aliud in essentia à forma rerum à materia separatarum.Vnde postquam res quæ de ipsarum naturis non separantur, sic se habent,quanto magis illę quę de natura earum continue separantur, digniores sunt,quòd sint purus intellectus,& pura scientia,& quia rerũ intelligibilia eadem sunt, ꝙ rerum veritates,& intellectus nõ est aliud ni- K
si comprehensio intelligibilium,erit in nobis intellectus, & intelligibile vnum & idem inquantum est intelligibile,& nulla est ibi differētia nisi inquātum intelligibilia sunt rerum intelligibilia,quæ de earum natura non sunt intellectus,immo fiunt intellectus prout intellectus separat dictas formas à materijs ipsarum, & propter hoc intellectus noster, & intelligibile non sunt vnum, & idem omnimode. Et aduerte, ꝙ licet in omnibus intelligentijs citra intellectum possibilem secundum Peripateticos,ista propositio vera sit,nulli- L
bi tamen simpliciter verificatur sicut in intellu Dei,sicut glossat Commenta.12.primæ philosophiæ.com men. 51. Et ratio est, quia in solo primo quiditas,& essētia sunt eadē simpliciter,& omnibus modis, quia ipse est solus ens per essentiam,& est quiditas absoluta,& alia entia quiditatem habent.vt dicit Auer. in disputa.6.in solutio.6.dubii. in libro. destructionum .

PROPOSITIO CXXVIII.

Non quodlibet agit in quodlibet, sed determinatum in determinatum. M

FAmosa est propositio,& solet allegari ex primo physicè auscultationis tex. commen. 43.& est una de suppositionibus concessis in sciā naturali & de numero illarum propositionum quæ indigent modicula innuitione, vnde inductione, & exemplo sensato persuaderi potest, & placuit mihi in hoc loco ponere plures ex huiusmodi propositionibus

A busquæ sunt principia,& suppositiones concesse in scientia naturali. Et sunt hæc, videlicet,

Suppōnes quędam i sciencia naturali.

Motum esse, multitudinem entium esse.

Primo physico. tex.com.8.

Naturam esse,& naturæ diffinitio.

Secundo physicor. tex.com.3.& tex.com.6.

Omnia aut quædam moueri quæcunq; natura constant.

Primo physicorum. tex. cõ. 11.

Ex nihilo nihil fieri.

Primo physic.tex.com.32.

Plures formas naturales esse in materia.

B Commen. secundo physico.commen.21.ex fundamentis, quæ ponit naturalis est quòd plures formæ naturales sunt in materia. & est etiam sententia Aristote.in.6.primæ philosophiæ.tex.com.primi.vbi habet Physica est circa substantiam, quæ secundum rationem, vt secundum magis non separabilem solum. & vt ponderat ibi Comment. ly secundũ magis ponitur propter intellectum. eadem etiam sententia habetur.1. cœli.tex.com.primi.de natura sciẽ

C tia fere plurima est de corporibus, & cætera.

Formas non mutari de materia in materiam.

Quarto physicorum. com.17. vnũ enim eorum quę ponit naturalis est ꝙ forma non separatur per se.s.non mutatur de materia in materiam secundum ꝙ corpora mutantur de loco in locum, sed separatio eius a materia est corruptio. idem habet. 5. phy.com.5.manifestum est ꝙ albedo est forma quiescens per se immobilis,& qui fingit ipsam moueri, nõ est loquendum cũ eo in hac sciẽtia.

Naturam agere propter finem. D

Commẽ.2.physico.com.74.hoc est maximum fundamentum huius scientiæ.

Formas specificas habere proprias materias.

Commenta.8.physic.com.46.&.2. meta.com.15.contra Auic.& colligitur hoc ex mente Arist.in.10.primæ philosophiæ.tex.cõ.25.vbi habetur ꝙ si mas & fœmina specie differrent, non possent ex eodem spermate generari.vbi Com. inquit,& ideo materia maris, & fœminæ est vna vniuersaliter. E

Naturam nihil frustra facere.

Primo cęli. tex.cõ.32.&.3. de anima.tex.com.45.

Naturã de possibilibus facere quod melius est.

Secũdo cœli & mun.tex.com. 34. & in libris de animalibus sępe.

Naturam non facere saltum, idest de extremo ad extremum sine medio pertransire.

Nono de natura animalium.

Sed reuertamur ad declarationẽ propositæ propõnis, quæ,& si demõstratione non indiget, tñ aliquã innuitione declarari potest,& ni fallor opinio Empedo.metrice scribẽtis hoc voluit, dum protulit, litẽ,& amicitiam esse principia rerum natura cõstantium.nam vt inquit. Aristo.in.1.cœli & mun.in tex. cõ. 22. Non enim semel aut bis, sed infinities oportet putare easdem opiniones peruenisse ad nos,&.1.meteororum hoc idem asseuerat oĩa natura constãtia excepto Deo, qđ erat cœlũ fm Empedoclem, constabant lite,& amicitia, vt ascribit Aristo.sibi in.3. primæ philoso. in tex.cõ.15. & habuit, ni fallor, bonũ intellm.nã ſdu- F

G ctiue consideranti in singulis, quæ sunt hic patebit esse quasdam proprietates currentes inter entia dotauit.n.vt inquit Plato res natura proprietatibus, elementa enim numeris ligata sunt, vt voluit Plato, & secundum etiam Arist. mentē sunt in certo ordine, & mensura cōstituta. nam ex vno pugillo terræ fiunt decem aquæ, & sic deinceps de aere respectu ignis, & cōsistunt in determinato ordine, quia ordo est natura sensibilium. natura enim est causa ordinationis, vt dicitur in octauo phys. tex. com. 15. & in tertio cœli & mundi.
H tex. com. 24. vnde nō in quolibet locata situ elementa saluari possent, vt clare patet.

ADDI. Vtriusq; actus habet minimum tempus ad non excedere. 2. cœli. tex. cōmen. 59 quæ dignitas inductione persuadetur ibi, vnū quod quarum est opus est gratia operis, secundo cę li. 17. est enim dignitas. vt dicit Simplicius. Currunt etiam proprietates in mineralibus, & lapidibus per quas mirabiles effectus perficiūtur. nam magnes attrahit ferrum, & nō attrahit lapidem. similiter reubarbarum sepultum ī milio, & cassiam
I in arena, & fructus in melle conseruari diu cernimus, aurum etiam, vt inquit Auer. 5. colliget cap. 24. dure patitur ab igne, & tamen in ventre struetionis inuenitur notabiliter diminui, & null' est, qui dicat hoc prouenire, quia caliditas eius sit maior caliditate ignis, sed est propter proprietatem currentem inter ea. sanguis hirci destruit adamantem, non autem alios lapides. lapis smaragd' coitu dissoluitur, vt dicit magnus Albert. in lib. de mineralibus, & lapidibus experimento fuisse comprobatū in Rege Vngariæ, & hoc non contingit alijs lapidibus, sanguis etiam
K hirci destruit lapidem in renibus genitū, & tamen ista proprietas non est in sanguine humano. Vnde authoritate Hermetis, mineralibus, & vegetabilibus insunt proprietates q̄ si ab hominibus essent cognitæ, possent homines operari quicquid per magicas conficitur artes. Et solertissimus naturę rimator Aris. in primo de partibus animalium. cap 5. dicit nullam rem adeo vilem, & paruam esse in natura, in qua nō liceat inspectare aliquid diuinum, & admiratione dignum. descendamus parumper
L ad animalia, napellus coturnicibus est cibus, hominibus vero est venenosa medicina, helleborus turdis cibus est, hominib' vero nequaquam & ita est etiam de qualitatibus manifestis. inquit enim Princeps ī prima Fen primi, doct. tertia cap. primo de cōplexionibus, quapropter vna medicina plerunq; est frigida humani corporis comparatione, & comparatione corporis scorpionis calida, & humani corporis comparatione calida, & frigida comparatione corporis serpentis: immo illud mirabilius
M cōtingit, quòd homini sano aliquid potest esse venenum, & tamen laboranti potest esse salutaris medicina. & hoc voluit dicere Empedoc. nam Poetæ, vt inquit doctissimus Petrus noster Grauina, plerunq; veritates physicas poeticis figmentis, & metaphoris tegere consueuerunt.

Proposi-

A PROPOSITIO CXXIX.

Sapiens cum cognouerit naturam iustitiæ existentem in substantia rerum, tunc cupiet similari illi naturæ, & acquirere illam formam.

ALexandri & Auerro. sententia est in præfatione primi libri Physicæ Auscultationis, iustitia, vt B scribit Aristo. in 5. Ethic. alia cōmutatiua, alia vero distributiua. In hoc autem est differentia, quia commutatiua consistit in æqualitate quæ est secundum arithmeticam proportionem, vt si do tibi centum, teneris restituere præcise centum, sed distributiua cōsistit in æqualitate quę est secundum geometricam proportionem, quemadmodum in ciuitatibus bene legibus gubernatis, qualis est proportio personæ ad personam, talis debet esse proportio dignitatis ad dignitatem, & magistratus ad magistratum, & donec isto modo C viuitur, bene se habet ciuitas: sed quando hoc nō seruatur, tunc sunt rixę, & contentiones. in substantia rerum reperitur ista distributiua iustitia, quæ a Deo originē duxit. Inqt Arist. 1. Cœli & Mundi. t.c. 100.

Iustitia in duplici est differētia.

A primo quidem principio communicatum est esse, & viuere omnibus, hisquidem clarius, his vero obscurius. & Auerrois in Secundo Cœli & Mundi. commen. sexagesimoquarto inquit, quòd distātiæ entium in hoc sunt valdæ diuersę. Non enim credendum est intelligentias in eodem ordine perfectionis esse collocatas, sed est ibi magna latitudo, & distantia, & hoc etiam diuinus Dionysius, Pauli qui magnus in sacris eloquijs fuit fidelis discipulus, asseuerat in libro de Cęlesti Hierarchia, sic etiam corpora cœlestia adinuicem maxima sunt colligata concordia, & iustitiæ vinculo connexa intantum, quòd Philosophus in libro de Animalibus, & Commētator in libro de substantia Orbis dicunt, quòd Luna inter orbes est sicut terra inter elementa. & quam bene Seuerinus Boethius illam iustitiam contemplatur in libro quarto de Philosophica consolatione Metro. 6. E

ADDI. Et a natura vt patet 2. cœli. te. com. 69. Natura adęquat & facit ordinem.

D

Si viuis celsi iura tonantis,
Pura solers cernere mente,
Aspice summi culmina cœli.
Illic iusto fœdere rerum,
Veterem seruant sidera pacem.
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum phœbes impedit axem.
Nec quæ summo vertice mundi
Flectit rapidos vrsa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo
Cætera cernens sidera mergi,
Cupit oceano tingere flammas.
Semper vicibus temporis æquis
Vesper seras nunciat vmbras,
Reuehitq; diem lucifer almum. F
Sic æternos reficit cursus
Alternus amor sic astrigeris,
Bellum discors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis, vt pugnantia
Vicibus cedant humida siccis:
Iungant fidem frigora flammis,
Pendulus ignis surgat in altum,
Terræq; graues pondere sidant. &c.

Vbi manifeste patet mundum superiorem intelligibilem, atque corporeum, & hunc inferiorem in iustitia distributiua consistere. sic

G procedit natura ab elementis grada
tim ad mineralia,& lapides:a lapidi
bus ad plantas, a plantis ad anima-
lia, & ab animalibus tandem ad ho
minem.de quo Aristo. in primo Po
litices ita scribit, vt enim perfectione
suscepta optimum cunctorum ani-
malium est homo, ita si alienus fiat
a lege, & a iudicijs pessimus est om-
nium animalium. Et ratio est, vt mi
hi datur cernere, quia ea quæ a natu
ra fiunt increpanda non sunt. Ani-
malia autem ex naturæ instinctu e-
xeunt in suos actus, non est impu-
tandum Lupo si vorax sit, nec Leoni
H ferocitas, nec Tigribus crudelitas,
sed vitia nobis imputanda sunt, quia
non sponte natura aliquis malus na
scitur, vt inquit Plato, sed propter
malam prauamq; educationem. Et
Aristoteles in Secundo Ethicorum
inquit, ꝙ virtutes non sunt nobis a
natura neq; præter naturam, sed su-
mus nos ad illas quidem recipiẽdas
natura apti perficimurq; per consue
tudinẽ. De iustitia autem ita scribit
Philosophus quinto Ethicorum ca-
pitulo quarto. Excellentissima vir-
tutum esse videtur iustitia, & neque
Hesperus neque Lucifer ita mirabi.
lis, ac in prouerbio dicimus omnes si
militer virtutes iustitię inesse & per-
fecta maxime virtus, quoniam perfe
ctæ virtutis est opus, perfecta autem K
quod eam habens ad alium quoque
vti potest virtute, non solum ad seip
sum. Et beatus Augustinus in sermo
ne quodã de iustitia inquit, tolle iu-
stitiam a regnis, quid sunt regna nisi
aperta latrocinia.

Cum igitur Serenissime Princeps
sapientia polleas naturam iustitiæ
quæ rarissima est in terris hac tem-
pestate amplectere & excole, sicut in
cepisti, eris.n.in numero heroum &
sola Phenix in hoc regno virtutum
oĩum cui me plurimum commẽdo.

Et sic finem imponere constitui
huic operi, in quo si quid dixerim ꝙ L
Christianę religioni aduersari vide-
tur, illud recitando opiniones Philo
sophorũ vnusquisq; me dixisse, cer-
to sciat, in his & in oĩbus alijs scri-
ptis meis semper me submitto iudi-
cio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nihil
enim adeo mirabile dicitur de diui-
nis rebus, quòd sapiens credere non
debeat, vt inquit Pytagoras. Com-
pleui autem hoc opus Neapoli An-
no Domini millesimo quingentesi-
mo vigesimotertio. Dum scientiam
diuinam publico stipendio legerem
apud sanctum Laurentium, sub re-
gimine Reuerendi patris fratris An
tonini de Antorosa de Neapoli, Cui
ego plurimum debeo.

FINIS.

244


Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH.

Omnes sunt Quaterniones, pręter H H qui est Duernio
Tabula per se patet.



Venetijs Impressa in officina hęredum
Lucęantonij Iunctę. Anno Dñi.
M. D. LXIII.


LEGATORIA A. PAMDIMIGLIO · ROMA ·
1972

